DE

SOPHOCLIS

SCHOLIORUM LAURENTIANORUM

VARIIS LECTIONIBUS.

SCRIPSIT

DR. GUSTAVUS WOLFF.

Καίτοι τὸ μὲν δίκαιον οὐχ ᾗ 'γὼ λέγω,
Ἀλλ' ᾗ σὺ κρίνεις. Soph. El. 338.

LIPSIAE,
IMPENSIS FRANCISCI PETRI.
MDCCCXLIII.

PRAEFATIO.

In antiquissimo Sophoclis codice, Laurentiano primo, scholia servata sunt, quae plurimum ad poëtae verba constituenda conferre omnes fatentur. Descripsit ea accurate Petrus Elmslejus, descriptaque Th. Gaisfordius Oxonii 1825. et Lipsiae 1826. edidit, quum antea ex editione Romana a. 1518. et manca et corrupta et interpolata innotuissent. Romanorum tamen inde nomen acceperant et postea multis conjecturis tacite factis mutata alienisque glossis aucta a Brunckio vulgata sunt. Sed jam tum apparebat, magnam ex iis utilitatem antiquitatis studium capere posse. Exstiterunt tamen, qui variis eorum lectionibus haud multum auctoritatis tribuerent, neque omnino tanta iis opera impensa est, quanta videntur digna. Itaque non supervacaneum duxi, denuo veteres illos interpretes perlustrare, accu-

ratiusque in eorum lectiones inquirere, et, ut certius de harum gravitate judicari posset, non solum indicia omnia, quae aut tempori aut auctoribus designandis inservirent, diligenter colligere, sed omnes etiam locos componere, quibus aut a codicibus optimis, aut a vulgata nunc scriptura recederent.

Neque id solum curavi, ut viderem, quid auxilii Sophocli ex scholiis afferri posset, sed simul periculum feci, si ipse etiam quibusdam locis eam opem valerem afferre. Nec nego hoc temerarium fortasse esse inceptum. Nam nulli fere alii scriptori contigit, ut a tantis tamque claris et egregiis viris tractaretur, quorum Hermannos, Boeckhios, Lobeckios hic appellasse sufficiet. Quomodo igitur fugere me potuit, in quantum inciderem periculum, ne, si horum ab explicationibus aut emendationibus recederem, inscitiae meae documenta proponerem? Neque tamen pedem referendum duxi. Est enim, ubi etiam vinci sit honorificum. Et quid hujus audaciae me poeniteat, cui ita solum licuerit, in poëtae suavissimi virorumque illustrissimorum societate etiam atque etiam versari?

Sed erit fortasse, qui materiam mihi putet jam praereptam esse a Wundero, qui a. 1838. de scholiorum Romanorum in Sophoclem auctoritate dissertationem edidit Grimae, a Ferd. Stoeckero, qui de Soph. et Aristoph. interpp. Graecis praefatus est programmati scholae Hammoniae a. 1826., de-

nique ab Julio Richtero, cujus de Aesch. Soph. Eurip. interpp. Graecis libellus Berolini 1839. prodiit. Sed quamquam his scriptis non sine fructu usus sum, tamen non idem tractavimus. Stoeckerus enim Richterusque quum sibi id tantum proposuissent, ut, qui Graeci olim tragicos poëtas explicuissent, nominarent et perlustrarent, ad ipsam, quae nunc est, scholiorum collectionem ille paene non, Richterus autem paucis tantum respexit, et hic quidem ita, ut multa affirmaret magis quam probaret. Wunderus denique etsi ad ipsa nostra scholia accessit, eorum non lectiones omnes, sed eas tantum comparavit, quibus γρ. praefixum est, id est multo minorem partem.

Scholiorum exemplo usus sum Elmslejano, Lipsiae impresso, in numerandis autem versibus Sophoclis Brunckium, versibus Aeschyli Schützium, Euripidis Matthiaeum, Aristophanis G. Dindorfium in ed. Invernizz., Pindari A. Boeckhium secutus sum. Codices denique signis usitatissimis notavi, velut Laurentianum primum La, secundum Lb; codicem, qui et Par. f. et Par. Faehsii et Par. no. 2886. nominatur, eum semper Par. f. appellavi, (is idem est atque C. Wexii Par. h.;) denique qui Hermanno est Ven. et Par. Bekkeri et simpliciter Par., eum semper dixi Ven. Tum ed. Rom. sive Rom. significat editionem scholiorum Rom. principem, Br. Brunckium, Δ. Didymum, φ. φησί(ν), ά. τ. ἀντὶ τοῦ, pr. a prima manu, sec. a manu secunda. Ce-

tera compendia facilia sunt intellectu. — Postremo annoto, in Brunckii editionis repetitione Londinensi anni 1819., quam Elmsl. in scholiis et Gaisfordius in editione secutus est, Trachin. v. 639. falso notari 640., versum 643. falso 645. et sic porro duobus versibus additis usque ad finem. Id quod significatum volui, ut errores evitarentur.

INDEX.

PARS PRIOR.

DE SCHOLIORUM LAURENTIANORUM AUCTORITATE.

CAPUT PRIMUM.

COMPLURES SCHOLIORUM AUCTORES ESSE.

Scholia Sophoclis, quae alii ex codice suo Laurentiano Laurentiana, alii vetera sive Romana appellant, non ab uno auctore profecta sunt. Quod quum e simili ceterarum veterum interpretationum condicione jam concludi possit, tum ex iis ipsis, quae hic tractamus, facile cognoscimus. Tria enim insignia hujus rei nobis sunt indicia: primum notae, ipsis annotationibus additae, tum ejusdem explicationis eodem in loco repetitio, denique plane diversae aut lectiones aut explicationes eodem loco aut ita conglutinatae, quasi ad idem redirent, aut sine conjunctione compositae.

§. 1.

Primum igitur ille ipse, qui scholia nobis tradidit, auctorum diversitatem nobis significavit aut additis solemnibus hujus rei notis *ἄλλως, εἰς τὸ αὐτό, ἢ οὕτως*, aut lemmate repetito. De illis opus non est ut verba faciamus; lemma autem repetitur ad plures ejusdem loci explicationes ad Trach. v. 632. *ὦ ναύλοχα*, v. 1058. *Λόγχη πεδιάς*, Aj. 360. *ποιμένων*, *Ἥξει καὶ πολύπους* ad El. 488., *ἀνέχει* ad Aj. 211., quod verbum prior interpres per *ἔχει*, posterior per *ἀνυψοῖ* explicat. Similiter El. 87. *πληγαὶ ἀντήρεις* cum lemmatis *πληγὰς ἀντήρεις* et *ἀντήρεις* diverso modo explanantur. Huc ea quoque lemmata refer, quae

explicationi cuidam, eadem re jam antea tractata, praefixa sunt. Cujusmodi unum tantum ex multis exemplum affero, schol. Trach. 856., ubi postquam *προμάχου δορός* verbis *τοῦ προβεβλημένου* significatum est, jam sequitur: *Προμάχου δορός*, cum nova interpretatione.

§. 2.

Alterum genus ea glossemata efficiunt, quae aut iisdem aut paulo diversis verbis idem recoquunt. A) Et horum quidem frequentiora nulla sunt iis, quae aut majus scholium in brevius contractum reddunt, aut nonnihil ex eo excerptum afferunt: ita ut appareat, in nostra scholiorum collectione interpretem quendam ejusque epitomatorem exstare*). Velut de Trach. v. septimo prior scripsit *εἰ δὲ γρ. ὅτλον, τὴν ταλαιπωρίαν....*, alter vero nihil nisi *γρ. οτλον.* Ad v. 497. prior annotat: *ἀποφέρεται τὰς νίκας κατὰ πάντων* et q. s., alter solum *ἀποφέρεται*: ad v. 582. quum alia leguntur, tum haec: *εἰ δὲ μὴ ἐπιτυγχάνω, παύσομαι τῆς ἐπιχειρήσεως*, ad v. 587. autem de eadem re: *εἰ δὲ μὴ ἐνεργήσῃ, παύσομαι τῆς ἐπιχειρήσεως*: ad v. 632. *οἱ .... ἐνοικοῦντες καὶ οἱ παρὰ τοὺς τραχεῖς καὶ ὀρεινοὺς τόπους τῆς Οἴτης καὶ τὸν Μηλιακὸν κόλπον*, ad v. 634. *καὶ οἱ παρὰ τοὺς τραχεῖς καὶ ὀρεινοὺς τόπους τῆς Οἴτης οἰκοῦντες*: ad v. 821. *προσέμιξεν δὲ ἀ. τ. προσεῤῥάγη ὀξέως*, et deinde *Προσεῤῥάγη*: ad 831. *τὸ αἷμα τὸ θανάσιμον*, quae verba ipsa cum aliis conjuncta praecesserant. Neque aliter ibidem vv. 846. 860. 882. 1013. 1093. 1119. 1176. 1278. Idem autem frequentius etiam in ceteris fabulis invenitur.

Hic autem excerptor**) quum nunquam quidquam novi de suo addit, tum non raro satis ineptum se praebet. Velut ad O. Col. v. 681. vetus interpres quum docte conjecisset, quia Ceres ac Proserpina alias narcissos non amarent, pro *μεγάλαιν θεαῖν* scribendum esse *μεγάλαν θεᾶν*, ita ut res ad Erinyes pertineret, excerptor obiter inspiciens bono animo ad illum librorum dativum *ταῖς Ἐρίνυσιν* annotavit, quasi duae tantum essent Furiae. Ibidemque quum prior multa erudite de narcissis disputasset, ille satis habuit adscripsisse, narcissum — plantae esse nomen. Ita is, qui ad O. Col. v. 705. ad *Μορίου* annotavit *ὄνομα τόπου*, inepte in Apollonii verbis a vetustiore scholiasta allatis: *περὶ*

---

*) Idem de Aristophanis schol. probabiliter O. Schneiderus in egregio libello de vett. in Aristoph. schol. fontibus Sundiae 1838. p. 6. ostendit.

**) Usus sum hac voce noviciorum grammaticorum exemplo, ut epitomatorem alium scholiastam appellare possem.

Ἀκαδημίαν ἐστὶν ὅ τε τοῦ Καταιβάτου Διὸς βωμὸς, ὃν καὶ Μόριον καλοῦσι, videtur *Μόριον* ad *βωμόν* rettulisse. Neque melius ad O. Col. v. 1047. quum alia repetit, tum: *ὡς ἐπὶ τῷ Μαραθῶνι τὸ Πύθιον*, ubi G. Dindorfius monet: „Scholiastes (prior) si *ἐν τῷ Μαραθῶνι* scripsit (pro *ἐν τῇ Οἰνόῃ*), calami lapsu scripsit, quem bona fide repetiit alterius scholii scriptor.“ Quae vitii origo, quoniam Marathon paulo post sequens grammatico illi, ut fit, jam in animo versari poterat, mihi quoque simplicior videtur, quam quod Odof. Muellerus in Erschii et Gruberi vol. VI. p. 224. conjecit, commutasse eum Oenoam Aeantidem Marathoni adjacentem et Hippothoontidem prope Megaridis fines sitam. Tum idem excerptor ad ejusdem fabulae v. 56.: *ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς Τιτὰν Προμηθεύς*, adscripsit *ὁ Ἥφαιστος*, oscitanter verba Apollodori ibi allata inspiciens: ille enim praeter Prometheum etiam Hephaestum in academia coli dixerat. Denique in schol. Antig. 372. ad *ξύνεστι* annotat *ἀ. τ. σύνεστιν*, qua forma antiquus enarrator in interpretatione sua usus erat. Sed quid multa? Satis jam patet, excerptorem istum caecum priora scholia descripsisse.

B) Non minus caecus est is, qui scholia ita, ut nunc exstant, consarcinavit, quemque epitomatorem appellabo. Hic igitur saepe veterem annotationem cum excerptoris verbis, quasi ejusdem auctoris essent, particulis *δέ*, *οὖν*, similibus conjunxit, — saepe etiam excerptum scholio, ex quo excerptum est, praeposuit, ut El. 182. 216. Antig. 1. O. Col. 280. 472. alibi.

C) Sequuntur jam interpretationes idem fere diversis verbis prodentes, cujusmodi sunt vocis *τύπωμα* explicationes *τὴν ὑδρίαν*, *ἐν ᾗ* et q. s. et *Ἄγγος* in schol. El. 54. sine ulla conjunctione compositae. Ita legitur in scholiis El. 214. *οὐ γιγνώσκεις*. . .; *Οὐ νοεῖς*; ibid. 155.: *περισσά*: *ἀ. τ. ἄμετρος ἐν τῷ θρηνεῖν*. *Πρὸς τὸ ἄχος περισσή*. Ibid. 642. alter ait: *τί γὰρ πράξοι* . . ., alter *Διὰ τὸ μηδὲν* . . . . *δύνασθαι πρᾶξαι*: ibid. alter *τμητοῖς δὲ ὁλκοῖς, τοῖς ἱμᾶσιν*, alter *Ἰμητοῖς λώροις*.

Ejusdem condicionis sunt scholia ad Trach. 38. 416. 419. 779. 826. Phil. 174. 1131. 1141. Aj. 220. 913. 1366. Ant. 826. O. Tyr. 878. O. Col. 3. 465. Et ea quoque ab epitomatore male interdum particulis copulata sunt, velut ad El. 861. scholium *τμητοῖς δὲ ὁλκοῖς, τοῖς ἱμᾶσιν*, et: *Ὁλκοὺς οὖν ἀ. τῶν ἱμάντων, ἐν οἷς εἱλκύσθη*. Ita ad O. Col. 10. legitur: *βέβηλος τόπος ἐστὶν ὁ ἀκάθαρτος καὶ βατὸς πᾶσι* . . . . *Βεβήλοις οὖν* . . . . Posteriorem enim annotationem ab alio homine profectam esse docet annexa ab eo vocis *ἀκαθάρτους* explicatio, quae jam antea erat prolata.

§. 3.

Tertium denique indicium apertae contradictiones praebent. Quae possunt esse quincuplices. Aut enim alius diversas interpretandi rationes proponit, alius unam aliquam tanquam unicam profert; aut alius alii respondet sive obloquitur, aut contradicunt sibi in rebus, quae ad explicationem non pertinent; aut diversae interpretationes eodem loco, non conjunctae particula ἤ, afferuntur, aut, quod gravissimum est, distantes celato lectore sequuntur lectiones. Quae omnia deinceps attingam.

A) Ad Phil. **1093.** alter scholiasta solum inter *πτωκάδες* et *πτωχάδες* disceptat, alter vero quinque lectiones praebet: *πτωμάδες, πτωκάδες, πτωχάδες, πρωτάδες, δρομάδες.* Ad O. Col. **467.** alter de lectione *κατέστειψας* et *κατέστεψας* dubitat, alter id non curans *κατεβάτευσας* tantum annotat. *Αὐτογέννητα* in Antig. **864.** pluribus modis explicatur, idemque inde a verbis *τὸ δὲ ἑξῆς* ita, quasi ea, quam prior scholiasta postremo loco posuerit, unica sit interpretandi ratio. Velut hic *δέ*, ita *τοίνυν* ab epitomatore in schol. O. Col. **947.** adjectum est, ubi quod alter dixerat, verba confidenter et sine dubitatione ad Areopagum referens, alter a verbis *χθόνιον τοίνυν* orsus repetiit, dubitanter tamen de Areopago loquens.

B) Obloquuntur sibi ejusdem sententiae interpretes quum alibi, tum ad Ant. **600.** *νῦν γὰρ ἐσχάτας ὑπὲρ Ῥίζας ἐτέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις, Κάτ' αὖ νιν .... ἀμᾷ κόνις,* ubi grammatico dicenti *Λείπει ἄρθρον, τὸ ὅ,* alter respondet: *Ἐὰν στίξωμεν κὰτ' αὖ νιν, οὐδὲν λείπει τῷ λόγῳ.* (Cf. partis posterioris cap. **3.**).

C) Scholiastas porro sibi non ubique constare dixi. Quum enim ad Phil. **194.** grammaticus Chrysen putet insulam esse ac Nympham, ab hujusque amore Philoctetae malum repetat, alter eam urbem Minervaeque cognomen esse censet, arbitratus, ni fallor, casu Philoctetam angue esse morsum, id quod narratur ad v. **1326.** Ad **1327.** denique ejus malum ab angue custode repetitur: *πλησίον ἐλθὼν τοῦ ὄφεως τοῦ τῆς νήσου τῆς Χρυσῆς φύλακος.* Ad **270.** autem Philoctetam ait non quaesivisse Herculis aram, ut ad **194.** interpres narraverat, sed eam conditurum fuisse. Quae omnia diversitatem patefaciunt.

Quum porro ad El. **47.** de Orestis certamine Pythio legatur: *ἀνῆκται δὲ τοῖς χρόνοις,* quod explanatur scholio v. **682.** *οὔπω ἦν ἐπὶ Ὀρέστου ὁ Πυθικὸς ἀγών,* tamen ad v. **47.** dicitur: *ἐπὶ Τριπτολέμου γάρ φασι γενέσθαι Πυθικὸν ἀγῶνα, ἑξακοσίοις ἔτεσι πρότερον.* Hic igitur a Sophocle justam temporum rationem servatam esse significavit, neque pro *πρότερον* scripsit *ὕστερον,* quod editor Romanus e conjectura posuit.

D) Multo his uberiora ea indicia sunt, quae ex diversis explicationibus eodem loco sine disjunctiva particula compositis sumi possunt, velut illud *πεῖράν τιν᾽ ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον* in prima Ajace alter interpretatur: *Ἀεὶ ὁρῶ σε, ὦ Ὀδυσσεῦ, πείρᾳ καὶ δόλῳ μετιόντα τοὺς ἐχθρούς*, alter vero ita: *ἀεὶ ὁρῶ σε, ὦ Ὀδυσσεῦ, τὴν παρὰ τῶν ἐχθρῶν σοι γινομένην βλάβην ζητοῦντα προϋφαρπάσαι.* Quorum ille incepta contra hostes, hic incepta ab hostibus inita intellexit. Sic in Antig. v. 556. legitur: *Ἀλλ᾽ οὐκ ἐπ᾽ ἀῤῥήτοις γε τοῖς ἐμοῖς λόγοις*, annotatur autem: *Οἷον, προεῖπόν σοι τὰς ἐσομένας τιμωρίας ἐν τῇ παραβάσει.* (Punctum minus in majus mutavi.) *Ἀλλ᾽ οὔπω παρὰ γνώμην μου ταῦτα πέπραχας, ἀλλὰ κἀμοῦ συνειδυίας τὰ πραττόμενα.* Posteriora verba qui scripsit, is Ismenae de fratre sepeliendo colloquium ideoque facinoris conscientiam, qui priora, is praedictam ab Ismena poenam significari censuit. — Eodemque pertinent scholia ad Aj. 603. Ant. 131. 781. Phil. 552. 720. 842. O. Tyr. 219. 919. 1307. O. Col. 57. 237. 477. 674. 1574. El. 232. 240. 363. 424. 498. 888. 1008. 1079. Trach. 162. 558. 621. 645. 846. 980. 1259.

Sed hujus quoque generis interpretationes, etsi aperte diversis ab auctoribus profectae, postea ex illo glossographorum more, quem Lehrs. de Aristarchi stud. Homer. p. 32 seq. et F. Ritschelius de Oro et Orione p. 20. et saepius notarunt, temere conjunctae sunt. Cujus rei vel unum exemplum attulisse satis erit. O. Col. v. 380 seq. in omnibus paene codicibus legitur:

Ὡς αὐτίκ᾽ Ἄργος ἢ τὸ Καδμείων πέδον
Τιμῇ καθέξων (*καθέξον* ex Par. a restitutum est), *ἢ*
πρὸς οὐρανὸν βιβῶν.

Ad quos versus haec annotantur: 1) *Ὡς αὐτίκα καὶ τὸ Ἄργος πρὸς οὐρανὸν βιβῶν, καὶ τὸ Καδμείων πέδον τιμωρίᾳ ὑποτάξων. Τὸ γὰρ τιμὴ ἔσθ᾽ ὅτε πρόςτιμον δηλοῖ..... ἑκάτερον δὲ ἢ ἀ. τ. καί ἐστι.* 2) *τὸ δὲ ἑξῆς οὕτως· αὐτίκα* (huic voci Elmsl. e conj. *ὡς* praeposuit) *ἢ τὸ Καδμείων πέδον τιμῇ καθέξων, ἢ τὸ Ἄργος πρὸς οὐρανὸν βιβῶν*, (frustra Elmsl. *ἢ* inserit,) *ὑψώσων τῇ εὐκλείᾳ. Ὡς πορθησόντων Ἀργείων τὰς Θήβας, καὶ κατὰ τοῦτο εὐδόξων γενησομένων.* 3) *Ὑπερβατὸν οὖν ἐστι, καὶ τὸ ἑξῆς οὕτως· ὡς αὐτίκα ἢ πρὸς οὐρανὸν τὸ Ἄργος οἴσων, ἤγουν ἐπὶ μέγα αὔξημα ἢ τὸ Καδμείων πέδον τιμῇ καθέξων. Ἄλλως γὰρ ἀκούειν τραχύτερον.* Hi omnes de hyperbato cogitarunt, incidentes scilicet solum post *Ἄργος* atque *καθέξων*: sed quem ego tertium appellavi, eum a secundo diversum esse vel repetitum *τὸ ἑξῆς* ostendit: et uterque idem

agit, sententiarum nexum exhibens. Sed hi *τιμήν* honorem interpretantur, primus *τιμωρίαν*, hi particulas disjunctivas non turbant, primus pro copulativis dictas esse censet. Nihilominus epitomator primum et secundum per *δέ*, secundum et tertium per *οὖν* conjunxit, temere copulans etiam scholia ad El. 86. 239. Aj. 1025. Phil. 234. O. Col. 148. alia.

§. 4.

De numero scholiastarum.

Quum jam constet, scholia nostra non unum auctorem habere, quaerendum est, quot hominibus debeantur. Videmus autem saepe duo scholiastas eodem loco compositos, quorum lectio a libris discrepet, et unum qui cum libris consentiat; alias duo scholiastas cum codd. aut omnino aut fere concinentes, quum tertius vetustiorem lectionem sequatur. Et hoc inprimis ex partis posterioris cap. 1 et 2. apparebit. Itaque duo vetustiores, duo recentiores scholiastae videntur servati esse. Ad quos excerptor ille, de quo supra egimus, accedit. Hae vero annotationes omnes non integrae, sed ab epitomatore aliquo et in brevius contractae et perperam conjunctae et depravatae exstant, id quod partim supra ostendimus, partim mox probabimus.

Quattuor igitur scholiastas atque excerptorem compositos videmus in scholiis ad Oed. Col. 14. Ibi *Πύργοι μὲν*, inquit Antigona, *οἳ πόλιν στέγουσιν, ὡς ἀπ' ὀμμάτων πρόσω*: annotatur autem: *Ὡς ἀπ' ὀμμάτων πρόσω: γρ. ὡς ἀνομμάτῳ, ὅ ἐστιν, ὡς τυφλῷ σημῆναι, πρόσω εἰσὶν, ὡς ἄν τις πόῤῥω ἀφορῶν τεκμήραιτο. Ὡς ἄν τις τὰ ὄμματα πόῤῥω ἔχων. Ὡς ἔστιν ἐκ προόψεως τεκμήρασθαι.* [*Ὡς*:] *Λίαν.* Haec sic nemo intelliget: sed plures sunt interpretationes. Nam scholiasta, qui primo loco collocatus est, quum glossam *ἀνομμάτῳ* ad *ἀπ' ὀμμάτων* invenisset, (de quo cf. Herm. ad h. l.) hanc ipsam variam lectionem esse ratus, apposito *γρ.* his verbis explicuit: *ὅ ἐστιν, ὡς τυφλῷ σημῆναι, πρόσω εἰσίν.* Hic pone punctum. Secundus dixit: *Ὡς .... τεκμήραιτο. Ὡς .... ἔχων.* Is igitur sic, ni fallor, Sophoclem accepit: Turres, (quas video,) eae sunt, quae urbem tegunt sive tuentur; tum perperam *πρόσω* cum *ὀμμάτων* conjunxit. Quem exscripsit, qui sequitur, cuique Elmslejus *εἰς τὸ αὐτό* praefixit: *Ὡς ἔστιν ἐκ προόψεως τεκμήρασθαι.* Simillimis enim verbis utitur, vocem *πρόσω* praepositione *προ* significans. Denique adscriptum *λίαν* Brunckius explanabit: „Verba melius, quam in editis scholiis exponuntur in veteri (Brunckii) glossa: *λίαν ἀπ' ὀμμάτων πόῤῥω εἰσίν.* valde ab oculis, a conspectu, procul sunt. *ὡς* saepe occurrit pro *λίαν* adverbiis junctum. Sic El. 1437. *ὡς ἠπίως. λίαν πράως.*"

Laudat praeterea Suidam: *Ὡς, λίαν. Σοφ. Θαυμαστὰ γὰρ τὸ τόξον ὡς ὀλισθάνει.* Brunckius igitur, quamquam non Sophoclem, scholiastam tamen his verbis interpretatus est. Itaque tres scholiastae et excerptor h. l. servati sunt: quartus autem interpres is erat, qui *ἀνομμάτῳ* glossam adscripserat.

Tum Electrae verba v. **445.**:

Ἐμασχαλίσθη, κἀπὶ λουτροῖσιν κάρα (sic codd.)
Κηλῖδας ἐξέμαξεν,

his scholiis explicata sunt: *Εἰώθεισαν τῶν ἀναιρουμένων εἰς τὰς κεφαλὰς ἀπομάσσειν τὰ ξίφη, ὥςπερ ἀποτροπιαζόμενοι τὸ μύσος τὸ ἐν τῷ φόνῳ. Τὸ δὲ ἐξέμαξεν ἐπὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὃς ἐμασχαλίσθη ὑπὸ τῆς Κλυταιμνήστρας, καὶ τὸ κάρα αὐτοῦ τὰς κηλῖδας τούτων τὰς ἐπὶ τῷ φόνῳ ἐξέμαξεν. Οὐ δεῖ δὲ διαφωνίαν δοκεῖν εἶναι πρὸς τὸν Ὅμηρον, ἐπεὶ φ. ἐκεῖνος· Δειπνήσας ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ* (Od. **4. 535.**). *Ἤρκει γὰρ τὰ ὅλα συμφωνεῖν τῷ πράγματι· τὰ γὰρ κατὰ μέρος ἐξουσίαν ἔχει ἕκαστος ὡς βούλεται πραγματεύσασθαι, εἰ μὴ τὸ πᾶν βλάπτῃ τῆς ὑποθέσεως. Ἄλλως. Εἰώθεσαν οἱ δρῶντες ἐμφύλιον φόνον ἀκροτηριάζειν τοὺς ἀναιρεθέντας, ἐκ παντὸς μέρους τοῦ σώματος ἀποταμνόμενοι* (Suid. recte *ἀποτεμνόμενοι*), *καὶ* (*καὶ* insertum est ex Suida s. v. *μασχαλισθῆναι*, qui scholium nostrum fere descripsit) *περιάπτειν ἑαυτοῖς τὰ ἄκρα συνείραντες* (Suid. ed. Rom. recte *συνείροντες*) *διὰ τούτων, ὥςπερ τὴν δύναμιν ἐκείνων ἀφαιρούμενοι, διὰ τὸ μὴ παθεῖν εἰς ὕστερόν τι παρ᾽ ἐκείνων δεινόν· ἐφόρουν δὲ εἰς τὰς μασχάλας τὰ ἄκρα, ὃ καὶ μασχαλίσαι ἔλεγον.*

Ἄλλως. Ἐπὶ ταῖς καθάρσεσι τοῦ φονευθέντος τὰ ἄκρα ἔτεμνον, καὶ περὶ τὴν μασχάλην αὐτοῦ ἐκρέμαζον αὐτά, ἵνα, φησὶν (scr. *φασὶν*), *ἀσθενὴς γένοιτο πρὸς τὸ ἀντιτίσασθαι τὸν φονέα· καὶ Ἀπολλώνιος· ἐξάργματα τέμνε θανόντος·* (Argon. **4. 477.**) *τοῦ Ἰάσονος.*

446. *Κηλῖδας ἐξαίμαξεν: Ἢ τῇ ἑαυτῶν κεφαλῇ ἀπέμασσον τοῦ ξίφους τὰς κηλῖδας, ἢ τῇ τοῦ φονευομένου, ὥσπερ τὰς ἐπὶ τῷ μύσει κηλῖδας ἀποτρεπόμενοι.*

Horum scholiorum id, quod primo loco scriptum est usque ad verba *ἐν τῷ φόνῳ*, excerptum est ex eo, cui prius *ἄλλως* est praefixum et eo, quod ad v. **446.** ultimo loco adscriptum legitur; reddidit autem excerptor interpretis verba *τῇ ἑαυτῶν κεφαλῇ ἀπέμασσον* ita: *εἰς τὰς κεφαλάς.* Hi igitur *κάρᾳ* legerunt, quod ex Eustathio omnes receperunt. Excerptorem ab *τὸ δὲ ἐξέμαξεν* scholiastes excipit, qui mala codicum scriptura *κάρα* recentiorem se prodit, *κάρα* ex anacoluthia quadam verbi *ἀπομάσσειν* subjectum esse credens; antiqui vero grammatici

speciem is praebet, qui annotat: οὐ δεῖ .... ὑποθέσεως. Sed haec annotatio quoniam ad totam sententiam pertinet, ab altero eorum, qui vocem ἐμασχαλίσθη explicantes voce ἄλλως adducuntur, profecta esse potest, ab iisdemque ea, quae ad v. 446. adscripta ad κάρᾳ κηλῖδας ἐξέμαξεν pertinet. Restant igitur duo scholiastae antiquitatis specie induti, unus recentior, deinde excerptor, denique epitomator, qui excerptam interpretationem cum antiqua per δέ conjunxit, postremo librarius, qui, quum scholiastae omnes ἐξέμαξεν haberent, lemma ἐξαίμαξεν, quod La. pr. praebet, apposuit.

Velut hîc duo vetustiores et unus recentior, sic ad Oed. Col. 515. duo recentiores et unus vetustior interpres componuntur. Ibi quum libri obstante metro praebeant: μὴ πρὸς ξενίας ἀνοίξῃς Τᾶς σᾶς. Πέπονθ' ἔργ' ἀναιδῆ, primus interpres annotat: Μὴ πρὸς τῆς σῆς ξενίας ἀναπτύξῃς μου τὰ ἀναιδῆ ἔργα. Quem Reisigius Hermannusque τᾶς σᾶς, ἃ πέπονθ', ἀναιδῆ, ego vero τᾶς σᾶς, ἃ πέπονθ', ἔργ' ἀναιδῆ legisse arbitror. Quod si verum est, servavit ille quidem verba libris integriora, sed vocem ἔργα numeris refragantem, quae sine dubio antiquissima glossa ad ἀναιδῆ erat, jam habuit. Ab hoc per ἢ οὕτως alter interpres separatur, annotans: μὴ τᾶς προξενίας σου ἐπὶ ἔργα ἀναιδῆ καταγάγῃς. Quem jam P. Elmslejus animadvertit προξενίας legisse cum cod. Farn. et τὰς σάς cum Par. a. b. f. Ricc. b.; et ita scholia, quae minora dicuntur: γρ. μὴ προξενίας τὰς σάς. Sed praeterea quum et ipse ἃ πέπονθ' habuit, (conjunxit enim ἔργα et ἀναιδῆ,) tum ἀνάξῃς legit, quoniam ἀνοίξῃς per καταγάγῃς interpretatus esse non potest; illa autem verba nonnumquam commutantur, velut Th. Bergk. in mus. Rhen. a. 1842 p. 96. Aristophani in ran. 1011. acute οἴξεις pro ἄξεις restituit. Secundi igitur enarratoris illius lectio est haec:

μὴ προξενίας ἀνάξῃς τὰς σὰς, ἃ πέπονθ', ἔργ' ἀναιδῆ.

Similia prodit tertius: οἱονεὶ μὴ κατὰ τὴν προξενίαν τὴν σὴν ἔργων γένοιο φαύλων ἀκροατὴς, ἀναπτύξαι καὶ φανερῶσαι τὰ κατ' ἐμὲ βουληθείς. Qui aperte legit:

μὴ, προξενίας, ἀνοίξῃς, τὰς σὰς, ἃ πέπονθ', ἔργ' ἀναιδῆ.

Duo igitur homines, qui προξενίας habuerunt, videntur quamvis ineptissime, πρός supplevisse, et omnino corruptionibus suis ostendunt, se longius a primo fonte distare; quo integrior primus est interpres, eo est vetustior.

Plures scholiastae nusquam apparent. Sed obstant difficilia scholia ad vexatos illos Antigonae versus 608 seqq.:

Ἀγήρῳ δὲ χρόνῳ δυνάστας
Κατέχεις Ὀλύμπου μαρμαρόεσσαν αἴγλαν.
Τό τ᾽ ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον
Καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει
Νόμος ὅδ᾽· οὐδὲν ἕρπει
Θνατῶν βιότῳ πάμπολις ἐκτὸς ἄτας.

Ad quos primus annotat: Οὐδεὶς, φ., ἐστι νόμος ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν, ὥστε φεύγειν τοὺς ἀνθρώπους τὸ συμβησόμενον. Sequitur secundus illa diversitatis nota ἢ οὕτως praefixa: οὐδείς ἐστι νόμος, ὃς δύναται τῶν ἤδη τελειωθέντων κακῶν προσάγειν βοήθειαν. His duobus simile tertium est scholium, quod in codice ante primum collocatur: Ὅ ἐστιν, ἀεὶ δυνάμενον βοηθεῖν. Quartum est: ἢ οὕτως· ὁ δὲ νόμος ὁ πάντων τῶν ἀνθρώπων κοινὸς τοῦτο ἔχει, μηδένα ζῆν ἄνευ λύπης. Aut idem aut aliquis cum eo consentiens is videtur fuisse, qui totam sententiam omnino in universum ita exposuit: ὁ λόγος· σὺ μέν, ὦ Ζεῦ, ἀγήρως τε καὶ δυνάστης εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον εἶ· (de lectione ἀγήρως cf. II. cap. 6.) ἡ δὲ τῶν ἀνθρώπων πολιτεία οὐδέποτε χωρὶς κακῶν ἐστιν. Quintus denique dixit: Ὁ κατὰ πᾶσαν πόλιν ἕρπων νόμος, ὅ ἐστι πάντες ἄνθρωποι. Et hunc quidem ἕρπων legisse cognoverunt omnes, quid caeteri haberent, ne quaesitum quidem est. Wexius autem satis habuit, eorum annotationem confusam appellasse. Videamus igitur ipsi.

Et statim quidem apparet, tres priores interpretes legisse infinitivum ἐπαρκέσαι, non legisse ὅδε: nam primus sic verba construxit: νόμος πάμπολις οὐδὲν ἕρπει, (i. e. minime lex incedit sive est, οὐδεὶς ἐστι νόμος ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν,) ἐπαρκέσαι ἐκτὸς ἄτας (i. e. ὥστε φεύγειν τοὺς ἀνθρώπους) τό τ᾽ ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον καὶ τὸ πρίν. Nam haec tria tempora ab eo uno verbo τὸ συμβησόμενον significata esse ostendit versus 611. annotatio: Τὸ ἐσόμενον καὶ μετ᾽ ἐκεῖνο μέλλον καὶ πάλιν ἐσόμενον. Scilicet tria diversa temporis enunciata ad futurum tempus rettulit. Ab hoc porro is, quem tertium nominavimus, in eo solum discedit, quod praesentem, praeteritam, futuram aetatem dici intelligit, scribens: ὅ ἐστιν ἀεὶ δυνάμενον βοηθεῖν. Simili autem interpretatione secundus usus est, qui τό τ᾽ ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον quidem ad κατέχεις et q. s. videtur rettulisse, et, posito puncto, ita rem construxisse: πάμπολις νόμος οὐδὲν ἕρπει, ἐπαρκέσαι καὶ τὸ πρὶν ἐκτὸς ἄτας, i. e. οὐδείς ἐστιν, ὃς δύναται προσάγειν et q. s. Reliqui vero scholiastae de vv. 611 et 612. tacent; sed quartus eos cum νόμος certe non conjunxit, nam dicit: ὁ δὲ νόμος τοῦτο ἔχει et q. s., itaque eos non potest non ad praecedentem v. rettulisse, quare et ipse videtur infinitivum legisse. Quum vero δὲ

speciem is praebet, qui annotat: *οὐ δεῖ .... ὑποθέσεως.* Sed haec annotatio quoniam ad totam sententiam pertinet, ab altero eorum, qui vocem *ἐμασχαλίσθη* explicantes voce *ἄλλως* adducuntur, profecta esse potest, ab iisdemque ea, quae ad v. 446. adscripta ad *κάρᾳ κηλῖδας ἐξέμαξεν* pertinet. Restant igitur duo scholiastae antiquitatis specie induti, unus recentior, deinde excerptor, denique epitomator, qui excerptam interpretationem cum antiqua per *δέ* conjunxit, postremo librarius, qui, quum scholiastae omnes *ἐξέμαξεν* haberent, lemma *ἐξαίμαξεν,* quod La. pr. praebet, apposuit.

Velut hîc duo vetustiores et unus recentior, sic ad Oed. Col. 515. duo recentiores et unus vetustior interpres componuntur. Ibi quum libri obstante metro praebeant: *μὴ πρὸς ξενίας ἀνοίξῃς Τᾶς σᾶς. Πέπονθ' ἔργ' ἀναιδῆ,*
primus interpres annotat: *Μὴ πρὸς τῆς σῆς ξενίας ἀναπτύξῃς μου τὰ ἀναιδῆ ἔργα.* Quem Reisigius Hermannusque *τᾶς σᾶς, ἃ πέπονθ', ἀναιδῆ,* ego vero *τᾶς σᾶς, ἃ πέπονθ', ἔργ' ἀναιδῆ* legisse arbitror. Quod si verum est, servavit ille quidem verba libris integriora, sed vocem *ἔργα* numeris refragantem, quae sine dubio antiquissima glossa ad *ἀναιδῆ* erat, jam habuit. Ab hoc per *ἢ οὕτως* alter interpres separatur, annotans: *μὴ τᾶς προξενίας σου ἐπὶ ἔργα ἀναιδῆ καταγάγῃς.* Quem jam P. Elmslejus animadvertit *προξενίας* legisse cum cod. Farn. et *τὰς σάς* cum Par. a. b. f. Ricc. b.; et ita scholia, quae minora dicuntur: *γρ. μὴ προξενίας τὰς σάς.* Sed praeterea quum et ipse *ἃ πέπονθ'* habuit, (conjunxit enim *ἔργα* et *ἀναιδῆ,*) tum *ἀνάξῃς* legit, quoniam *ἀνοίξῃς* per *καταγάγῃς* interpretatus esse non potest; illa autem verba nonnumquam commutantur, velut Th. Bergk. in mus. Rhen. a. 1842 p. 96. Aristophani in ran. 1011. acute *οἴξεις* pro *ἄξεις* restituit. Secundi igitur enarratoris illius lectio est haec:

μὴ προξενίας ἀνάξῃς τὰς σάς, ἃ πέπονθ', ἔργ' ἀναιδῆ.

Similia prodit tertius: *οἱονεὶ μὴ κατὰ τὴν προξενίαν τὴν σὴν ἔργων γένοιο φαύλων ἀκροατής, ἀναπτύξαι καὶ φανερῶσαι τὰ κατ' ἐμὲ βουληθείς.* Qui aperte legit:

μή, προξενίας, ἀνοίξῃς, τὰς σάς, ἃ πέπονθ', ἔργ' ἀναιδῆ.

Duo igitur homines, qui *προξενίας* habuerunt, videntur quamvis ineptissime, *πρός* supplevisse, et omnino corruptionibus suis ostendunt, se longius a primo fonte distare; quo integrior primus est interpres, eo est vetustior.

Plures scholiastae nusquam apparent. Sed obstant difficilia scholia ad vexatos illos Antigonae versus 608 seqq.:

Ἀγήρῳ δὲ χρόνῳ δυνάστας
Κατέχεις Ὀλύμπου μαρμαρόεσσαν αἴγλαν.
Τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον
Καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει
Νόμος ὅδ'· οὐδὲν ἕρπει
Θνατῶν βιότῳ πάμπολις ἐκτὸς ἄτας.

Ad quos primus annotat: Οὐδεὶς, φ., ἔστι νόμος ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν, ὥστε φεύγειν τοὺς ἀνθρώπους τὸ συμβησόμενον. Sequitur secundus illa diversitatis nota ἢ οὕτως praefixa: οὐδείς ἐστι νόμος, ὃς δύναται τῶν ἤδη τελειωθέντων κακῶν προσάγειν βοήθειαν. His duobus simile tertium est scholium, quod in codice ante primum collocatur: Ὅ ἐστιν, ἀεὶ δυνάμενον βοηθεῖν. Quartum est: ἢ οὕτως· ὁ δὲ νόμος ὁ πάντων τῶν ἀνθρώπων κοινὸς τοῦτο ἔχει, μηδένα ζῆν ἄνευ λύπης. Aut idem aut aliquis cum eo consentiens is videtur fuisse, qui totam sententiam omnino in universum ita exposuit: ὁ λόγος· σὺ μὲν, ὦ Ζεῦ, ἀγήρως τε καὶ δυνάστης εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον εἶ· (de lectione ἀγήρως cf. II. cap. 6.) ἡ δὲ τῶν ἀνθρώπων πολιτεία οὐδέποτε χωρὶς κακῶν ἐστιν. Quintus denique dixit: Ὁ κατὰ πᾶσαν πόλιν ἕρπων νόμος, ὅ ἐστι πάντες ἄνθρωποι. Et hunc quidem ἕρπων legisse cognoverunt omnes, quid caeteri haberent, ne quaesitum quidem est. Wexius autem satis habuit, eorum annotationem confusam appellasse. Videamus igitur ipsi.

Et statim quidem apparet, tres priores interpretes legisse infinitivum ἐπαρκέσαι, non legisse ὅδε: nam primus sic verba construxit: νόμος πάμπολις οὐδὲν ἕρπει, (i. e. minime lex incedit sive est, οὐδείς ἐστι νόμος ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν,) ἐπαρκέσαι ἐκτὸς ἄτας (i. e. ὥστε φεύγειν τοὺς ἀνθρώπους) τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον καὶ τὸ πρίν. Nam haec tria tempora ab eo uno verbo τὸ συμβησόμενον significata esse ostendit versus 611. annotatio: Τὸ ἐσόμενον καὶ μετ' ἐκεῖνο μέλλον καὶ πάλιν ἐσόμενον. Scilicet tria diversa temporis enunciata ad futurum tempus rettulit. Ab hoc porro is, quem tertium nominavimus, in eo solum discedit, quod praesentem, praeteritam, futuram aetatem dici intelligit, scribens: ὅ ἐστιν ἀεὶ δυνάμενον βοηθεῖν. Simili autem interpretatione secundus usus est, qui τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον quidem ad κατέχεις et q. s. videtur rettulisse, et, posito puncto, ita rem construxisse: πάμπολις νόμος οὐδὲν ἕρπει, ἐπαρκέσαι καὶ τὸ πρὶν ἐκτὸς ἄτας, i. e. οὐδείς ἐστιν, ὃς δύναται προσάγειν et q. s. Reliqui vero scholiastae de vv. 611 et 612. tacent; sed quartus eos cum νόμος certe non conjunxit, nam dicit: ὁ δὲ νόμος τοῦτο ἔχει et q. s., itaque eos non potest non ad praecedentem v. rettulisse, quare et ipse videtur infinitivum legisse. Quum vero δὲ

inserat, quis non conjiciat, eum νόμος δ' spectare, non νόμος ὅδ'? Sed eum praeterea οὐδὲν ἕρπειν legisse Wexius et Ellendtius s. v. πάμπολις contendunt, alius quis fortasse etiam οὐδέν' cum Par. a. et Ald. habuisse conjiciat. Sed certo id colligi non potest, quia ei licebat etiam vulgata verba ita explicare, sive construxit hoc modo: νόμος δὲ πάμπολις (scil. ἐστίν), sive sic: νόμος δὲ πάμπολις ἕρπει· οὐδέν ἐστιν ἐκτὸς ἄτης τῷ τῶν θν. βιότῳ. Neque magis concludendum est, hunc ἕρπων legisse, ex scholio codicis Par. a.: ὁ νόμος ὁ κατὰ πᾶσαν πόλιν ἕρπων τοῦτο ἔχει, μηδένα ζῆν ἄνευ λύπης, quod aperte partim ex ipsa annotatione, de qua nunc agimus, partim e quinta, quam diximus, consarcinatum est. Quinta autem sane ad ἕρπων pertinet, sed de ceteris verbis nihil habent interpretes.

Deprehendimus igitur quinque h. l. scholiastas, quorum neque ullus ille excerptor est, neque quisquam, quintum si excipias, recentiorem se praebet. Sed ne unum propter locum nimis interpretum numerus augeatur, credere malim, veterem aliquem grammaticum tres illas enarrationes per ἢ οὕτως distinctas ex hypomnematis, de quibus posthac agemus, descripsisse, et, ut diversis ab hypomnematistis profectas, signo illo separasse. Quod si verum est, jam duo veteres unumque recentem scholiastam hic habemus.

Accederet vero ad illum, quem supra significavimus, numerum etiam paucorum annotationum auctor, quae recenti manu ad collectionem Laurentianam adscriptae sunt, nisi harum, ut par erat, rationem nullam habuissem. Sed lemmata neque a scholiastis, neque ab epitomatore sunt profecta, saepissime enim ab ipsis explicationibus, quibus praefixa sunt, omnino distant, ut jam docebimus.

§. 5.

De lemmatis*).

Lemma falso loco appositum est ad Aj. 893., ubi Tecmessa procedens clamat:

v. 891. Ἰώ μοί μοι.

Chorus. Τίνος βοὴ πάραυλος ἐξέβη νάπους;

Tecm. 893. Ἰὼ τλήμων. Chor. .... ἐρῶ Τέκμησσαν...

In scholiis autem legitur: Ἰὼ τλήμων: Τέκμησσα βοᾷ.... φαίνεται δὲ οὐδέπω ἔνοπτος οὖσα τῷ Χορῷ. — Τοῦτο ἐν τῷ ἐμφανεῖ γενομένη, ὅπερ δηλοῖ ὁ Χορός. Haec quidem posteriora verba sane ad ἰὼ τλήμων pertinent, priora vero ad ἰώ μοί μοι.

O. Tyr. 95. Λέγοιμ' ἂν, οἷ' ἤκουσα τοῦ θεοῦ πάρα. Ἄνωγεν ἡμᾶς Φοῖβος ἐμφανῶς....

*) De iis tantum lemmatis loquor, quae in codice sunt, i. e. quae Elmslejus duobus punctis ab interpretatione separavit. Cetera enim ipse adjecit.

Schol. *Λέγοιμ' ἂν οἷ' ἤκουσα: ὅτι πολλάκις ἐμπίπτουσι λοξοὶ χρησμοί, ἐμφανῶς εἶπεν* .... Hoc igitur ad *ἐμφανῶς* pertinet.

Ibid. **151.** *Ὦ Διὸς ἁδυεπὲς φάτι* lemma est quum ad alias, tum ad hanc annotationem: *λείπει δὲ ἡ ἀπὸ, ἵν' ᾖ, ἀπὸ τῆς Πυθῶνος.* Jam sequitur lemma *Τίς ποτε τᾶς πολυχρύσου (Πυθῶνος)*, sed ad hoc demum illa glossa pertinet, eoque etiam a Br. et Elmslejo refertur, qui verba transponunt.

Ibid. **210.** Schol.: *Τὸν χρυσομίτραν: τὸν Θηβαῖον Διόνυσον, τὸν ταῖς Βάκχαις συνοικοῦντα.* Explicat igitur verba: *τᾶςδ' ἐπώνυμον γᾶς .... Βάκχον .... Μαινάδων ὁμόστολον.* — Sic Trach. **996.** *ὦ Ζεῦ, οἵαν μ' ἄρ' ἔθου λώβαν* explicatur sub lemmate *Οἵαν ἀνθ' οἵων θυμάτων*, O. Col. **429.** *οὐδ' ἤμυναν* sub lemmate ex v. **430.** sumpto: *Αὐτοῖν ἐπέμφθην;* Antig. **751.** *ὀλεῖ τινα* sub lemmate *Ἡ δ' οὖν θανεῖται*, denique O. Col. **899.** *Ἀπὸ ὑποδημάτων* interpretatio est excerpta ex Praxiphanis annotatione, ibi allata, et ad *ἀπὸ ῥυτῆρος* pertinet, quum lemma sit *ἄνιπτον.*

Tum saepissime lemma et glossema lectione distant, velut in scholiis El. **1437** seqq., de quibus vide partis posterioris cap. VII. §. **2.**, primus schol. *νηπίως ἐννέπειν*, alter *ὡς νηπίως ἐννέπειν ... συμφέροι*, tertius *παῦρά γ' ὡς νηπίῳ ἐννέπειν πρὸς ἄνδρα τόνδε συμφέροι* interpretatur, primo autem lemma praeponitur *Δι' ὠτὸς ἂν παῦρά γε*, alteri *Ὡς ἠπίως ἐννέπειν*, tertio *Πρὸς ἄνδρα τόνδε συμφέροι*, deinceps duobus versibus, ut in codd. exstant, descriptis. Ita in Antig. v. **18.** explicatur *ᾔδη*, quum lemma ut codices *ᾔδειν* praebeat. Cf. p. II. cap. **I.** Eadem discrepantia est, ut de sola Antigona loquar, in vv. **89. 154. 244. 320. 324. 579. 587. 859. 864. 887. 959.** Interdum Elmslejus lemma codicis explicationi adaptavit, sed hoc aut ubique aut nunquam facere debebat.

Quae quum satis superque demonstrent, a scholiastis lemmata profecta non esse, a codicis Laur. librario ea apposita esse consensu eorum et codicis paene perpetuo docemur.

CAPUT SECUNDUM.

DE DIDYMO PRINCIPALI SCHOLIORUM AUCTORE.

Veterum duorum, quos cognovimus, interpretum alterum credo ipsum fuisse Didymum. Notum est, hunc grammaticum propter ferream quasi industriam Chalcenteri nomen accepisse (cf. Suid. v. *Δίδυμος* et Amm. Marc. 22. 16. 16.): scripsit enim 3500. (Athen. 4. p. 139. c.) vel, Senecae (epp. 88.) si credimus, 4000 libros. Alexandriae natus postea Romam migravit et a Caesare Dictatore usque ad Augustum Imperatorem floruit; egitque de eo G. J. Vossius de hist. Graec. I. 24.

Hunc igitur hominum doctorum plerique principalem videntur scholiorum Sophoclis fontem habere, velut in universum Bernhardius in hist. litt. Graec. I. p. 386. ait: *Eine weitläuftige Redaction aus solchem Nachlass* (veterum hypomnematum) *machte Didymus, die Basis aller ferneren Scholiasten.* Tamen quia obiter tantum illa sententia adhuc pronuntiata est, et ab Richtero quoque, qui postremus de ea disputavit, posita magis, quam argumentis est demonstrata, facere non potui, quin ingratum munus probandi, de quo plurimi ne dubitarent quidem, in me susciperem.

Octies Didymus in scholiis nostris commemoratur. Et ad Antig. v. 45. quidem quod annotatur: *Δίδυμος δέ φ. ὑπὸ τῶν ὑπομνηματιστῶν τὸν ἑξῆς στίχον νενοθεῦσθαι,* id dilucide patefacit, Sophoclis scholiastas, quos nunc habeamus, non ipsos veteres illos commentarios inspexisse, sed e Didymo tantum cognitos habuisse. Cui rei obstare videatur schol. ad O. Col. 237.: *Τὸ τῆς Ἀντιγόνης πρόςωπον ὅλον καὶ τοῦ Χοροῦ τὸ τετράστιχον ἀθετοῦνται...... Οὐδὲν δὲ ἐν τοῖς Διδύμου τούτων ὀβελισθὲν εὕρομεν.* Hîc igitur Didymus ceteris interpretibus opponitur, et hypomnematistis quidem, a quibus obelos illos profectos esse quum aliis indiciis, tum vel ex ipso glossemate ad Ant. 45. cognoscimus. Sed ne duo illa scholia secum pugnent, diversis tribui possint auctoribus, quorum alter hypomnemata legerit, alter non legerit; at quis hoc credat, qui summam utriusque annotationis spectet similitudinem? In utraque athetesis est interpretum, in utraque ad Didymum provocatur. Sed quid tandem impedit, quominus alterum quoque scholium Didymo tribuamus? Nonne Didymus notasse quidem potest, ut ad Ant. v. laud. fecit, ab interpretibus verba illa Sophocli esse abjudicata, quum ipse tamen obelum libris suis non appingeret, appictum sine dubio vel in libris a Didymo recensitis ad Ant. 45.? Et inde tum recentior scholiasta

sive epitomator dissensionem conclusit. Nihil igitur nos cogit, ut ipsis Sophoclis scholiastis commentarios Didymo vetustiores innotuisse censeamus. Sed Didymi commentarium tunc nondum fuisse perditum ex octo locis, quibus laudatur, apparet, eumque summa auctoritate fructum esse, duo, quae attuli, scholia demonstrant, itaque fieri non potuit, quin ubique ab sequentibus interpretibus inspiceretur. Et hic ipse, in quem multas priorum annotationes receptas esse posthac videbimus, effecit sine dubio, ut priora hypomnemata negligerentur, velut saepissime recentiora opera antecedentibus interitum pararunt.

Jam vero si omnium hypomnematum unum Didymi scholiastis innotuisse patet, non dubitabimus ei τὸ ὑπόμνημα, quod interdum laudatur, tribuere *). Miror tamen, quod Richterus p. 91. hujus sententiae auctores C. Lachmannum ex Niebuhrii mus. Rhen. I. 3. p. 322. affert, — ille enim hac de re ne loquitur quidem, — et Th. Bergkium, qui in docta Ajacis Lobeckianae censura in ephem. litt. Halens. a. 1837 (non 1836) p. 539. de schol. ad Aj. 1225. disserens, laudatis locis, ubi Didymus in schol. Soph. citaretur, satis habuit adjecisse: „Confer etiam .... El. 488.“ Diserte saltem non pronuntiavit, quod vult Richterus. Affertur autem in scholiis ex hoc hypomnemate sententiae enarratio ad Antig. 523 et 1326., velut Didymi enarratio ad ejusdem fabulae v. 4. Sed non semper ejusdem hominis hypomnema ita significari ex scholio El. 488. concludunt, ubi diversae lectiones ex commentario illo laudentur. Annotatur ibi ad verba:

Ἥξει καὶ πολύπους.... χαλκόπους Ἐρινύς:

Ἥξει καὶ πολύπους: Ἡ Ἐρινὺς ἡ ἐκείνῳ τῷ φόνῳ ἀκολουθήσασα· οὕτως ἐν τῷ ὑπομνήματι.

Ἥξει καὶ πολύπους: Τὸ πολύπους ἐν ὑπερβολῇ ἔθηκεν· ἐν δὲ τῷ ὑπομνήματι κεῖται πολύπαις....

At lemma scimus a librario esse additum: prius vero scholium ad ἥξει Ἐρινύς modo pertinet, minime ad πολύπους. Itaque in hypomnemate solum πολύπαις exstabat.

Sunt vero qui, quoties φησί de interprete aliquo dicatur, Alexandrinum nostrum spectari censeant. Sed omnino illud φησί aut ad poëtam, aut ad personam in fabula loquentem pertinere solet; quis igitur, si legerit, id ad interpretem referet? **) Accedit, quod φησί et φασί auctore Schaefero ad Apoll. Rhod. schol. Paris. III.

---

*) Ita O. Schneiderus τὸ ὑπόμνημα, quod nonnunquam in schol. Arist. citatur, Symmacho tribuit, quem solum scholiastarum fontem fuisse demonstrare studet, etsi aliter G. Dindorfius in p. 390. addend. ad Arist. schol. III. et Engerus in Zimm. ann. phil. a. 1841. p. 936. sentiunt.

**) Significat quidem Aristonicus in schol. Hom. Aristarchum sola tertia pers., omisso nomine: cf. Lehrs de Arist. stud. Hom. p. 10.; sed haec alia res est; Aristonicus enim de unius Aristarchi recensione scripsit. Cf. Lehrs. p. 8.

v. 311. eodem olim compendio scribebatur; simillimis compendiis φη et φα illac formae in La. significantur, neque ullum mendum frequentius est, quam earum permutatio. Sic in schol. Aj. 841. ed. Rom. ταῦτα νοθεύεσθαί φησιν praebet, La. vero φασίν, et in ipso La. φησίν cum substantivi sive pronominis numero plurali conjungitur in schol. O. Col. 14. 117. 237. 1044. 1590. Phil. 425. El. 6. In schol. El. 445. in La. legitur: ἵνα, φησίν, ἀσθενὴς γένοιτο...., sed jam Suidas s. v. μασχαλισθῆναι, verbotenus totam annotationem describens, φασίν habet. Ita ad Aj. 1135. scriptum est: μιᾷ ψήφῳ φησὶ κατακριθῆναι τὸν Αἴαντα ὑπὸ Μενελάου. Sed recte jam editor Rom. φασί emendavit, quoniam non unus tantum illud narraverat. Corruptum schol. O. Col. 1593. οὗ καρῆναι φησὶ τὴν Κόρην ἁρπαγεῖσαν editor Rom., Brunckius, Elmslejus καταβῆναί φασι emendarunt; emendari posset οὗ ὁ Κυρηναῖός φησι, quo modo Callimachus ad O. Col. 258. laudatur, nisi hic poëta fragm. 110., quod cum fragm. 186. ingeniose Naekius in mus. Rhen. vol. V. p. 66. conjunxit, Cererem teste Suida s. v. πορθμήϊον dixisset Hermionae audivisse filiae descensionem. Tum ad Aj. 562. legitur: διὰ τί, φη, ... τρανῶς ἐκφέρει τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ὁ Αἴας, ὅτι δὴ ἑαυτὸν ἐξάγει τοῦ βίου; ῥητέον οὖν...., ubi Brunckius rursus φασί scripsit, ego δή emendare maluerim. Ceterum non abs re fuerit, Schaeferi annotationem supra laudatam descripsisse: „Ἀπολλώνιος .... φασίν. Leg. φησίν. Hac commutatione vix alia frequentior. V. Wesseling. ad Diod. Sic. Ecl. II. 522. 44. et 538. 91.; Bast spec. ed. nov. Aristaen. p. 46.; Heind. ad Plat. Gorg. p. 262.; Boisson. ad Philostr. Her. 489. 520. 548. 550. 588. 615. 651. Weisk. Longin. p. 551." Idem Schaeferus ibid. IV. 144. iterum φασί in φησί mutat. Quare immerito O. Schneiderus de Arist. schol. fontibus p. 56. dubitat, in schol. Arist. Plut. 1037. et av. 17. φασίν restituere; — πολλάκις εἶπεν denique in schol. Thesm. 840. corruptum esse inter omnes convenit.

Servandum vero est schol. Trach. 633: τὴν ἀκτὴν.... Ἀρτέμιδος, ἔνθα φησὶν εἶναι τῶν Ἑλλήνων τὰ συνέδρια, i. e. Sophocles, qui ibi dicit: ἔνθ' Ἑλλάνων ἀγοραὶ Πυλάτιδες κλέονται. Frustra igitur Elmsl. φασίν posuit. Restat Trach. 1191: Οἶσθ' οὖν τὸν Οἴτης Ζηνὸς ὕψιστον πάγον; Ubi annotatur: ... πᾶν δὲ ὄρος (Oeta) ὄρος τοῦ Διὸς ὀνομάζεται, ἐπεὶ, φησὶν, ὑψίστῳ ὄντι τῷ θεῷ ἐν ὕψει τὰς θυσίας ποιεῖσθαι. Quae corrupta esse vel infinitivus ostendit: quare jam Brunckius post ὕψει inseruit δεῖ. Sed satis est incisa ante et post φησίν posita tollere, ut loquens Hyllus subjectum sit, qui v. 1192. dicit:

Οἶδ', ὡς θυτήρ γε πολλὰ δὴ σταθεὶς ἄνω.

Quodsi his in rebus Didymum agnoscere non potuimus, ei schol. ad El. 135. Suidas s. v. ἀλύειν tribuit. Annotatur ibi in scholiis, verbo ἀλύειν et i. q. δυςφορεῖν et i. q. γεγηθέναι significari; si illud, etymon esse ἀλέαν. Suid. autem his verbis partim descriptis, laudatoque Sophoclis versu, quosdam ait duas illas significationes spiritu distinguere. Δίδυμος δὲ, pergit, ἀμφότερα ψιλῶς. τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀλεαίνεσθαί φησι (hoc idem valet atque scholiastae ἀλέα), τὸ δέ ἀπὸ τῆς ἄλης. Itaque Didymus de duabus verbi significationibus de ejusque radice disputaverat; epitomator autem hujus grammatici annotationem ita descripsit, ut alteram radicem omitteret, quum h. l. de gaudendo tantum ageretur. Sed quidquid hoc est, ecce Didymum in schol. O. Col. 1600.... καὶ Εὔπολις Μαρικᾷ·

Ἀλλ' εὐθὺ πόλεως εἶμι· θῦσαι γάρ με δεῖ
Κριὸν Χλόῃ Δήμητρι.

Ἔνθα δηλοῦται, ὅτι καὶ κριὸς θήλεια τῇ θεῷ ταύτῃ θύεται· οὕτω δὲ τιμᾶται..... Illud ἔνθα nemo facile erit, qui ad ipsam fabulam referat, neque sinit fragmenti simplicitas. Itaque usitatissimo modo ad Eupolidis commentarios respicitur, quos a Didymo confectos esse admodum probabiliter O. Schneiderus de Arist. schol. p. 16. ostendit. Dubitat quidem de ea re adhuc Engerus in Zimm. ann. phil. a 1841 p. 935.; sed huic quoque spero persuasum iri duobus testimoniis, quae Schneiderus omisit: scholio Apoll. Rhod. IV. 144., ubi postquam quaesitum est, utrum ζύμβος an ῥόμβος diceretur, pergitur: καὶ ἐν Εὐπόλιδι δὲ οὕτως ἐξηγοῦνται· Ὦ ῥύμβοις μαστίξας ἐμέ: et scholio ad eorumdem Argonauticorum I. 1139: Ἄλλοι δὲ ῥύμβον καλοῦσιν, ὡς Εὔπολις ἐν Βάπταις καὶ Δίδυμος*). Nimis igitur audax mihi esse non videor, si his ex rebus colligo, saepe Didymum in scholiis nostris vel omisso nomine esse exscriptum. (Cf. de hoc grammaticorum more Ritschelium de Oro et Or. p. 33 seq.

Ceterum si non ille grammaticus, Alexandrinus certe se prodit in schol. Aj. 135. οἷόν ἐστι καὶ Ἀλεξάνδρεια ἀγχίαλος μὲν, οὐκ ἀμφίαλος δέ. Quis enim exemplum plane fortuitum nisi ex proxima quaque re sumet? Ac suo jure jam F. Stoeckerus hanc annotionem censuit gravissimam.

Didymum porro deprehendemus, si simillimam operam spectaverimus, quam in aliis poëtis posuit. Nam passim ejus nomen in scholiis Homeri, Pindari, Euripidis, Aristophanis, Apollonii Rhodii est servatum, — in Aeschyleis enim Fortuna in ejus memoriam fuit iniquior; — quas glossas si contuleris, facile videbis, non

*) I. e. etiam Didymus hujus vocis auctor est, quum eam in Eupolidis versu receperit. Frustra igitur Meineckius, vir summus, in quaestt. scen. III. p. 5. (hist. crit. tom. p. 14.) pro καί scripsit ὡς. Quem vix arbitror hanc annotationem ex Didymi lexico comico ducturum fuisse, si respondentis scholii meminisset.

solum omnia scholiorum genera, quae inter Sophoclea legantur, eas amplecti, sed omnino etiam consentire totam commentandi rationem ac proprietatem. Itaque quum maxima Sophoclis scholiorum pars enarratione consistat, jam enarratorem Didymum vide in Soph. Ant. 4, Eur. Hec. 1005., Pind. Pyth. V. 80. VII. 4. Nem. III. 71. Singulas porro voces locutionesque explicat ad Soph. Aj. 408. *δίπαλτος παντὶ σθένει, ὡς Δ.* Arist. av. 530. *βλιμάζοντες ἀ. τ. κακοῦντες.* ran. 41. (*μή μαίνοιό γε*) *Δ. ἀ. τ. μὴ μανείης.* Tum verborum relationem respexit ad. Eur. Med. 149., velut ad Hecub. 719. Hecubam ait non se ipsam, sed Polydorum spectare et *δύστηνον* dicere; ac plane ita scholiasta Ajacis v. 890. annotat, chorum se, non Ajacem' *ἀμένηνον ἄνδρα* appellare. Denique perpetuo ad poëtae mentem artemque respicitur, idemque eadem forma fecit Didymus in Pind. Nem. I. 7.: *πιθανὸν οὖν, φ. ὁ Δ.* et alibi, velut exponit cur poëta dixerit, ut dixit, in Eur. Phoen. 1748. Pind. Pyth. IV. 44. Hom. Il. VI. 71.

Sed justus erat judex, nec semper poëtas admirabatur. Ita Pindarum vituperat in Pyth. X. 56. propter impietatem, et ad Eur. Hec. 829. annotat: *ὁ δὲ Δίδυμος οὐ* (hoc *οὐ* omitte)*) *μᾶλλον ὤφειλεν εἰπεῖν, ὅτι τοὺς νόμους αἱ ἀνάγκαι διορίζουσιν· καὶ* (scr. *αἱ*) *γὰρ ἀνάγκαι καὶ τῶν νόμων ἐπικρατέστεραί εἰσιν, οὐχ οἱ νόμοι τῶν ἀναγκῶν.* Arist. vesp. 804. (769) *Ψυχρῶς δὲ πέπαιχε, φ. ὁ Δ., πρὸς τοὔνομα* (i. e. *ἡλιαίαν* et *ἥλιον*). His vero simillime scholiasta Soph. Aj. 1123, Ajacis fabulae finem improbans, *ἐψυχρεύσατο,* inquit, *καὶ ἔλυσε τὸ τραγικὸν πάθος*: tum comoediae aptiorem quam tragoediae Aj. versum 1126. dicit. (Cf. etiam schol. ad. Ant. 328. et El. 76). Aj 1205: *καὶ ἄκαιρον μὲν περὶ ἔρωτος μεμνῆσθαι ἐν τοῖς παροῦσιν* (i. e. in illa chori condicione) *ὅμως καὶ* (scr. *κατ'*) *ἀκολουθίαν πρὸς τὰ προκείμενα.***) El. 62. *καὶ μὴ τῶν θαυμαστῶν* (scr. *καὶ μήν τῳ* sive *μήποτε,* i. e. fortasse, *θαυμαστὸν*) *εἶναι δόξῃ* (fort. scr. *δόξαι*), *ἐν τραγῳδίᾳ καὶ μύθῳ παλαιῷ τετολμηκέναι τι κακόηθες εἰπεῖν, καὶ προςκρουστικὸν εἰς τοὺς καθ' ἑαυτὸν, ὃ μᾶλλον ἥρμοζε κωμῳδίᾳ.* O. Tyr. 1523. *καὶ αὐτάρκως ἔχει τὸ δρᾶμα. τὰ γὰρ ἑξῆς ἀνοίκεια γνωμολογοῦντος Οἰδίπου.* Trach. 602. *οὐκ εὖ δὲ τὸν ἀνδρεῖον χιτῶνα πέπλον φ.* Ad Aj. denique v. 125. annotatur, Pindaricum illud *τί δέ τις, τί δ' οὔ τις* magis a vero recedere, quam Soph. Aj. 125 seq. Laudantur porro frequentissime in Soph. scholiis similia poëtarum verba: idque Didymus fecit ad Arist. ran. 716. av. 704. 1121. 1284. 1711.

---

*) Servari potest *οὐ*, si post *διορίζουσιν* interrogandi signum ponitur.

**) i. e. non alienum a ceteris hujus loci sententiis. Audacius ed. Rom., Br., Elmsl. omisso *καί* inseruerunt *δέ* et *ἔχει*.

Jam vero frequentes annotationes de rebus gestis, mythis, cultu deorum, locorum situ, antiquis moribus institutisque quum per se auctorem satis vetustum prodant, Didymi doctrinae si quid aliud respondent, quippe cujus longe plurimae observationes ad Pind. et Aristoph. allatae ad illas res pertineant. Satis est schol. Eur. Med. 276. commemorasse, ubi de Medeae mytho agit, et schol. Orestis 1369., ubi de ἁρματείῳ μέλει disserit: quorum posterius etiam in Etym. M. s. h. v., nomine Didymi servato, legitur*).

Solebat porro Chalkenteros noster etyma sectari; cf. schol. Eur. Tro. 1071. (non Med. 1079., ut ait Richterus p. 89.) schol. Arist. Plut. 1130. av. 149. Hom. Il. IV. 475. Hesiod. opp. 300. Apoll. Rhod. IV. 1058. Hesych. s. v. κόρσακις. Zonar. s. θρώσκω. γεγωνῶ. βουκόλος. ὄχεσφι. πείρινθος. σῶος. Etym. M. 247. 51. coll. Zonara s. δάνειον, al. Idem facit scholiasta ad El. 135. Trach. 550. Antig. 20. 418. 1233. O. Tyr. 170. 656. O. Col. 14. Aj. 308. 389.**) 512. Deinde, quamquam de accentibus in schol. O. Col. 195. ad Herodianum provocatur, de quo paulo post dicam, ne ea quidem, quae de accentibus ad El. 70. 716. Aj. 314. O. Col. 1525. annotantur, ad Didymum referri non possunt, quippe qui ad Arist. av. 58. et Pind. Pyth. IV. 446. de accentibus agat***). Tum ubique Sophocli ellipses, praesertim praepositionum tribuuntur, Didymus autem in Pind. Nem. IV. 14. supplet νίν, in Eur. Med. 732. διά. Eundem scimus proverbia collegisse, (cf. Schneidewin. praef. corp. paroem. Graec. tom. I. p. XIV.) atque laudat proverbia ad Eur. Hec. 870. et Arist. ran. 997. (1001.); velut proverbia afferuntur ad Soph. Aj. 746. 786. 1039. Trach. 13. Ant. 630. 781. O. Col. 954.

Annectimus his enunciata quaedam inter se similia. Sicut enim ad O. Col. 156. legitur: καὶ κατὰ τὴν ἡμετέραν συνήθειαν εἰώθαμεν λέγειν οὕτως, ἵνα παραγένῃ πρὸς ἐμὲ, βούλομαί σοι σημαίνειν. Οὕτω Δίδυμος, ita schol. Ant. 94. ait: ὡς καὶ ἡμεῖς ἔτι φαμὲν ἐν τῇ συνηθείᾳ βίᾳ ἀ. τ. βιαίως. Et ut ad Arist. pac. 929. (931.) de οἴ Didymus annotat: ἐν ἐκτάσει· οἱ γὰρ φοβοῦντες οὕτω λέγουσιν, ita schol. Soph. Phil. 284. dicit: θαυμαστικὸν μετ' ἐκπλήξεως τὸ φεῦ ἐνταῦθα. Confer porro schol. Arist. av. 217: Δ. φ. ὅτι οἱ πρὸς αὐλὸν ᾀδόμενοι θρῆνοι· τὸν γὰρ αὐλὸν πένθιμον ὑπειλῆφθαι, — et schol. Aj. 892: (πάραυλος) θρη-

*) Fugit hoc Richterum de Aesch. Soph. Eur. interpp. Gr. p. 83.

**) Ἄλημα .... παρὰ τὸ λέπειν recte ed. Rom. pro βλέπειν emendavit, velut Hesych. ait ἄλημα, λεπτὸν ἄλευρον. Scilicet alpha putarunt sive epitaticum sive euphonicum. Ceterae quoque, quas attuli, observationes etymologicae satis sunt lepidae et ad risum movendum aptissimae.

***) Quin jam Aristarchus plurima in schol. Hom. de accentibus dixit. Cf. Lehrs, p. 257 sqq.

νητική, παρὰ τοὺς αὐλούς. Hinc refero etiam schol. Trach. 216.: τὸ γὰρ μελιδάριον (Br. μελύδριον) οὐχ ἔστι στάσιμον, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ὀρχοῦνται. Tum velut parodia a Didymo in Arist. vesp. 1099. (58.) observatur, ita a scholiasta ad El. 86. 289. O. Col. 1375. notatur. Denique in schol. O. Col. 1240. legitur (σῶν) ἀ. τ. σῶιον (sic), Zonaras autem s. h. v. testatur: Δ. σὺν τῷ ι λέγει.

Quodsi vel his in exemplis non exiguam deprehendimus similitudinem, graviorem etiam in iis cognoscemus, quae ad Didymi proprietatem attinent. Primum igitur accurate eum videmus priores interpretes et examinare*) et in usum suum convertere, servato proprio judicio**). Sic omnibus hypomnematistis ad Pind. Ol. VI. 55. et Nem. III. I. obloquitur: id quod fit etiam in scholio O. Col. 388., quod a C. Lachmanno quoque in mus. Rhen. I. 3. 322. Didymo tribuitur, et in schol. O. Col. 947. Ibidemque v. 1375. legitur: ταῦτα ἀπαξάπαντες πρὸ ἡμῶν παραλελοίπασι, jam docta interpretatione sequente, et ad v. 900. dicitur, τῶν ἐξηγησαμένων ἁπάντων Praxiphanem optime hunc v. explicasse. Aristarcho Didymus contradicit ad Pind. Nem. IV. 151. Arist. ran. 947. (1001.). Hom. Il. XV. 86., eidemque teste Athenaeo XIII. 634. in Jonis tragici commentariis ἀντεξηγήσεις opposuit. Aristarchum porro et Apollodorum refutat ad Pind. Nem. X. 114., Parmeniscum ad Eur. Med. 276., Pherecydem, ut videtur, (similis enim Pherecydis est narratio in schol. ad Androm. 1217., improbata ibi ab eodem Didymo, ni fallor) ad Androm. 867., Eratosthenem ad Apoll. Rhod. I. 972. Neque aliter scholiasta Sophoclis passim priorum sententias rejicit sive corrigit, explicationique τινῶν suam opponit ad El. 42. 45. 86. 182. 551. al.; ad Aj. 1184. Teucrum, ad El. 539. Sophoclem ab interpretum quorundam criminibus defendit, ad El. I. ἀπειροκαλόν dicit, fabulae illius prologum cum Ulixis in Ithaca adventu comparare.

Criticus Alexandrinus noster erat cautissimus. Tuebatur enim plerumque traditam lectionem, velut in Arist. ran. 997. (1001.) οὐ Χῖος ἀλλὰ Κῖος contra Aristarchicum Κῷος, in Pind. Nem. IV. 151. οἷον contra ejusdem viri conjecturam οἷος, in Arist. Thesm. 168. Ἀχαιός, quod nomen τὰ παλαιότερα ἀντίγραφα εἶχε, contra Aristophanis Byzantii scripturam Ἀλκαῖος. Alia attulit Lehrs. p. 28. Tum histrionum novationes ad Eur. Med. 360 et 383., ac laudato Apollodoro ibid. v. 149. vituperat,

*) Hoc in Didymi opere π. τῆς Ἀρισταρχείου διορθώσεως ex schol. Hom. dilucide patefecit Lehrs. de Arist. st. Hom. p. 19 sqq. p. 32. p. 28 sqq.

**) Hoc ex schol. Hom. demonstravit Lehrs. p. 28.

quare eidem simillima scholia ad ejusdem fabulae v. 85. 231. 899. attribuo. — Atque ita in Soph. O. Col. 681. *μεγάλαιν θεαῖν* contra hypomnematistarum conjecturam *μεγάλαν θεᾶν* defenditur, et ad Phil. 1169. legitur: *ὑγιῶς δὲ ἔχει (ἀντόπων), περιττευούσης τῆς ἐν προθέσεως*, et ad dubiam O. Col. v. 1560. scripturam annotatur: *ἐπιστῆσαι οὐκ ἄξιον, λαβόντας καλὸν ἀντίγραφον.* Tum diversas lectiones Didymus et composuit diligenter et docte plerumque ac sobrie judicavit, velut in schol. Hom. Il. II. 111. 397. 435. VIII. 535. X. 397. XV. 86. Quibuscum confer schol. Soph. Oed. Col. 195. *γρ. ἢ στῶ* (pro *ἢ 'σθῶ*), *ὃ καὶ βέλτιον.* ibid. 467. *ἐὰν δὲ γρ. κατέστεψας* (pro *κατέστεψας*).... *ὃ καὶ πιθανώτερον.* Phil. 1113. scribi posse *ἐμὰς ἀνίας* pro *ἐμᾶς ἀνίας, ἀλλὰ τῆς ποιητικωτέρας* (fort. scr. *ταύτης π-ρα*) *ἡ τοιαύτη φράσις.* Cf. etiam schol. Phil. 425.

Quoties denique ipse Didymus ad conjecturam confugit, quam proxime codicum sequitur vestigia, velut in schol. O. Col. 763.: *βαρυτόνως ἀναγνωστέον πείρᾳ, οὐ περισπωμένως. Οὕτω Δ.* Pind. Nem. IV. 95. *Δ. δέ φ. γράφειν δεῖ διὰ τοῦ ω μεγάλου· δαιδάλῳ* pro *ΔΑΙΔΑΛΟ*, i. e. *Δαιδάλου.* Ibid. X. 114. pro *ἥμενος* fortasse non *ἡμένους*, sed *ἡμένος*, i. e. acc. Dor., sive *ἡμένως* legendum esse. Ibid. VI. 53. *ὁ Δ. φ. προςήκει γράφειν Βουδίδαι (σιν)* pro *Βασσίδαισιν.* Non audacior est conjectura ad Soph. Aj. 212. *στέρξασαν ἔχει* pro *στέρξας ἀνέχει* et aliae, quas in p. II. cap. 5. perlustrabimus.

Sed non solum cautissimus erat Didymus, sed etiam piissimus, velut Pindaro in Pyth. X. 56 exprobrat, quod impie in Apollinem loquatur. Ecce jam scholiastam ad Soph. Aj. 780. *διὰ πάντων δὲ διδάσκει, ὅτι κρατεῖ τῶν ἀνθρωπίνων ἡ εἱμαρμένη, καὶ γνῶναι μὲν τὰ ἐσομένα διὰ μαντικῆς ἔστιν, οὐ μὴν καὶ φυλάξασθαι δυνατόν.* Haec enim de suo addit. Ad Trach. 1133. oracula veretur *ἄπιστα* dicere, ut Hercules ibi facit; nam: *πολλάκις τὰ μὴ προςδοκώμενα μαντεύονται οἱ θεοί.* O. Tyr. 480: *ὅτι δὲ ἡ Πυθὼν μεσόμφαλος, δηλοῖ καὶ ἡ περὶ τοὺς ἀετοὺς ἱστορία, καὶ ὅτι τούτου ἕνεκα ὁ Ζεὺς ἐκεῖσε τὸ μαντεῖον ἱδρύσατο.* Cf. etiam O. Col. 793. — Tum modestum Alexandrinus se praebet, conjecturae suae ad Pind. Nem. X. 114. *μήποτε* praeponens*), quocum confer schol. O. Col. 681. *μήποτε δὲ .... ἔφη Σοφοκλῆς.* Trach. 633. *δοκεῖ παρ' ἱστορίαν εἶναι.* O. Col. 1560. *τὸ .... δίδου μοι ἀσυνάρτητόν πως φαίνεται ἡμῖν· ἐπιστῆσαι οὐν ἄξιον ....* Libere autem confitetur, si quis nesciat, velut ad Arist. vesp. 1217.

---

*) Cf. Lehrs. p. 31. imprimis vero schol. Il. XXI. 467.

(1173.) *Δίδυμος· ὁ Καρδοπίων ζητητέος· οὐδαμοῦ κωμῳδεῖται*: et 1349. (1300.) *Δ. φ. ἀδιανόητα σκώπτει ἐνταῦθα.* Similiter schol. Soph. Aj. 899.: *περιπτυχής: κυριώτατα μὲν ὠνόμασται, ἡμῖν δὲ δυςμετάβλητον. τινὲς δὲ περικεκυλισμένος.* Schol. O. Col. 1593. *ἀμάρτυρον* ait, num Pluto Proserpinam per *χαλκοῦν ὁδόν* deduxerit. Ibid. 388. de Oedipi oraculo se tacere malle, quam, velut interpretes, sine idoneo auctore de eo verba facere dicit*). — Ita igitur nobis contigit, ut ex hominis indole ac natura conclusionem facere possemus.

Quid vero, quod polyhistor noster etiam philosophabatur, velut de legibus necessitate moderatis ad Eur. Hec. 829.? In Sophoclis autem commentariis sententiae insertae inveniuntur, quae ne philosophum quidem dedeceant. Sic disputatur de anima Trach. 1162., de tempore ibid. 1171., de aëre El. 86., et sapienter de hominibus nobilibus Phil. 338., ibid. 643. de scelestis, El. 134. 259. 849. (Lepide ac facete de mulieribus dicitur El. 126. et O. Col. 1725.). Quam sano deinde judicio noster scholiasta usus sit, annotatione ad El. 539. apparet, quae vel nostrorum philologorum quibusdam possit utilissima esse. Postquam enim commemoravit eos, qui Sophoclem vituperarent, quod, discrepans ab Homero, plures Menelao filias tribueret**), pergit: *οὐ περὶ μεγάλων δὲ αἱ τοιαῦται διαφωνίαι τοῖς ποιήμασιν, ὥστε οὐ πάνυ δεῖ αὐτοῖς ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐνοχλεῖν, ἀφεμένους τῶν ἀναγκαιοτέρων, ἅπερ παρατηρεῖν ἐχρῆν· ταῦτα δέ ἐστι τὰ ἠθικὰ καὶ χρήσιμα ἡμῖν τοῖς ἐντυγχάνουσιν.* Omnino tam ingeniose saepe poëtae mentem indagat et significat, ut novitio grammatico confidenter id abjudicare possimus.

Neque tamen quemquam morabitur, quod ineptiae quoque non paucae sunt immixtae; nam vel optimos veteres grammaticos constat nugis minime abstinuisse. Quin ne Aristoteles quidem iis erat liber, (cf. Lehrs. p. 49.), neque magis Ister, Philetas, Zenodotus. Cf. Lehrs. p. 55. Neque abstinuit Didymus. Ad Pind. enim Ol. IX. 34. explicat *λαμπραῖς ᾠδαῖς ὁ Δ. ἀ. τ. μαλακαῖς· καὶ γὰρ ἑτέρωθι μαλακοφώνους τὰς ᾠδάς φ.* Egregium autem ineptiae exemplum animi causa ex schol. O. Col. 237. affero: (*ἀλλ' ἐπεί*:) *Ἐπειδή. Ἔστι γὰρ ὁ ἀλλά ἀ. τ. δέ, ὁ δὲ δέ ἀ. τ. δή.* Neque tamen multo sanius in schol. Apoll. Rhod. I. 32. ipse *Ἀρίσταρχος ἐπισημαίνεται, ὅτι ὁ περ ἔσθ' ὅτε ἀ. τ. δή λαμβάνεται.* Impeditissimas porro structuras, in quas Sophoclis verba saepe a scholiastis coguntur, Didymo obtrudere fortasse

*) Cf. quae Lehrs. p. 27. de Didymo fidem auctorum suorum inquirente congessit.

**) Pro *ὅμως οὖ* scr. *ὅμως οὖν*.

dubitaremus, nisi ipse Antig. versum 4. quam contortissimum redderet.

Eadem ab aetate ne temporis quidem indicia in scholiis servata abhorrent. Videamus enim: El. 4. ὅτι (scr. ἔτι) δέ ἐστι καὶ τὸ περὶ τοῦ πυρὸς μέχρι τοῦ νῦν δεικνύμενον καὶ λεγόμενον, ὡς ἀπ' οὐρανοῦ πρῶτον ἐκεῖσε (Argos) κατηνέχθη. Ibid. 6.... ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ἀπόλλωνος, ὅπερ ἀρχαιότατόν ἐστι κατὰ τὴν ἐν τῷ Ἄργει ἀγοράν, ἐν ᾧ καὶ πῦρ ἀπόκειται, περὶ οὗ πρόσθεν εἰρήκαμεν· ἔστι δὲ καταντικρὺ τοῦ Νεμαίου Διός. (Cf. Paus. II. 19. 5.) O. Col. 261.... ἐλέου βωμὸς ἐν Ἀθήναις ἵδρυται. (Paus. I. 17. 1). O. Tyr. 480. ὅτι χρύσεοι ἀετοὶ ἀνάκεινται (Delphis). 899. Ἄβαι, ... ἔνθα ἱερόν ἐστιν Ἀπόλλωνος. (Videtur antiquissimum dicere templum, bello Phocensi ex parte dirutum, de quo Paus. X. 34. agit.) 919. Λυκεῖον γυμνάσιόν ἐστιν Ἀθήναις, ἔνθα Ἀπόλλων τιμᾶται. (Paus. I. 19). O. Col. 1600: Εὐχλόου Δήμητρος ἱερόν ἐστι πρὸς τῇ ἀκροπόλει.... οὕτω δὲ τιμᾶται τῆς κατὰ (scr. κατὰ τῆς) τῶν κήπων χλόης· θύουσί τε (fort. scr. δὲ) Θαργελιῶνος ἕκτῃ (Cf. Paus. I. 22. Creuzeri Symbol. IV. p. 314). Trach. 1167: ἔθος γὰρ (sc. ἐστί) τοὺς χρησμὸν δεχομένους παραχρῆμα γράφειν, ἵνα μὴ ἐπιλάθωνται. Ant. 264. de ordalibus, quae dicuntur: τοῦτο μέχρι τῆς σήμερον οἱ Ῥωμαῖοι ποιοῦσιν Ἑλληνικῶς, πλανώμενοι καὶ ἐν ἄλλοις πλείστοις. — Quamquam fateor, haec omnia per proxima quoque saecula obduravisse. Quo magis in his fortasse adversarii nostri nitentur, El. 45. ἐλέγοντο γὰρ ὁλοσχερέστεροι μὲν Φωκεῖς, ἐπὶ μέρος δὲ Κρισαῖοι, Φανοτεῖς. 424. τοῖς παλαιοῖς ἔθος ἦν..... τῷ ἡλίῳ διηγεῖσθαι τὰ ὀνείρατα. (Cf. Eur. Iph. T. 42). 635. ἐπίπαν ὄσπρια ἔθυον τοῖς θεοῖς. O. Col. 314. καὶ γὰρ περισσοὶ ἦσαν οἱ Θεσσαλικοὶ πῖλοι, jam laudato Callimacho*). Quid igitur? Num haec posteriorem aetatem sapiunt? Atqui pariter praeterito ipse Didymus utitur, ne dicam ap. Harpocr. s. v. ἀπὸ μισθωμάτων: Δ. φ. ὁ γραμματικὸς ...., ἑκάστῳ γὰρ θεῷ πλέθρα γῆς ἀπένεμον, ἐξ ὧν.... ἐγίγνοντο δαπάναι et q. s.: nam haec jam Harpocrationis verba videntur esse, at certe in schol. Arist. av. 1711. (1702.) Δ: ἐν ταῖς θυσίαις χωρὶς ἡ γλῶττα ἐτάμνετο, οὐ μετὰ τῶν ἄλλων σπλάγχνων. Aut igitur illi mores omnes jam antea perierant, aut epitomatores suis temporibus has res adaptarunt, id quod in Pindari scholiis non raro factum esse A. Boeckhius in praef. schol. docet.

*) Schol. Trach. 925. πρὸς τῷ στήθει γὰρ ἐπερονῶντο αἱ γυναῖκες huc referendum non est, sed ad antiquum Doricum vestitum pertinet.

Tum quoties recentiores veteribus opponuntur, aut Sophocles ejusque aequales cum Homero comparati dicuntur, aut scriptores, qui post Sophoclis aetatem vixerunt, velut ad Aj. 815. legimus, rarum esse mortem in theatro παρὰ τοῖς παλαιοῖς, et ad Ant. 494., veteres (allato Cratini exemplo) dicere ita, ut Soph. dixerit: ὃν σὺ τὸν νεκρὸν ἀπεῖπας, et ad Aj. 183. ἀριστερὰ δὲ τὰ μωρὰ οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, δεξιὰ δὲ τὰ συνετά, et ad El. 119.: apud recentiores σωχῶ esse i. q. σώζω, sicut Zonar. s. v. σωχῶ... καὶ σώζειν annotat. Etsi qui tandem isti recentiores scriptores fuerint, ignoro. Corrupta vero sunt scholia ad Trach. 94: Αἰόλα νύξ. Μέλαινα, καὶ (ed. Rom. Br. Elmsl. ὡς) οἱ νεώτεροι, et ad Trach. 690 κτησίου βοτοῦ λάχνην..... Κτήνη δὲ καὶ τὰ πρόβατα λέγεται. Βοτά, ἔλεγον τὰ πρόβατα. Hic repeto βοτά: λέγεται βοτά. Βοτά... ita ut interpres dixerit, greges ovesque a Soph. dici βοτά, idque excerptor inepte descripserit. Tum pedestris sermo poëtico opponitur in schol. O. Col. 916. ἡμεῖς ἂν εἴποιμεν μετεστήσαντο· παρεστήσαντο δὲ λέγουσιν (i. e. poëtae): et 934. (μέτοικος) Α. τ. ἔνοικος· οὐ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τὸ ἔνοικος, ὡς ἡμεῖς φαμὲν, εἴρηται: et Ant. 324. κομψοὺς ἔλεγον, οὓς νῦν ἡμεῖς περπέρους καὶ πολυλάλους φαμέν.

Horum igitur nihil nostrae sententiae videtur obstare. Sed de ipso scholiorum sermone hic quaerendum non putavi, quia multas proprietates consentaneum est novitio deberi epitomatori, velut omissum saepissime ἄν in opt. potent., ἐκεῖσε pro ἐκεῖ in schol. O. Col. 900. 934. O. Tyr. 490. dictum, obsoletum ἔσο pro ἴσθι ad O. Col. 200. 490. Phil. 950. usurpatum. In universum tamen primum a. Chr. n. saeculum eorum orationem dedecere vix arbitror, si quid omnino ex exiguis istis annotatiunculis colligere licet.

His igitur omissis duo scholia adjicio, quorum auctorem fortasse quis olim cognoscet: O. Col. 712. ὁ Κολωνὸς ἱππεὺς ὠνομάσθη, παρ' ἃς ἐξεθέμην αἰτίας διὰ τὸν Ἄδραστον. Quamquam eae possint quidem ad v. 711. expositae fuisse, sed ab epitomatore esse omissae. Epitomatorum enim rationem egregie schol. Arist. Acharn. 1114. (1100.) patefacit, ubi, laudato Didymo, θρίον, cibi Atheniensis, praeparatio describitur, iisdem verbis sed fusius, eodem Didymo citato, ad Arist. Eqq. 963. (950.) tradita*). — Tum ad O. Col. 947. de Areopago αὐτόχθονι item ad commentarios suos interpres videtur provocare, dicens: εἴρηται περὶ τῆς προσηγορίας αὐτοῦ πολλαχοῦ. Nisi forte hoc in universum, ad alios scriptores spectans, annotavit.

---

*) Cf. similia de Herodiano ap. Lehrs. de Arist. st. Hom. p. 34 seq.

Adhuc reservavi rem vel gravissimam, quia plus probare videbatur, quam probaturus eram, scriptores dico in scholiis laudatos. Quorum satis habeo nomina secundum temporum rationem appellare, ceterum autem ad Elmsleji indicem provocare, quibusdam modo additis correctisque.

Alexandrinum igitur nescio an vel id prodat, quod nemo frequentius laudetur Homero, frequentissime etiam Callimachus, qui ad O. Col. 258. simpliciter Cyrenaeus appellatur. His autem poëtis nemo tunc fuit celebratior. Praeter ea, quae Elmsl. indicavit, Callimachi fragm. ad Ant. 1036. exstat. Deinde laudantur Creophylus, Hesiodus, fort. Arctinus ad Phil. 445. et Cypriorum auctor ad Phil. 1025., id quod Herm. certe suspicatur, tum auctor Thebaidis cyclicae, Archilochus, Alcman, Sappho, Alcaeus, Chilo, (etsi hic dubitanter,) Epimenides, Solo, Bias, (hic quoque dubitanter,) Anacreo, Pherecydes, Theognis, Hecataeus Milesius, Menecrates, (Eleaticus ille, ni fallor, logographus, qui *περὶ κτίσεων* et Hellesponti *περίοδον* scripsit,) Epicharmus, Pindarus, Simonides, Herodorus, (ita certatim VV. DD. pro Herodoto in schol. Trach. 253. scribunt,) Herodotus, (sed Hellanicus, quippe de quo historiola tantum narretur, ex Elmsl. indice demendus est;) Aeschylus, (cujus fragm. Heliadum ad O. Col. 1248. soli Triclinio, non scholiis nostris debetur,) ipse Sophocles, cujus praeter locos ab Elmsl. commemoratos etiam Phil. 872. ad Aj. 61. et novum fragmentulum *στεβαδοποιούμενος* ad Phil. 1108. citatur*). Laudatur deinde Euripides, cujus Hippol. v. 866. in schol. Trach. 29. spectari Apitzius censet, cujusque Med. 34. seq. fortasse interpreti Aj. v. 596. in animo versabatur, tum Philocles, Cratinus, Aristarchus Tegeata, (Elmsl. etiam Hippocratem ex Aj. 51. affert, sed eum neque ibi, neque alibi inveni;) Eupolis, Aristophanes, Thucydides, (hunc Gaisf. ad O. T. 56. pro Demosthene restituit;) Pherecrates, Agatho, Antimachus, (hunc idem Gaisf. ad O. Col. 14. pro Callimacho posuit;) Astydamas, Androtio, Isocrates, Demosthenes, Aristoteles, Menander, Philemo, Philochorus, Crates et Polemo Athenienses, Aratus, Theocritus, Praxiphanes, tum Ister et Euphorio auctoribus hypomnematistis, Phylarchus, Apollonius Rhodius, Nicander, Apollodorus Atheniensis. Hi omnes ante Didymum vixerunt: ante eum, etsi incerto tempore Nymphodorus, rerum barbaricarum scriptor, Dinias (Argivus) auctor Argolicorum, Acesodorus sive Acestodorus, is, ni fallor, qui de urbibus scripsit, et a Plutarcho cum Clidemo et Phanodemo *Ἀτθίδων* auctoribus componitur, Aristocrates, (Hipparchi filius, Laconicorum auctor, Plutarchi fons,

*) Nam *φησί* ibi aperte ad Soph. pertinet, e cujus Phil. 386. *διακονούμενος* affertur.

citatus una cum Creophylo ad Trach. 354., ubi de Euryti liberorum numero agitur; aut idem aut alter aliquis Aristocrates una cum Aristoph. Byzantio ad Arist. nub. 965. de metris dicit;) denique ad Aj. 884. Phileas, quem Fr. Osannus in. Zimm. ann. phil. 1841. p. 635 seqq. ante Thucydidem vixisse demonstrat*). Fortasse Didymum antecesserunt, fortasse ejus aequales erant Pius, de quo v. Richterum. p. 82.**), et Andron, qui ad O. Col. 1051. de Eumolpidarum gente dicit. Andronis Teji epitoma τῶν συγγενειῶν a schol. Apoll. Rhod. 1. 45. laudatur, quare non opus est, ut cum ed. Rom. et Brunckio et quibusdam fragmentorum Androtionis editoribus in schol. Soph. Androtion emendetur.

Praeterea afferuntur duo oracula, versus Orphicus, tria fragmenta, quae quinque trimetros efficiunt, denique ad O. Col. 1375. quindecim trimetri ex dramate satyrico sive comoedia, quos G. Dindorfius quidem quinto sextove post Chr. n. saeculo tribuit, G. Hermannus vero***), summo jure aliter sentiens, ita restituit, ut vel optimam rerum scenicarum aetatem non dedecerent.

His fragmenta quaedam ab editoribus partim neglecta adjici possint. Velut enim scholiasta O. Tyr. v. 1191. suis verbis versum aliquem Menandri eleganter immiscuit, alibique alios, ita jam Elmsl. vidit senarium latere in schol. O. Tyr. 777.:

οὐ μὴν τοσοῦτον φροντίσαι τοῦ πράγματος,

et in schol. Trach. 280. pentametrum: οὐδ' αὐτὸ τὸ θεῖον ὑβριζόμενον καρτερεῖ, ὅ λίαν ἐστὶν ἀνεκτότατον. Etsi hic cum Br. scribendum videtur ἀνεκτικώτατον. Scilicet perversa interpretatio est versus: ὕβριν γὰρ οὐ στέργουσιν οὐδὲ δαίμονες, obversabanturque scholiastae dii in Iliade per ὕβριν vulnerati.

Sed fragm. epicum exstat in schol. Trach. 931.: περὶ τὸ ἧπαρ γὰρ „φρένες εἰσὶ παχεῖαι“: de suo enim interpres epitheton illud non adjecisset; et poëtam respici in schol. Ant. 606.: ἀσθενοῦμεν δὲ τῇ γλυκείᾳ προςβολῇ τοῦ ὕπνου κατεχόμενοι color poëticus demonstrat. Ἰὼ γλυκεῖα προςβολὴ τέκνων Eur. Med. 1063. dixit. Ad El. 1437. denique legitur: ἐν τῷ λαλεῖν δεῖ μηδὲ μηκύνειν τὸν λόγον, quod ad ipsam explicationem non pertinet. Omittendus ibi est articulus sententiaeque causa μήτι scribendum. Alia quaedam fragmenta in partis posterioris cap. IV. §. 5. attulisse mihi videor.

Itaque unus Herodianus ad O. Col. 195. laudatus a Didymo allatus esse non potest, velut quaedam ejusmodi scholiis Pindari a recen-

---

*) Etsi ea de re dubitat M. Fuhr. Pytheas von Massilia. p. IV. not.

**) Ibi adde schol. Hom. Il. XVIII. 515.: Πῖος .... ἀπολογούμενος πρὸς τὰς ἀθετήσεις Ἀριστάρχου.

***) in ed. 2. Lips. 1841. ad O. Col. 1375.

tibus interpretibus immixta esse A. Böckhius, V. III., in illorum praef. p. XXIV. docet*). Sed neque Plutarchus, neque Pausanias, neque Hephaestio, neque Apollonius Dyscolus, neque alius denique quisquam probatissimorum posterioris aetatis scriptorum citatur, quamvis creberrime occasio se praebuerit. Itaque bono animo ceteros quoque scholiastas aut ante aut non multo post Didymum vixisse possemus contendere, nisi duo certe aliquanto recentiores fuisse supra ex lectionibus cognossemus. Hi igitur excepto Herodiano aut vetustos modo scriptores attulerunt, aut nullum plane scriptorem satis lectitaverant, id quod mala quidem doctrinae suae foret commendatio.

CAPUT III.

DE DIDYMI FONTIBUS.

Ex iis, quae adhuc disputavimus, sine nimia audacia concludere licet, alterum scholiastarum antiquorum fuisse ipsum Didymum, alterum non multo certe post floruisse. Quis vero hic fuerit, non quaerimus, ne hariolemur. Cogitari quidem possit de M. Mettio Epaphrodito, de quo Suid.: *Ἐ. Χαιρωνεὺς, γραμματικὸς, Ἀρχίου* (Bernh. conj. *Ἀρχιβίου*) *τοῦ Ἀλεξάνδρου* (Bernh. *Ἀλεξανδρέως*) *γραμματικοῦ θρεπτὸς, παρ᾽ ᾧ παιδευθεὶς ὠνήθη ὑπὸ (Μ. Μεττίου) Μοδέστου, ἐπάρχου Αἰγύπτου, καὶ παιδεύσας τὸν υἱὸν αὐτοῦ Πετηλῖνον ἐν Ῥώμῃ διέτρεψεν ἐπὶ Νέρωνος καὶ μέχρι Νέρβα .... ὠνούμενος δὲ ἀεὶ βιβλία ἐκτήσατο μυριάδας τρεῖς ..... ὁ δὲ καὶ ἑ ἔτος ἄγων ἐτελεύτησεν ..... συγγράμματα δὲ κατέλιπεν ἱκανά.* Qui commentatus est Homerum, Pindarum, Hesiodum, Callimachi Aitia**), fortasse etiam Sophoclem, si recte Richterus p. 93. annotationem Suidae: *Κάρτα ἐπαφρόδιτος. — Κάρτα. ἐκ τῶν Σοφοκλέους. Αἴας φ. πρὸς τὸ ἴδιον τέκνον* (v. 554.)· *Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ᾽ ἀνώδυνὸν κακόν* et q. s. ita emendat: *κάρτα ἐκ τ. Σ. Καὶ Ἐπαφρόδιτος. Αἴας....* Quocum concinit scholium illius versus: *Δεῖ λαβεῖν τοῦτο ὡς*

---

*) Idem in Homericis schol. factum esse Lehrs. de Arist. p. 36. ostendit.

**) Cf. Bernh. ad. Suid. l. l., etsi multi, quos affert, scriptorum loci ad Epaphroditum, Neronis libertum a Domitiano interfectum, qui Josepho scribendarum antiquitatum auctor fuit, pertinent.

ἀπὸ παιδίου. Sed potius videtur, sola interpunctione mutata scribere: Κάρτα. Ἐπαφρόδιτος· κάρτα, ἐκ τῶν Σ.... Tum haec sumpta sunt ex ejus lexesin ab schol. Arist. laudatis. (Cf. Richterum). Ceterae quidem Epaphroditi glossae in Etym. M. et schol. Hom. allatae ad solos poëtas comicos atque epicos pertinent.

Praeter hunc grammaticum Soteridas Epidaurius, Pamphilae pater, Tiberio et Nerone imperatoribus scenica opera tractavit. Scripsit enim Alexandri et Euripidis hypomnemata. Cf. Richterum p. 94. Alios poëtarum scenicorum interpretes illo tempore non inveni. Sed multae annotationes etiam ultra eam aetatem recedunt, itaque majorem sibi vindicant auctoritatem. Vidimus enim, quam diligenter Didymus prioribus commentariis usus esset; quid vero, quod eos non usurpavit solum, sed ex parte etiam in suum hypomnema transscripsit? Sic Richterus p. 89. ait: „Scholia in Hom. Il. β. 111. κ. 45. 347. 441. ο. 86. τ. 76. 81. 116. φ. 110. 663 Didymum non solum pervolvisse .... interpretum Epici antiquiorum commentarios docent, sed ipsum quoque illorum explicationes in sua ipsius hypomnemata pro arbitrio recepisse ostendunt." Major certe laudatorum scholiorum pars id probat. Atque ita priorum sententias Didymus ad Pind. Ol. VI. 55. affert, ipse Istri explicationem praeferens, et ad Nem. III. 1. totas eas describit. Idem erat, qui interpretum illorum annotationes in scholia Soph. transtulit: hoc enim supra ostendisse nobis videmur. Et commemorantur quidem ibi hypomnematistae et exegetae non raro (v. indicem Elmsl.); multo saepius sine dubio ibidem afferuntur, etsi fontibus non enuntiatis*). Velut enim Didymi nomen plerumque vidimus omissum esse, ita etiam hypomnematistas non semper diserte significatos esse est consentaneum, et nisi permulta Didymus ex alienis libris in suum usum convertisset, vix tantam operum molem conficere poterat. Accedit quod non multo post ista epitomatorum sedulitas apud Graecos Romanosque maxime effloruit.

Sed certiora documenta exstant. Nam in schol. O. Col. 1375. tanquam propriam rem interpres profert, neminem ante se de Oedipi exsecratione locutum esse; alia igitur ex hypomn. haurire poterat. Tum quod ibid. ad v. 684. auctore non nominato annotatur, paulo ante ad 681. ex hypomnematistis descriptum erat, et quod ex Praxiphane ibid. ad 900., idem v. 899. fonte omisso traditur.

Qui vero illi hypomnematistae fuerint, ipsa haec versus O. Col. 900. annotatio patefacit, ubi omnium ἐξηγησαμένων optime dicitur Praxiphanes aliquid explicuisse. Sine dubio hic Theophrasti discipulus est, quem Proclus in prol. ad Hesiod. una cum Aristarcho τοὺς στίχους ὀβελίζοντι prooemium ab Hesiodo abjudicasse ait, (cf. Richterum p. 52.) plane ita ut Sophoclis hypomnematista-

*) Cf. F. Ritschelium de Oro et Orione p. 33 sq.

rum atheteses saepius commemorantur: idque ipsum artis criticae genus aliunde constat ab Aristoph. Byz. praesertim atque Aristarcho*) esse exercitum. Nulla autem causa est, alterum hominem Praxiphani illi cognominem sibi fingere. — Tum Harpocr. s. v. δερμιστής ait, Ἀρίσταρχος δὲ τὸν Σοφ. ἐξηγούμενος...... Itaque hos viros in Soph. scholiis spectari patet; sed per se consentaneum est, Didymum, quoties hypomnematistas sive τοὺς ἐξηγουμένους laudet, non de certa aliqua interpretum classe, sed de omnibus omnino interpretibus, qui se antecesserint, cogitare, neque magis in eo Richtero haerendum erat, quod singulis non nominatis generatim plerumque eos advocat, quam si quis hodie die Ausleger, die Critiker, dicit, etiamsi unus alterve cum ceteris non consentiat.

Magnam igitur illorum interpretum seriem v. apud Richterum; ego de duobus dixisse satis habebo. Primum igitur Aristophanes Byz. ita in schol. Eurip. et Aristophanis citatur, ut eum appareat poëtas scenicos omni critices genere tractavisse. Ita in Thesm. 168. Ἀλκαῖος pro Achaeo conjecit, in av. 1348. (43.) versum supplevit, ran. v. 153. antisigmate et sigmate notavit, signa vituperandi causa etiam ad Eur. Tro. 44. et Hipp. 170. et Apoll. Rhod. Argon. IV. 973. apposuit**). Qua re motus C. Lachmannus, v. III., in libri saepius laudati p. 317. pleraque scholia ad poëtae artem spectantia illi grammatico tribuit. Neque hoc veri est dissimile, dummodo Aristophanis annotationes per Didymum traditas esse censeamus: id quod censendum est omnibus, quibus mecum de hypomnematistis convenit. Aristophanis autem rationem in schol. Soph. habitam esse vel schol. Antig. postremum demonstrat, quod cum Aristophanica didascalia paene verbotenus consentit, praesertim si eam paulisper mutamus, quod necessarium esse Suevernius in comm. acad. Berol. a. 1821. p. 31. evicit. Sed hic quum pro φωραθεῖσα μετὰ τοῦ Αἵμονος δίδοται scribat φ., τῷ Αἵμονι δ., facilius emendaveris: φ., μετὰ τοῦτο Αἵμωνι δίδοται....

Fortasse Aristophanes, fortasse alius criticus notulam ad Pind. Isthm. III. 47. appinxerat, ubi in scholio legitur: χρύσιππος δὲ σεσημείωταί φ. ὁ τόπος διὰ τὴν φράσιν. Sed praeter eum ejus discipulus certe Aristarchus signa sua adjecit, cujus χ commemoratur ad Isthm. V. 47. et avium 76., cujus obelus autem ad Olymp. II. 48. et ran. 1474. et in Procli prol. in Hesiod. theog. significatur, passim vero in schol. Hom. Recentiores autem interpretes ea ratione sententiam suam tulisse non puto. Nam Symmachus certe nub. v. 1819. (15.) vituperans ait ἐνδεῖ δὲ τὸ χ, id ipse apponere non ausus, similiaque passim in iis scholiis,

*) Cf. Lehrs. p. 10. p. 348 sqq.

**) Harum annotationum partem Richterus p. 71. citavit.

etsi Symmacho non laudato, leguntur. Neque unquam, quamvis multa improbans, Didymus illam litteram adjecit. Itaque posteriores interpretes satis habuerunt, veterrimorum signa explanare, eorum causam interdum ne intelligentes quidem*); velut vix puto quenquam tam ineptum fuisse, ut in Phil. **342.** αὖθις πάλιν notaret: immo χ ibi propter voces τὸ σόν a nomine πρᾶγμα diremtas videtur adscriptum esse. Hoc igitur signum ad principes criticos nos ducit; commemoratur autem ad Ant. **45. 735. 741. O. Col. 25. 43. 237. 375. 1494. 1740.** Aj. **841. 962. 1235.** Phil. **201. 342. 417.** Trach. **402.**

Sed jam cetera Aristarchi sequamur vestigia. Qui quum metra Aristophanis constituisset, (cf. schol. eqq. **569.** (**62.**) ran. **356.** (**57.**) **374.**) fortasse in unico Soph. loco, ubi de numeris agitur, Phil. **839.**, monuit: ταῦτα δὲ ἐπῶν. Quamquam Didymus quoque numeros videtur respexisse. Cf. schol. ran. **1017.** (**21.**) Sed utut hoc est, ex scholiis, quae Stoeckerus p. **7.** et Richterus p. **75.** et **76.** docte composuerunt, eum apparet poëtarum scenicorum et sententias et mythos et res commemoratas explicavisse; adde schol. Aristoph. ran. **1168.** (**75.**) **1264.** (**1301.**) **1450.** (**60.**) Eqq. **765.** (**52.**) **1289.** (**76.**) pac. **1208.** Tum criticam artem non solum in Homero factitavit; velut ἀθετεῖ ran. **1475.** (**85.**) — **80.** (**90.**) et personarum distributionem mutandam censet ibid. v. **374.**, et Aristophanis grammatici conjecturam Κῷος, non traditam lectionem Κῖος, interpretatur ibid. **997.** (**1001.**) Itaque hic quoque poëtas scenicos quavis ratione tractavit, et in multis Sophoclis scholiis etiamnunc latere potest.

Sed eum non modo exscribi potuisse, sed etiam exscriptum esse jam Richterus p. **75.** ex Hesychio collegit, qui hoc affert s. v. *Λυκοκτόνου θεοῦ: Σοφ. Ἠλέκτρᾳ. Ἀρίσταρχος διὰ τὸ τὸν θεὸν νόμιον εἶναι, καὶ τὴν τῶν βοσκημάτων φυλακὴν ποιούμενον τὸν Ἀπόλλωνα ἀναιρεῖν τοὺς λύκους. ἔστι γὰρ ὁ λύκος ἱερὸν Ἀπόλλωνος.* Jam confer schol. El. v. **6.**: *Λυκοκτόνον δὲ τὸν Ἀπόλλωνα οἱ μὲν διὰ τὸ νόμιον εἶναι τοὺς ἐπιβούλους αὐτῶν φονεύειν. διὸ καὶ λύκους..... οἱ δὲ διὰ τὸ ἱερὸν εἶναι τὸ ζῶον.* Haec adeo concinunt, ut Hesychius alteram quoque interpretationem, quae Aristarchi non est, adjiciat, etsi perperam γάρ adscribens, quasi utraque explicatio sit eadem. Aperte igitur et scholiasta noster sive scholiorum epitomator et Hesychius eodem ex fonte hauserunt, quare non dubito illum ex hujus lexico complere, quum scholiastae pronomen αὐτῶν relatione omni destitutum lacunam subesse ostendat. Scribo igitur: *οἱ μὲν διὰ τὸ νόμιον εἶναι καὶ τὴν τῶν βοσκ. φυλ. ποιούμενον τοὺς ἐπιβούλους αὐτῶν φονεύειν,*

---

*) Cf. Lehrs. p. 71.

i. e. τὸ.... ποιούμενον αὐτὸν.... φονεύειν. Ita Hesychium s. Λύκιον ποτόν ex schol. Phil. 1461. emendavi in partis II. cap. I. — Sed hinc illud utique apparet, Aristarchum quoque in scholiis nostris omisso nomine esse exscriptum.

Praeterea saepe anonymi in scholiis citantur, quorum alii quidem sine dubio mythographi erant, alios vero hypomnematistis annumerandos esse plerique mecum sentient. Laudantur enim propter lectionem suam οἱ Trach. 24., ἔνιοι ibid. 791. et 1169., τινές Trach. 1277. et Phil. 1165., et propter personarum distributionem El. 1322.; tum Ant. 970. legitur ὅσοι δὲ γρ., Aj. 841. νοθεύεσθαί φασιν, O. Col. 237. ἀθετοῦνται; deinde propter explicationem afferuntur τινές Trach. 198. 379. 460. 857. El. 42. 45. 86. 182. 551. O. Col. 163. 1248. Ant. 611.; denique οὕτω ἀποδιδόασι O. Col. 1578. legitur.

CAPUT IV.

DE SCHOLIORUM AD SOPHOCLIS VERBA RESTITUENDA USU.

Tandem aliquando fundamenta jacta videntur, quibus in quaestione nostra nitamur. Cognovimus enim, permagnam scholiorum partem Didymo, magnam etiam vetustioribus grammaticis deberi; ita ut vix eorum cum auctoritate Sophoclis codices conferre liceat, quorum nullus decimum saeculum antecedit. Nihilo minus ineptus esset, qui caecus ideo illa sequi vellet. Nam aliqua certe pars ceteris multo recentior utique remanet, et ne Alexandrini quidem Sophoclem legerunt mendis vacuum*). Quin etiam vel praestantissimum illud Lycurgi exemplum, quod, circa Ol. CIII. Athenis publice scriptum, ne Aeschyli, Sophoclis, Euripidis verba ab histrionibus aut interpolarentur, aut mutarentur, rege Ptolemaeo Euergeta Alexandriam migravit ibique deinde servatum est, quot maculis corruptionibusque illud non solum potuerit laborare, sed laboraverit etiam sine ulla dubitatione, non est, quod post A. Boeckhium, virum summum (de trag. Gr. princc. p. 14 seqq.) probem. Idem monuit, quantum variarum lectionum ὥσπερ πέλαγος ex illius codicis cum libris jam antea Alexandriae servatis collatione manavisset. Ad quod conjecturarum accedit fluctuatio: nam ne his qui-

*) De antiquis mendis Lehrs. dixit p. 370—72.

dem Aristophanem, Aristarchum, Didymum, hypomnematistas denique omnino abstinuisse supra intelleximus. Quamquam numeri certe, qui vel maxime ad conjectandi audaciam compellere solent, Sophoclis interpretes non moverunt, nam ad eos solo Phil. v. 839., ad prosodiam autem solum in schol. El. 82. Phil. 25. O. Col. 268. respexerunt: prosodiae imperitiam autem quum alia, tum scholia ad El. 111. et O. Tyr. 509. produnt. Quam negligentiam aegre ferant metrici, praedicamus critici. —

Augetur vero scholiorum auctoritas vel maxime Didymi, quam antehac significavimus, sobrietate et diligentia, qua codices inspiciebat traditamque scripturam tuebatur. Atque ex ipsis scholiis apparet, interpretem, sive is Didymus fuit, quae mea est sententia, sive alius grammaticus, studiose codicum rationem habuisse: cf. schol. El. 102.: *ἔν τισιν ὑπόκειται ἀ. τ. ἀδίκως ἀεικῶς.* 232.: *ἔν τισι κεῖται ἀνάνομος· κεῖται δὲ καὶ ἀνήριθμος.* O. Col. 390.: *Ἐν τοῖς ἀναγκαιοτέροις τῶν ἀντιγράφων γρ. εὐσοίας χάριν, ὃ καὶ οἱ ὑπομνηματισάμενοι ἀξιοῦσιν.* 1560.: *ἐπιστῆσαι οὖν ἄξιον, λαβόντας καλὸν ἀντίγραφον.* Sed qui postremam annotationem scripsit, is Lycurgeo exemplo non amplius usus est, nam hic sane pulcherrimus liber erat. Aut igitur hoc scholium a novo quodam interprete est profectum, aut, si a Didymo, fortasse Romae hic grammaticus Sophoclem interpretatus est, ita ut ipsius codicis conferendi copia sibi non esset, aut codex ante illam aetatem perierat, fortasse in bello Alexandrino, ubi Bruchii pars Caesarianorum incendio est vastata. Haec enim et multa alia excogitari possunt.

Sed quidquid hoc est, plerumque ne notatur quidem lectionis varietas, sed in explicatione latens conjectura ac divinatione nobis eruenda est. In qua re illud nos, si quid aliud, adjuvat, quod scholiastae poëtae verba arctissime sequi solent, plerumque etiam verbum verbo reddentes. Ut vero nihil est sine exceptione, ita interpretes quoque interdum solum enunciati sensum spectant, quin singulas etiam voces minus accurate significant, velut Aj. 697. *ἀνύσειν* per *ἐκπρᾶξαι*, O. Tyr. 438. *φύσει* per *δείκνυσι*, 1166. *ὄλωλας, εἴ σε ταῦτ᾽ ἐρήσομαι πάλιν*, explicatione: *εἰ δευτέραν ἀναμείνῃς* (sic Elmsl. pro *ἀναμείνοις*) *ἐξέτασιν*, Trach. 528. *ἀμμένει* imperfecto, O. Col. 35. *δηλοῦμεν* verbo *λέξομεν*, ibid. 1675. *παροίσομεν* formis temporis praesentis, Ant. 1009. *ἀνέπτυε* non solum imperfecto *ἀνέβαλλεν*, sed etiam aoristo *ἀνέβαλεν*, Aj. 978. *ἠμπόληκας* aoristis *ἐνεπόλησας* atque *ἐκέρδανας*, Aj. 361. imperativum aoristi imperativo praesente, Trach. 1253. imperativum praesentem aoristo, Trach. 25. optativum conjunctivo, Ant. 716. *ὅστις .... ὑπείκει μηδέν* conjunctivo *μὴ ἐγχαλάσῃ*, Aj. 606. *πῶς* vocula *πότε*. Ita verborum ordo in Trach. v. 4. mutatur. Sed quid hunc numerum etiam

augeam? Vel haec enim sufficiunt, ut nos impediant, quominus temere statim criticum quasi cultrum ad poëtae verba applicemus, quoties scholia cum iis non omnino congruant. Nugas autem agat, qui scholia poëtae arcte ubique velit adaptare. Quamvis mendis libera ea sint minime; at quis hoc exspectet? Quare saepe non Sophocli ex scholiis, sed scholiis ex Sophocle medela est afferenda.

Tot igitur tanquam procellis omnes in partes distrahimur, ut maxime nobis cavendum sit, ut evitatis scopulis undique minitantibus, nullo fervore abrepti, longum ac mobilem cursum perficiamus.

PARS POSTERIOR.

DE SCHOLIORUM LAUR. VARIIS LECTIONIBUS.

DIVISIO.

Quum de scholiorum ratione atque auctoritate jam constare videatur, ad ipsas eorum lectiones accedimus. Quarum primum eas componemus, quae rectae et genuinae sunt, sive solis scholiis sive scholiis ac libris praebentur; tum ea scholia afferam, quae possunt ad rectam, possunt etiam ad falsam scripturam pertinere, deinde ea, quae discrepantiae speciem quidem praebent, sed revera nullam varietatem continent, denique veterum interpretum conjecturas. Eo usque igitur quum a scholiastarum codicibus non discesserimus, jam falsas eorum scripturas annectemus. Postremo de personarum distributione et de histrionum interpolationibus ea, quae huc spectant, adjiciam.

Capita igitur secundum lectionum pretium distribui: in ipsis vero capitibus versuum numerum secutus sum; et ex hoc quidem fabularum ordine: Electra. Ajax. Trachiniae. Philoctetes. Oedipus Rex. Antigona. Oed. Coloneus. Coëgit me quidem illa divisio, ut de verbis proxime compositis interdum diversis locis agerem, et ut pro mea ipsius sententia, quam de scripturae cujusque veritate haberem, singulas annotationes collocarem. Sed multa, velut quae de lectionibus ex interpretatione ductis, de discrepantia memoriae errore orta, de librarii, non scholiastarum variis lectt. disputavi, nemo credat, si singula afferantur, nemo negabit, si multis exemplis confirmata viderit. Tum quoniam non de Sophocle, sed de scholis disputavi, fortuitum versuum numerum sequi non debebam, immo membrum divisionis ex ipsa annotationum lectionumque

natura ac ratione repetendum erat. Accedit, quod ita demum apparere potuit, quid veteres commentarii ad Sophoclem restituendum praestarent. Quare usui faciliori indice prospexisse satis habui.

Contuli autem scholiastarum lectiones cum verbis, quae Sophocles scripsisse censendus est, i. e. cum textu nunc sive secundum libros sive secundum conjecturas doctorum vulgato; et si quem versum omisi, aut scholiastae omnino tacent aut plurimorum optimorumque codicum lectionem ab editoribus omnibus probatam praebent. Sed lemmata, quippe quae non interpretibus, sed codicis Laur. librario deberi supra cognovissemus, plerumque ne commemoravi quidem.

CAPUT PRIMUM.

UBI SOLA SCHOLIA AD VERUM NOS DUCERE VIDEANTUR.

Omnium multo gravissimae eae annotationes sunt, quae aut ipsam veram lectionem, aut verae vestigium certe servarunt, ubi codices sive omnes sive fere omnes corrupti sunt. Fere omnes, inquam; nam eas quoque interpretationes huc rettuli, cum quibus unus alterve malus codex in scriptura unice recta forte consentit. Neque minus ii versus huc pertinent, quos non modo ex scholiis, sed etiam ex vetere quodam scriptore sive lexicographo emendare licet. Sed jam ad ipsam rem transeamus.

ELECTRA.

102. *ἀδίκως οἰκτρῶς τε θανόντος.*

Schol. *Ἐν τισιν ὑπόκειται ἀ. τ. ἀδίκως, ἀεικῶς.* Hanc et sequentem annotationem Suidas s. v. *ἀεικῶς* descripsit, et ipse *ἀεικῶς* legens, quod, ab Herm. in *αἰκῶς* mutatum, ab omnibus editoribus praefertur *); quin illud ipsum *ἀεικῶς* diphthongo correpta tuetur Matthiae filius in lexico Euripideo (Lips. 1841.) s. h. v. Sed *ἀδίκως* probat G. Doederlinus in philol. Beitr. aus der Schweiz vol. I. p. 254.: atqui ea vox glossae est similis, *αἰκῶς* autem et fortius est et exquisitius.

---

*) Semel moneo, omnes editores si dicam, me C. W. Schneideri Vimariensis, codicum adoratoris, rationem non habere.

193. *Οἰκτρὰ μὲν νόστοις αὐδά,*
Οἰκτρὰ δ' ἐν κοίταις πατρῴαις
Ὅτε σοι παγχάλκων ἀνταία
Γενύων ὡρμάθη πλαγά.

Hoc *σοί* miro modo ab Ellendtio s. v. *αὐδή* defenditur; hunc enim ait sensum esse: „flebilem, quum rediisses, et, quod majus est, in cubiculo paterno vocem emisisti, Agamemno!" At alias in hoc cantico solam Electram alloquuntur, tum *ἐν νόστοις* est i. q. in ipso reditu, non i. q. post reditum; denique, quod gravissimum est, Agamemno non in patris, sed suo ipsius videlicet in lecto jacebat. Itaque *σοί* modo ad Electram pertinere potest: sed hoc et ipsum tam ineptum est, quam elegans est G. Hermanni conjectura *ὅτε οἱ*, — ad quam lectionem nescio an interpres vetus spectaverit, quoniam neque *σοί* commemoravit, et orationem ad Electram rettulit, ita: *Ἡ ἀγγελία ἡ περὶ τοῦ νόστου τοῦ πατρὸς οἰκτρὰ ἐγένετο, εὐθέως ἀναιρεθέντος*..... Alter quidem jam habuit *σοί,* quasi *οἰκτρὰ ὅτε σοι* hyperbaton esset pro *οἰκτρά σοι, ὅτε*: enarrat enim: *Οἰκτρά σοι* (*οὖν* epitomator adjecit) *γέγονεν ἡ φωνή, ἡ ἀγγέλλουσα περὶ τοῦ νόστου τοῦ πατρός*....; *οἰκτρὰ δὲ, ὅτι* (Br. recte *ὅτε*) *καὶ ἡ πρᾶξις γέγονε καὶ ἀνῃρέθη.* Tertius denique interpres pronomen ad Agamemnonem rettulit, commentans: *Ὅτε ἀνταίαν ἐπλήγης*.....

221. Versui **201.**, qui tetrameter anapaesticus est, respondet v. **221.**:

ἐν δεινοῖς ἠναγκάσθην, ἐν δεινοῖς.

Quare, metro ut consuleret, Brunckius utramque praepositionem omisit, quam minime esse glossae similem summo jure Hermannus monuit. Quis enim ad dat. instrum. omnino praepositionem suppleat, et, si suppleat, potius *ἐν* quam *διά*? Accedit, quod tertium *ἐν δεινοῖς* paulopost in v. **223.** sequitur. Quibus omnibus medelam affert scholiasta hujus versus; qui quum explicet: *διὰ τὴν ὑπέρβασιν τῶν δεινῶν ἀναγκάζομαι,* mirer ni legerit: *ἠναγκάσθην ἐν ὑπερδείνοις.* Scilicet postquam *ὑπερ* excidit, librarii *ἐν δεινοῖς* repetiverunt, velut *ἀράν* in Phil. **1120.**, *σύ τοι* ibid. **1095.**

272. Codd. *αὐτοφόντην.* Schol. *γρ. αὐτοέντην*, quod, ut exquisitius, ab omnibus praefertur, velut in v.

445. *κάρα,* quod pro *κάρα* sola scholia et Eustathium praebere vidimus p. **7.**; tum a plerisque certe in v.

451. *τήνδε λιπαρῆ τρίχα,* quam schol. dicit hypomnematis lectionem fuisse, praeponitur scripturae *τήνδ' ἀλιπαρῆ,* quae in libris legitur: illudque necessario recipiendum esse Wunderus de schol. auct. p. **34.** demonstravit.

591. Codd. *Πῶς ταῦτ' ἐπαινέσαιμ' ἄν.* Schol.: *γρ. ἐπαινέσωμεν,* quod et ipsum recte fortasse Wunderus l. l. p. 37. praefert, quia optativus usitatior sit talibus in quaestionibus, itaque facilius pro conjunctivo a librariis poni potuerit, quam contra; tum acerbius etiam dictum esse: „quomodo vis ut laudemus," sive „haeccine vis nos laudare," quam hoc: „quomodo haec possim laudare?" Quamquam de his rebus adhuc dubitari potest. Ceterum conjunctivi illius exempla idem Wunderus l. l. attulit.

854. El. *Μή με νῦν, μηκέτι*
Παραγάγῃς, ἵν' οὐ
Chor. *Τί φῄς; αὐδᾷς δὲ ποῖον;*
El. *Πάρεισιν ἐλπίδων .... ἀρωγοί.*

Ita codd; sed Erf., Schäf., Wund., Neue, alii scripserunt *μέ νυν.* Id autem aperte schol. habuit, enarrans: *Μηκέτι οὖν με.... παρηγορήσητε.* Deinde verba *αὐδ. δὲ π.* quum inepta tautologia, tum v. antistrophicus demonstrat ejicienda esse, ejeceruntque ea Triclinius atque insecuti editores omnes. Quid vero, quod ne schol. quidem ea legit? Annotat enim: *διὰ μέσου τὸ τί φῄς:* at simul *α. δ. π.* etiam in medio insertum fuisset, neque hoc in explicatione omitti poterat. Denique interpres ait: *αἱ τῶν ἐλπίδων ἀρωγαί,* quae terminatio feminina in solo praeterea Flor. *Γ.* exstat, sed masculinae ab editoribus omnibus est praeposita.

922. *Οὐκ οἶσθα ποῖ γῆς, οὐδ' ὅποι γνώμης φέρει.* Schol. *γρ. ἔφυς,* quam non prorsus negaverim genuinam esse lectionem, quum exquisitior sit, et propter appositum *ποῖ* facile per *φέρῃ* (ita enim in codd. est) explicari potuerit. Ceterum *ἔφυς* i. q. *εἶ* significare nemo ignorat: *ποῖ γνώμης πότ' εἶ* autem dixit ipse Soph. in Antig. 42., de quo v. in cap. 2 disputabo.

1085. *Ὡς καὶ σὺ πάγκλαυτον αἰῶνα κοινὸν εἵλου,*
Τὸ μὴ καλὸν καθοπλίσασα, δύο φέρειν ἐν ἑνὶ λόγῳ,
Σοφά τ' ἀρίστα τε παῖς κεκλῆσθαι.

Sola ratio, qua *καθοπλίσασα* defendi possit, Hermanni est, qui *φέρειν* ad *εἵλου* refert, enarrans: „ita tu quoque illaetabile commune fatum praetulisti, (i. e. mortem praeoptasti), scelus armans, ut duplicem ferres laudem...." At quis, qui hunc v. audiat, infinitivum non a participio proxime praecedente pendere putet? Deinde quum de virtute bonisque actionibus chorus hic loqueretur, nonne ea quoque, quae Electra bene egisset, neque tantum ea, quae perpessa esset, commemorare debebat? Nonne, quum praedicare vellet Electram, mirum esset, si mala quidem ab ea propter patris luctum perferenda afferret, omitteret autem gravissimum, quod caedem ac scelus etiam ulcisci studeret? His igitur quum jam haereamus, accedit, quod vetus interpres *καθοπλ.* non habuit, anno-

tat enim: *Καταπολεμήσασα τὸ αἰσχρὸν καὶ νικήσασα· οἷον, τοὺς ἐχθροὺς καταγωνισαμένη.* Legit igitur verbum superandi cum praep. *κατά* compositum, quod Herm. ait posse *καθυπνίσασα* fuisse, — at hoc verbum alias exstare non videtur, — sive *καθιππάσασα*, — sed hoc ipsi viro illustrissimo propter formam activam et sensum transitivum hîc videtur dubium esse, quum alias medium tantum legatur. Conjici possit *καππολεμίσασα*, de qua assimilatione cf. Matth. §. 38. et Buttm. Gr. ampl. §. 117. not. 2.; et *πολεμίζω* sane non est rarum, sed illud compositum non inveni. Quare Sophoclem suspicor *καθυποβαλοῦσα* scripsisse, id ut part. fut. esset, non part. aor., quod schol. credidit; atque dici arbitror Electram scelus debellaturam atque subjecturam vivere, i. e. vivere ut aliquando a percussoribus poenas sumat. — Tum vero *πάγκλ. κοιν. αἰών* non mors est, sed communis hominum vitae condicio, quam miserabilem ac tristem Electra sibi reddidit, praeferens egestatem cum spe ultionis divitiis cum percussorum societate.

1097. *ἄριστα τᾷ Διὸς εὐσεβείᾳ* in codd. violato metro legitur, sed in scholiis annotatur: *γρ. ἀρίστα ταζηνός*, ex quo jam Triclinius *ἄριστα τᾷ Ζηνός* effecit, nisi hic grammaticus sua conjectura id assecutus est. Hanc autem scripturam omnes nunc probant.

1254. *Ὁ πᾶς ἂν πρέποι παρὼν ἐννέπειν*
Τάδε δίκαια χρόνος.

Schol. annotat *γρ. τάδε δίκᾳ**), et deinde:

ὁ πᾶς χρόνος πρέποι τῇ δίκῃ λέγειν με ταῦτα.

Quod vel metri causa inde a Tricl. et Turnebo ab omnibus est receptum.

1281) Electra recognito fratre epodum canit, quae in libris ita incipit:

Ὦ φίλαι ἔκλυον ἂν ἐγὼ οὐδ' ἂν ἤλπισ' αὐδάν.
Ἔσχον ὀργὰν ἄναυδον, οὐδὲ σὺν βοᾷ τάλαινα.

Ubi inepta est tautologia *ἄναυδον οὐδὲ σὺν βοᾷ*, neque deesse potest utriusque sententiae conjunctio; quare plures emendationes ab hominibus doctis sunt propositae. Accedit, quod alterum quidem scholium ad scripturam vulgatam pertinet, alterum vero ad aliam eamque aptissimam. Videamus enim: *Ὦ φίλαι, οἵαν ἤκουσα φήμην περὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἀπροςδόκητον, ἐφ' ᾗ οὔτε σιωπῆσαι ἂν ἠδυνάμην, οὔτε ἀκούσασα βοῆσαι· καὶ γὰρ ἡ ἡδονὴ προετρέπετο αὐτὴν βοῆσαι, καὶ ὁ φόβος ὁ περὶ τὸν Αἴγισθον καὶ τὴν μητέρα σιωπῆσαι....* Itaque aperte legit: *οἵαν ἔκλυον* et *οὔτ' ἄναυδον*, putans *οἵαν — αὐδάν* esse exclamationem;

*) In Elmsl. ed. ι subscr. omissum est, ex typograph. mendo, ut videtur: nam in ed. Rom. ι legitur, et nihil diversitatis inde a Th. Gaisfordio in ed. Elmsl. notatum est.

sed haec verba cum sequentibus conjungenda sunt, hoc modo: *οἵαν αὐδὴν ἔκλυον, ταύτην κλύουσα ἔσχον ὀργάν* et q. s.; id est: Qualem audivi ego neque exspectabam nuntium audiens, dolorem habui neque mutum, neque vero clamore praeditum. Maeror enim ad querelas eam impulit, sed tantus erat, ut ejus vocem reprimeret. Repetiit poëta verbum *κλύειν* sine dubio perspicuitatis causa. Tum *αὐδή* nuntium significat in O. Col. **240**. *ἔργων ἀκόντων ἀΐοντες αὐδάν*, et in Eur. Jonis v. **910**. *εἰς οὖς αὐδὰν καρύξω*, et ex schol. atque G. Hermanni sententia in Soph. El. **193**., et in Eur. Suppl. **600**:

τίν' αὐδὰν τάνδε προςφέρεις νέαν,

quod exemplum C. Matthiae quoque in quaestt. Soph. ad h. l. affert. Idem Matthiae docet *ἐλπίζειν* esse i. q. exspectare: sed hac de re nemodum dubitavit*). Deinde *σὺν βοᾷ* pro adj. dictum est, velut El. **951**. *τὸν κασίγνητον βίῳ θάλλοντά τ' εἰςήκουσεν*, ubi cf. Herm; denique *οὔτε — οὐδέ* usurpari notum est, ubi alterum membrum gravius sit priore; cf. Matth. gr. Gr. §. **609**. **1**. c. *β*, qui vir doctus aptissime laudat Eur. Androm. **558**. *Ἄγουσ' ἀποσπάσαντες, οὔτε τῳ δίκῃ Κρίναντες, οὐδὲ τοὺς ἀπόντας ἐκ δόμων Μείναντες*: et sic ipse Soph. Oed. Col. **1139**. ait: *Οὔτ' εἴ τι μῆκος τῶν λόγων ἔθου πλέον, ... Οὐδ' εἰ πρὸ τοὐμοῦ προὔλαβες τὰ τῶνδ' ἔπη.* Aperte autem gravius est, quod tantus Electrae dolor fuerit, ut ne vocis quidem compos manserit, quam quod lamentari cupierit. Denique simillima est Aeschyli sententia in Prom. v. **106**., ubi Prometheus conquestus de infortunio suo exclamat:

Ἀλλ' οὔτε σιγᾶν οὔτε μὴ σιγᾶν τύχας
Οἷόν τέ μοι τάςδ' ἐστί.

Ceterum si quis pro scholiastae lectione *οἵαν* malit librorum *ἄν* relinquere, equidem non refrager, sententia enim ita non mutatur. — Jam vero Electra, postquam meminit doloris nuntiata fratris morte effecti, denuo se gaudio dat propter ejus adventum:

Νῦν δ' ἔχω σε· προὐφάνης δέ ......

Et eam ipsam, quam restituimus, sententiam Brunckius in versione sua affert, quamvis ex verbis vulgatis, quae ille servavit, minime possit elici. Nam quominus prius *οὔτε* putetur omissum esse, velut in Arist. av. **694**. *γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ οὔτ' οὐρανός*, in Soph. Phil. **771**. *ἑκόντα μήτ' ἄκοντα*, in Herod. IV. **28**., (cf. alia ap. Wex. in Antig. II. p. **184**.,) impedit orationis perspicuitas, quae h. l. molestissime ita turbaretur. Editorum autem conjecturas ut mea audaciores neglectisque scholiis factas praeterire satius duxi. Nihil igitur restat, quam ut metrum indicemus, simillimum versibus Oed. Col. **1220** seqq.:

*) praeter Lob. ad Aj. **798**., cui respondit Wund. de ejus ed. Aj. p. **130** sq.

–́ ⏑ –
– –́ ⏑ ⏑⏑, ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ –
–́ ⏑ – –, –́ ⏑ – ⏑
–́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – ⏑
⏑ –́ ⏑ (sive –́ ⏑ – ⏑, si cum Herm. ἃ inserimus.)
–́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – ⏑
–́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – ⏑
–́ ⏑ – ⏑, –́ ⏑ – ⏑, –́ –

Secundus v. par est postremo, si non *οἵαν*, sed *ἅν* scribimus.

1386. *Βεβᾶσιν ἄρτι δωμάτων ὑπόστεγοι ......*

1389. *ὥστ᾽ οὐ μακρὰν ἔτ᾽ ἀμμένει*
Τοὐμὸν φρενῶν ὄνειρον αἰωρούμενον.

Schol. *Ἃ κατ᾽ ἐμαυτὴν ὠνειροπόλουν, οὐκ εἰς μακρὰν ἔσται μετέωρα, ἀλλ᾽ εὐθέως τελεσθήσεται.* Hinc Wund. *ἀμμενεῖ* recepit, quod propter appositum *μακράν* praeferendum videtur: aliud enim est *κοὐκέτ᾽ ἀμμένει* in v. **1397.**, ubi de re praesente et de Mercurio jam ducente est sermo.

1395. *Ὁ Μαίας δὲ παῖς Ἑρμῆς σφ᾽ ἐπάγει.*
Ex codicis Laur. glossa *Ἑρμῆς* jure jam Wund. collegit, nomen ex interpretatione in textum venisse. Et profecto languidissimum est, quum deus satis jam verbis *ὁ. Μ. π.* significatus sit. Tum omnes codd. *ἐπάγει* praebent, La fortasse *εἰς* vel *ἐξάγει*, ut annotat Elmsl.; sed metrum iambos postulat. Potest vero praepositio servari, dummodo cum Nevio, ejecto illo nomine, *ἐπί σφ᾽ ἄγει* scribamus. Atque ita etiam O. Tyr. versui **1505.** medendum esse arbitror; ubi quum e tradita lectione *σφὲ παρίδῃς* metri causa *σφὲ περιίδῃς* effecerint, qui paene inauditus apud poëtas tragicos est trimetri finis, ego *παρά σφ᾽ ἴδῃς* repono.

AJAX.

60. *Ὤτρυνον, εἰςέβαλλον εἰς ἕρκη κακά.*
Κἄπειτ᾽ ἐπειδὴ τοῦδ᾽ ἐλώφησεν φόνου....

Schol. *γρ. ἐς ἐρινῦν κακήν*, quod olim *εἰς ἔριν κακήν* fuisse Lobeckius assentiente Hermanno acutissime conjecit. Idque ipsum Wunderus Sophocli restituit, vulgatam scripturam vocans ineptissimam: quo usque quamvis equidem non procedam, et ipse tamen *εἰς ἔριν κακήν* praefero. Postquam enim Minerva narravit, se Ajacem injecto furore ad gregum pugnam impulisse, pergit: *ἐπειδὴ τοῦδ᾽ ἐλώφησεν πόνου...*, quo pronomine apparet, postremis quae antecedant, verbis laborem aliquem significari; significatur autem hic labor verbis *εἰς ἔριν κακήν*, non significatur lectione vulgata.

122. *Ἔμπης* codd. omnes et Suidas praebent; sed ex scholio *Ἴωνες ἔμπης φασὶν, Ἀττικοὶ δὲ ἔμπας καὶ ἔμπα*, ap-

paret, veterem interpretem ἔμπας legisse: idque editores omnes receperunt.

176. Pro ἦ που, quod libri omnes alterque schol. habent, Wund. Dind. Nev. ex conj. Lobeckii et Lachmanni*) (de chor. syst. p. 147.) ἦ που ediderunt, immemores tamen, ita alterum legisse interpretem, annotantem ἆρα οὖν et q. s.

179. Ἦ χαλκοθώραξ ἤ τιν' Ἐνυάλιος
Μομφὰν ἔχων...... ἐτίσατο λώβαν;

Haec omnes libri habent, neque aliter legit interpres qui conjunctione Martem atque Enyalium ait distingui. Sed is, qui ita sententiam exposuit: ἢ καὶ ὁ Ἄρης μεμφόμενός σοι.... ἐτίσατο, de solo Marte locutus est, itaque ἢ certe non habuit, immo quum σοί dixerit, eum σοί τιν' legisse puto, quod Reiskius Sophocli restituendum esse conjecit. Tum scholium ἢ ἀπὸ κυνηγεσίων δῶρα οὐ λαβοῦσα I. F. Martino in progr. gymn. Posnan. 1832. videtur ad ἀδώροις.. ἐλαφηβολίαις spectare, id quod mihi quoque admodum verisimile est. Ψευσθεῖσ' ἀδώροις autem recte a plerisque pro ψευσθεῖσα δώροις ex Musgr. conj. scribitur.

205. Chor. Τί δ' ἐνήλλακται τῆς ἁμερίας
Νὺξ ἥδε βάρος;

Horum verborum explicationi in scholiis additur: γρ. δὲ ἀημερίας, ἀντὶ τῆς ἀηδοῦς φορᾶς, καὶ ἔσται ὁ νοῦς· ποῖον βάρος ἔλαβεν αὕτη ἡ νὺξ ἀπὸ τῆς προτέρας ἀηδίας. Miram hanc lectionem Wunderus magis speciose, quam vere ex alpha voci ἡμερίας superscripto ortam esse censuit: refutat eum explicatio, quae plane alio spectat. Illud vero ἀηδοῦς φ. et ἀηδίας confirmare possit conjecturam Pflugkii in Zimmerm. ann. phil. a. 1841. p. 916. prolatam: τί δυςαμερίας, sive C. Seidleri emendationem ab A. Lob. in paralip. II. p. 553. commemoratam τῆς ἀμμορίας, (ubi tamen articulus offendit,) nisi mirabilis formarum consensus ad lectionem ἀηδείας potius nos ducat, ex qua ἀημερίας ab librario demum sive epitomatore puto corruptum esse**). De forma in εια producta cf. Buttm. Gr. ampl. §. 119. 40. p. 416. (ed. Lob.), Lob. parerg. p. 525., Böckh. de Antig. comm. II. p. 69***). Hoc igitur vocabulum si a Soplocle est profectum, pro articulo jam τόδ' vel similem vocem reponimus, vertentes: qualem hancce miseriae molem haec nox ἐνήλλακται, i. e. accepit pro priore felicitate, magnitudine, gloria Ajacis. Τί τόδε ita usurpavit Soph. in O. Col. 209., aliasque.

---

*) Quem non nominarunt.

**) Thierschio in gramm. Gr. §. 285. not. id ex ἠρεμίας corruptum videbatur: sed ea vox ad explicationem minime apta foret.

***) Cf. etiam Etym. M. 462. 25. εἴρηται δὲ καὶ εὐτύχεια παρὰ Σοφοκλεῖ.

Qua re liberamur jam omnibus difficultatibus. Solum enim vocis *ἀμερία* tuendae modum, qui probari posset, Lobeckius protulit, vocabulis *ἡ ἑώα, ἡ ἑωθίνη, ἡ ὀψία, ἡ πρωΐα, ὀρφναία, ὡραία, θερεία, χειμία* laudatis, ad quae omnia *ὥρα* supplenda esset; sed ipse vir illustrissimus dubitanter pergit: „Haec qui sibi ante oculos posuerit, ... non admodum negabit, pro *ἡμέρα* suo loco et tempore dici potuisse *ἡ ἡμερία*, quod Manethoni tribuitur III. 264., et pro *νύξ* similiter *ἡ νυκτερίνη*, etsi neutrum exemplis confirmari possit. Ceterum si Soph. sic, ut vulgatum est, scripsit, nomen diurna diem hesternum valere sponte consequitur ex apposito *νὺξ ἥδε*." — Ap. Manethonem inde ab Orvill. ad Char. p. 649. *ἡμερίη* pro nominativo scribitur, ita: *ἠδὲ καὶ ἡμερίη τὰ τελείεται*... Sed recte jam in marg. Holsten. est annotatum, supplendam esse „nativitatem," quae quum omnino h. l. tractatur, tum proxime sequitur in verbis: *εἰ δ' ἄρα τοι γενέθλη*...., et quae suppletur etiam in v. 261., ubi ex optima conj. pro inepto *ἠπείροισιν* restitutum est „*ἑσπερίαις* scil. *γενέθλαις*." Hic igitur locus huc non pertinet, neque vox illa *ἡ ἡμερία* ullo exemplo confirmatur. Quis igitur dubitet, poëtae ex antiquissimo fonte pro insolenti oratione reddere et expeditam et aptam?

220. *σφάγι' αἱμοβαφῆ, Κείνου χρηστήρια τἀνδρός.* Scholium *Τὰ τολμήματα καὶ πράξεις ἢ τὰ διεφθαρμένα ποιμνία*.... ab epitomatore aperte ex duabus annotationibus confusum est, quarum posterior ad lectionem vulgatam, prior vero ad aliam pertinebat. „Ab illo" (priore), inquit Lobeckius, „proxime abest Valckenarii emendatio *δραστήρια* ad. Ammon. III. 9. 236, quod an pro *ἔργα* dici non possit jure dubitat Heathius." Quae quum ita sint, facere non possum, quin *χρηστήρια* glossam vocis *σφάγια*, saepe ita explicatae, a Sophocle autem *χειρώματα*, vocem aptissimam, scriptum esse putem.

225. *ἀγγελίαν.... τῶν μεγάλων Δαναῶν ὑποκληζομέναν.*

Ita codd.; sed ex scholio *πεφημισμένην* et Par. d. et ed. Canteri Lobeckius et insecuti editores omnes *ὕπο κλῃζ.* receperunt.

257. Choro timenti, ne poenas daturus sit *τυπεὶς μετὰ τοῦδε*, cum furibundo Ajace, *τὸν αἰσ' ἄπλατος ἴσχει*, Tecmessa respondet:

Οὐκέτι. λαμπρᾶς γὰρ ἄτερ στεροπᾶς
ἄξας ὀξὺς νότος ὥς, λήγει.

Ibi plurimis editoribus Triclinii, hominis inepti, annotatio satisfecit: *φασὶν οἱ περὶ τοῦτο δεινοί, ὡς εἰ μὴ τύχοι οὖσα ἀστραπὴ, ἡνίκα ὁ νότος ἄρξηται πνεῖν, ταχέως παύεται.* Solus Lob. haesit. Motus enim observatione Theophrasti de signis pluv. et vent. II. 7., qui de aestate loquens ait: *ἐὰν μὲν σφόδρα καὶ*

ἰσχυρὸν ἀστράπτῃ, θᾶττον καὶ σφοδρότερον πνεύσουσιν, ἐὰν δ' ἠρέμα καὶ μανῶς, κατ' ὀλίγον. Τοῦ δὲ χειμῶνος καὶ φθινοπώρου τοὐναντίον· παύουσι γὰρ τὰ πνεύματα αἱ ἀστραπαί· καὶ ὅσῳ ἂν ἰσχυρότεραι γίνωνται ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ, τοσούτῳ μᾶλλον παύονται, — hac igitur observatione motus jam in obss. crit. et gramm. in Soph. Aj. (progr. Viteberg. 1806. p. 15.) „incertus sum," inquit, „utrum vulgatam lectionem relinquam, an hoc modo refingam: λαμπρᾶς ἄτ' ὑπ' ἀστεροπᾶς." In editione autem conjici posse ait λ. γὰρ ἀπ' ἀστεροπᾶς. Omnino evincit ille locus, non semper austrum sine fulguribus ortum celeriter se ponere, immo hieme eum, qui cum fulguribus exorsus sit, illis in regionibus repente quiescere. Nam constat, et a τοῖς περὶ τοῦτο δεινοῖς hodieque confirmatur, illarum rerum condicionem in Troade atque in Graecia esse eandem, quin etiam, etsi diversa esset, consentaneum erat, poëtam Graecum in similitudine comparanda res Graecis ante oculos versantes adhibere. Itaque illa, quae nunc legitur, similitudo ex dimidio tantum vera est atque apta. Sed hoc ut mittamus, quae omnino ista epithetorum est subtilitas? Dicitur enim Ajacis furor se ponere, velut notus, sed non ut omnes noti, immo ut is, qui sine fulguribus sit exorsus; cujusmodi si quid Sophocles significare voluisset, simpliciter sine dubio ὡς νότος dixisset. Deinde, quis tandem homo eam rem, sine qua aliquid factum sit, etiam describat? Neque tamen aliud fecisset Sophocles addito adj. λαμπρᾶς. Denique cod. Γ omisso ἄτερ praebet ἀστεροπᾶς.

Quid vero, quod imaginem illam in Graecia certe etiam falsam esse potest ostendi? Nam Sophoclem de aestate non loqui inde apparet, quod per aestatem austri in Graecia flare non solebant; ait enim Theophr. de vent. §. 10. boream praecipue χειμῶνός τε καὶ θέρους καὶ μετοπώρου μέχρι τοῦ λήγειν flare, austrum vero κατὰ χειμῶνά τε καὶ ἀρχομένου ἔαρος καὶ μετοπώρου λήγοντος. Eandem hujus rei condicionem extremo auctumno esse atque hiemi, paulo post verba supra ex II. 7. allata ille dicit, ibidemque pergit: τοῦ δὲ ἔαρος.... ἐὰν νότου πνέοντος βόῤῥαθεν ἀστράπτῃ, παύεται. Itaque omnia tempora, quibus auster flare solebat, ea ipsa sunt, quibus Theophr. ventos fulguribus extingui tradidit. Accedit, quod fabula hieme est acta.

Sed ecce scholiastam! Hic ter in annotatione ταχέως usurpat. Quomodo eum non ὀξύς, sed adverbium aliquod interpretatum esse, ejus verba ὡς ὀξὺς νότος ταχέως λήγει demonstrant; idque sine dubio ἄφαρ fuit, ita ab Hesychio quoque explicatum: ἄφαρ· ταχέως ἢ εὐθέως, — et in Etym. M. ἄφαρ.... σημαίνει δὲ τέσσαρα· τὸ ταχέως.... et ab Orione Theb. p. 30. 1 ed. Sturz: ἄφαρ... τὸ οὕτω ταχέως.... γενόμενον. Id. 12. 14.: ἀφάρτεροι, ταχύτεροι. Similiter

in scholiis nostris ad verba Soph. Trach. 821.: προςέμιξεν ἄφαρ, annotatum est ἄ. τ. προςεῤῥάγη ὀξέως. Scribo igitur:

λαμπρᾶ γὰρ ἄφαρ στεροπᾶ Αἴξας ὀξὺς νότος ὣς, λήγει.

Id est: Non amplius (eum dira sors tenet.) Nam sicut auster, qui vehemens exorsus est, subito coruscis fulguribus se ponit, ita Ajacis vehemens furor subito se posuit. Rediviva autem mens, quasi lumen ac fulmina, in animi tenebras penetravit, et velut acrem ventum, sic effrenatum Ajacis furorem sedavit.

Subito denique se ponere auster eo magis dici potuit, quod ante ipsum exitum erat violentissimus. Cf. Arist. probl. 26. 47. p. 945. b. Schneid. ac Theophr. de vent. §. 5. p. 759. et §. 7. p. 760. ed. Ideler.

314. ἐμοὶ.... ἐπηπείλησ'..., εἰ μὴ φανοίην....,
Κἀνήρετ', ἐν τῷ πράγματος κύροι ποτέ.

Optativum schol. noster a Suida s. v. κυρεῖ exscriptus tuetur, quum annotet: Τὸ κυρῶ περισπωμένως φ. ἡ συνήθεια καὶ Ἀττικοί· ἐν δὲ εὐκτικοῖς βαρύνουσιν αὐτὸ Ἀττικοὶ μετὰ ἐκτάσεως τοῦ ῡ, κύροι λέγοντες ἀ. τ. κυροίη· νῦν δὲ ἀ. τ. κυρεῖ ὁριστικοῦ κεῖται. Ipsum hoc κυρεῖ e conjectura sine dubio in omnes paene codices pervenit, verique vestigium solum La pr. κύροι, Γ κυροί, Ven. κυριοῖ servarunt; quamquam hi ipsi, excepto Ven., et scholia optimi sunt fontes. Quare optativum recipiendum arbitror, praesertim quum nesciam an major sermonis sit aequalitas et convenientia, si in utraque sententia arctissime connexa optativus legatur. Et recepit eum Wunderus, defenderuntque Buttm. in gramm. ampl. II. p. 229. s. v. κυρέω et Apitzius ad h. l., quamquam horum virorum rationes me ne intelligere quidem fateor. Nam Apitzius eum contendit esse necessarium, quia verba Ajacis, non Tecmessae esse vocabulo ποτέ appareat; Buttmannus autem optativum „gemüthlicher“ appellat, quam suavitatem equidem non percipio, et quae fortasse h. l. ne apta quidem foret.

447. Κεὶ μὴ τό τ' ὄμμα χαὶ φρένες διάστροφοι,
Γνώμης ἀπῇξαν τῆς ἐμῆς.....

Sic editores et vett., Turn., Steph., Cant., et recentiores scripserunt, scholiastae glossam ἐξέπεσον secuti. Alter schol. ἀπήγαγον annotavit, itaque perperam cum plur. codd. ἀπῆξαν legit; nonnulli denique libri ἀπεῖρξαν habent.

455. Κεῖνοι (Graeci) δ' ἐπεγγελῶσιν ἐκπεφευγότες,
Ἐμοῦ μὲν οὐχ ἑκόντος. εἰ δέ τις θεῶν
Βλάπτοι, φύγοι τἂν χὠ κακὸς τὸν κρείσσονα.

Ita in codd. est, neque hoc quisquam vituperet. Sed ne scholiastae quidem lectio: γρ. οὐκ ἔχοντος, vituperari potest, dummodo vertas: me quidem non retinente, i. e. quum equidem eos non im-

pediam, quominus effugiant. Itaque si quis hanc scripturam propter majorem scholiastarum vetustatem praeferat, nihil videtur obstare.

562. *Τοῖον πυλωρὸν φύλακα Τεῦκρον ἀμφί σοι*
Λείψω, τροφῆς ἄοκνον ἔμπα, κεἰ τανῦν
Τηλωπὸς οἰχνεῖ, δυςμενῶν θήραν ἔχων.

Schol. γρ. *τηλουργός*, quod in *τηλουρός* mutandum esse editor Rom., Br., Musgr., Herm., Dind., Wund. cognoverunt. Id autem *τηλουρός* aptius est, quam *τηλωπός*, quod tum demum ferri possit, si cum verbis *θήραν ἔχων* conjungatur, ita ut Teucer procul spectans sagittas dirigere dicatur: sed hoc ab h. l. alienum est, quum sententia esse debeat: etiamsi nunc Teucer procul abest, tamen in posterum bene te custodiet.

579. *καὶ δῶμα πάκτου* omnes e scholio ad 784. et duobus Eustathii locis et Turn. reposuerunt pro *δῶμ' ἀπάκτου*, quod in codd. legitur omnibus et a schol. ad v. 579. verbis *κατὰ τῶν σκηνῶν ἄπαγε* explicatur.

604. *Ἀνήριθμος αἰὲν εὐνόμᾳ Χρόνῳ τρυχόμενος.* Quod Par. c. sec. et Aug. c. ex corr. et Triclinius habent, *εὐνώμᾳ*, metri causa plerique receperunt, legitque ita, ut Herm. quoque ac Dind. monuerunt, scholiasta, *εὐκινήτῳ* annotans. Lob. quidem aliquem mirari posse ait, quod quum modo de diuturno tempore ante Trojae moenia consumpto conquestus sit, jam tempus nominet agile. At epitheton videtur ornans, quod dicunt, ita ut, quoniam soleat tempus mobile appellari, sic hîc quoque appelletur. Sed tamen, illa agilitas quum simul vicem mutationesque amplecteretur, chorus voluit fortasse simul significare, se, quamvis ipsum tempus sit agile, tamen pariter continuo vexari. De altero interprete v. cap. 7. §. 2.

619. *Τὰ πρὶν δ' ἔργα χερσὶν .... ἔπεσε.* Ita codd.*), solus Bodl., ut Triclinius, *χεροῖν* praebet, quod metri causa receptum est. Neque scio an schol. hoc confirmet, quum annotet: *τῶν χερῶν αὐτοῦ ἔργα.*

635. *Κρείσσων γὰρ Ἅιδᾳ κεύθων ἢ νοσῶν μάταν.* Schol. *Κρείσσων γάρ ἐστιν ὁ τεθνηκὼς, ἢ ὁ ζῶν καὶ νοσῶν μάτην, ὅ ἐστι μεμηνώς .... ὁ γὰρ μεμηνὼς καὶ τὰς φρένας διεφθαρμένος κρείσσων Ἅιδᾳ κεύθων ...* Punctum minus, quod ante *ὁ γὰρ* erat, in majus mutavi; nam alterum ibi scholium incipit, quum verborum enarratio jam antea confecta iterum sine disjunct. particula proferatur. Prior igitur in-

---

*) Lob. *χεροῖν* ex Brunck. membr. affert, at ipse Br. vett. codd. cum Aldo, qui *χερσίν* habet, consentire ait: alii vero, quantum scio, illum codicem non inspexerunt.

terpres cum libris ἢ νοσῶν legit, posterior vero aperte ὁ νοσῶν habuit, quod e conjectura omnes receperunt.

706. Ἔλυσε γὰρ αἰνὸν ἄχος ἀπ' ὀμμάτων Ἄρης. Γάρ metri causa omittitur; neque id habuit schol., si quid ex ejus silentio colligi potest: Ἄρης, ὁ πόλεμος ὁ περὶ τὸν Αἴαντα, ἔλυσεν ἡμῶν τὸ σκότος.

717. μετεγνώσθη θυμὸν Ἀτρείδαις μεγάλων τε νεικέων.

Ita codd.; sed quum pro θυμόν spondeo opus esset, et Par. a θυμόν τ' praeberet, Herm. optime θυμοῦ τ' dedit, quam conjecturam a scholiasta confirmatam videre poterat: μετεβλήθη καὶ πέπαυται τοῦ θυμοῦ. Quamquam alter quidem interpres jam θυμόν legit, quum annotaret: ὁ Αἴας μετεβλήθη καὶ μετεπείσθη τὴν ψυχήν.

842. Cf. II. cap. 2. ad Aj. v. 240.

V. 884. Βοσποριων ποταμῶν ἴδρις et v. 882. ἐμέ γε τὸν μακρῶν ἀλάταν πόνων quum antistrophae non respondeant, alii ἴδρις et ἐμέ γε τόν ejiciunt, alii aliquid in antistr. adjiciunt. Deest autem ἴδρις in libris Mosqq., qui malae sunt notae, non defuit interpreti, qui ad 879. ἢ ποταμῶν ἴδρις...... annotat, neque illud ullo modo glossae est simile, ut jam Herm. monuit. Non facilius quisquam ἐμέ γε τὸν adscribere poterat, quae verba quum codd. tuentur, tum schol. enarrans: ἐμὲ τὸν ἐπιπόνως πλανηθέντα. Accedit quod una emendatio plures postulat, velut Herm. in censura Ajacis Wunderianae in Zimm. ann. phil. p. 413. a. 1838. ejectis verbis ἐμέ γε τόν et τὶς post πόθι inserit, et Ἀτρεΐδαις solvit et οὔλῳ σὺν πόθῳ pro οὐλίῳ σὺν πάθει scribit. Quare multo verisimilior ea ratio est, quam Herm. in editione secutus est, ubi cum Musgr. versui 936. χρυσοδέτων inserendum versuique 930. iambum addendum censuit, etsi equidem ἀλούς quam ἄρα ponere malim, siquidem ad ejusmodi participium, non ad οὐλίῳ σὺν πάθει, illud περιυβρ. pertinet in scholio: ἐφ' οἷς ἐνόησας καὶ ἤλγεις περιυβρισμένος ὑπὸ τῶν Ἀτρειδῶν, ἔμελλες πληρώσειν κατὰ τὰς φρένας τὴν μοῖραν. Quamquam ἀλούς si ab Soph. scriptum est, non ad victoriam ab Atridis reportatam pertinet, sed Ajacem fortuna captum ac superatum significat, velut Eur. Jon. 826. ait: τοιάςδ' ἀλοὺς μὲν ἀνέφερ' ἐς τὸν δαίμονα, et Soph. O. Col. 547. ex palmaria C. Reisigii conj.: καὶ γὰρ ἀλοὺς ἐφόνευσα καὶ ὤλεσα.

1008. Teucer ad mortuum fratrem conversus quaerit:

Ἦ που Τελαμών, σὸς πατὴρ ἐμός θ' ἅμα
Δέξαιτ' ἂν εὐπρόσωπος ἵλεώς τ' ἴσως
Χωροῦντ' ἄνευ σοῦ;

In primo v. plerique ex Toupii conj. et metri et sententiae causa πού με scripserunt, quod confirmare videtur scholium: πῶς γὰρ οὗτός με ἡδέως δέξαιτο; Etsi metro quidem satisfaciat vulgata lectio, dummodo secundam nominis syll. productam censeamus, velut Τελεύταντος, Παρθενοπαῖα, Ἀλφεσίβοια.

1039. Κεῖνός τ' ἐκεῖνα στεργέτω κἀγὼ τάδε. Ita plur. codd., sed Jen. Mosq. b. Lips. b. κἀκείνου, ap. Suid. autem s. v. ὅτῳ γάρ cod. Bruxell. E. habet 'κεῖνος τἀκείνου, plurimi alii libri, ut videtur, ἐκεῖνος τἀκείνου, soli Par. A. et Oxon. C. κεῖνός τἐκεῖνα, et Par. b. κεῖνός τ' ἐκεῖνα, quod edidit Bernhardius. Sophocli tamen κεῖνος τὰ κείνου tribuerunt Monkius, Herm., Lob., Dind., tribuissentque sine dubio ceteri quoque editores, si vidissent id a schol. explicari per τὰ ἑαυτοῦ δόγματα.

1056. ὡς ἕλοι δορί. Schol. γρ. ἐλοιδόρει, quod olim ἕλοι δόρει fuisse cognoverunt omnes. Hunc igitur dativum solus schol. servavit, recepitque eum Dind. et ubique posuit in Sophocle Wunderus, (cf. eum ad O. Col. 619. ed. suae,) et. h. l. Herm. quoque videtur praeferre. Ac profecto vulgaris forma pro exquisitiore facile a librariis poni poterat. — Quam quidem var. lect. recentior interpres non amplius intellexit, ineptissime de jactis lapidibus somnians: quo multo magis mirum illud est, quod absurda ista explicatio vel nostra aetate defensores suos invenit.

1190. G. Hermannus in Zimm. ann. phil. a. 1838. p. 416. adjectivum εὐρώδη tam acute corruptionis evicit, ut de ea dubitari jam nequiret. Legebatur quidem ab altero schol., qui ridicule: σεσηπυῖαν, ἔνθα ἐχρονίσαμεν inquit, ducens scilicet adjectivum ab εὐρώς. Alter vero doctius annotat: σκοτεινὴν καὶ ἀερώδη τοῖς Ἕλλησιν: quocum conferenda est codicum Flor. Δ, Jen., Mosq. b. lectio ἠνεμόεσσαν. In Mosq. praeterea glossa τὴν ἀνέμοις ἠχιτικήν (sic) legitur. Sed et ipsum vocab. ἠνεμόεσσα aperte est interpretatio, vera autem lectio, ut equidem arbitror, est ἀερώδεα, quam vocem alii ad ventum, alii recte ad nebulam ac tenebras rettulerunt. Prioris quidem significationis exemplum non novi.

Ne quis tamen mihi objiciat, vocabulum illud eodem vocabulo ab interprete explicari non potuisse, moneo poëticam solutionem ab eo vulgari forma ἀερώδη explanatam esse, tum eam vocem a commentatore non simpliciter afferri, sed ita, ut dativum (τοῖς Ἕλλησιν) addat, quem supplendum esse censuerit.

Atque legitur ἀερώδης, — nam adjectivum ἀεροειδής huc trahi non posse Lob. in Buttm. gramm. ampl. II. p. 450. ed. 2. docet, — apud Aristotelem, Theophrastum, Dioscor., Plut., Chrysippum, alios. Cf. Fixium in Stephani edit. Paris. s. h. v. et s. ἀεριώδης. Sed

abjudices fortasse eam vocem Sophocli, motus observatione Lobeckii ad Aj. v. 471. et ad Phryn. p. 228. facta, adjectiva in *ώδης* a recentioribus potissimum Graecis usurpari. Quare ex multis poëtarum tragicorum adjectivis ejusmodi quaedam h. l. subjeci. Dixit igitur Soph. Trach. 273. *πυργώδης*, Ant. 1222. *μιτρώδει*, Aj. 452. *λυσσώδη*, Scyr. fr. 1. *ἀνεμώδεα*, Eurip. Iph. A. 141. *ἀλσώδεις*, Bacch. 462. *ἀνθεμώδης*, Or. 223. *αὐχμώδη*, 822. *ἀφρώδης*, Bacch. 12. *βοτρυώδει*, 534. *βοτρυώδη*, Phoen. 1493. *βοτρυχώδεος**), Tro. 79. *γνοφώδης*, Antiop. fr. 21. *γυναικώδης*, Jonis v. 76. *δαφνώδη*, Or. 246. *δρακοντώδεις*, Hipp. 1349. *ἑλκώδους*, Suppl. 201. *θηριώδους*, idem alibi, Andr. 1004. *θυώδης*, Cycl. 539. *λαχνῶδες*, Or. 480. *νοσώδεις*, Iph. A. 1046. *στεφανώδει*, Hipp. 1192. al. *φρικώδη***), *ἀσώδει* Aesch. Suppl. 32.

Solutionis porro exempla Ellendt. in praef. lex. Soph. II. p. XI. sqq. et Lob. ad Aj. v. 421. collegerunt uberrima, quorum h. l. sufficiet *ἀνεμώδεα* (*Σκῦρον*) ex Soph. Scyr. fr. 1. et *τὸν*... *ὑπνώδεα* ex Eur. Herc. f. 1026. attulisse.

Deinde Herm. l. l. rectissime ait, versum antistrophicum

ἰὼ πόνοι πρόγονοι πόνων

metro esse convenientissimum, eum Dindorfio Wunderoque in *ἰὼ πόνοι πρόπονοι* mutandum fuisse negans, quia et simplex sit et fortis et vere Sophocleus. Itaque in stropha vir summus *Τρωΐαν* scripsit, quae forma legitur in Aesch. Choëph. 361., respondente voce *Ἰλίῳ*, et e Seidleri conj. in Eur. El. 438., ubi codd. quidem *Τροίας* praebent, et e conj. Hermanni in Androm. 306., eandemque in Rhesi v. 258. a quibusdam esse positam neque lyricis poëtis alienam esse C. Lachm. de chor. syst. p. 154. monuit ***). — Deinde, ejecto articulo, quem jam Dind. ac Wund. omiserunt, emendo:

ἀν' ἀερώδεα Τρωΐαν.

Versus est glycon. cum anacrusi, velut Phil. 141.

σὲ δ', ὦ τέκνον, τόδ' ἐλήλυθεν,

et Oed. Col. 535., quem quidem v. A. Schoellius in versione Ajacis Berol. 1842.) festinantius cum antistrophico ejicit, et Eur. Orest. 971. atque Bacch. 833., et, quem versum God. Herm. in elem. metr. p. 564. laudat Hel. 1481. et Pind. Olymp. IX. Ep. 4. *θᾶσσον καὶ ναὸς ὑποπτέρου.* (Similis est Ant. v. 336.) Hi autem versus aptissimi sunt ceteris hujus loci metris:

---

*) Sic Dind. ad Steph. thes. Graec. II. p. 337. e cod. R. pro *βοστρυχώδεος.*

**) Multa exempla ex aliis scriptoribus composuerunt Passov. in progr. Vratisl. de Graec. lex. emend. ratione, Bast. epist. crit. p. 23. (ed Lips. 1819.), id. ad Geogr. min. P. 2. l. 9., Lob. ad Phryn. p. 228.

***) Cf. etiam Etym. Gud. s. v. *Τρωΐαν.*

⏖ ⏑ ⏖ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ – –
– ⏑ – ⏓ ⏑́ ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑́ ⏑ –, –, ⏑, –́ ⏑ ⏑ –
⏑ – ⏑, –́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ –
⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ –, – –

Postremo si quis forte dubitaverit, num alpha vocis ἀερώδης produci possit, quum a Soph. in El. 87. ἀήρ corripiatur, eum Matthiae filii in lex. Eurip. (Lips. 1841.) s. v. ἀήρ docebunt, omnia adjectiva ab hac voce ducta apud poëtas tragicos videri longo esse alpha; tum ipsum ἀήρ ab Eurip. semper producitur, ab Aeschylo omnino non usurpatur, a Sophocle illo uno loco dicitur.

1309. Cf. II. Cap. 4. §. 4.

TRACHINIAE.

7. Libri: νυμφείων ὄκνον
Ἄλγιστον ἔσχον, εἴ τις Αἰτωλὶς γύνη.

In scholiis legitur: Νυμφίων ὄκνον (hoc librarii est lemma): Νυμφίων ἀ. τ. νυτφευμάτων. Interpres igitur νυμφείων scripsit, quod in La. quoque aliisque codd. in νυμφίων corruptum est. Cf. de hac varietate, quae ad Aj. 208. supra attuli. Pergit deinde grammaticus: ὄκνον δὲ τὸν φόβον· .... εἰ δὲ γρ. ὄτλον, τὴν ταλαιπωρίαν.... Alter interpres adjecit: γρ. ὄτλον et q. s. Hinc ὄτλον paene omnes receperunt, id tamen improbat E. Wunderus in emendd. Trach. a. 1841. Grimae editis, quia hoc futurum sit: „nuptiarum sive matrimonii onere miserrimo premebar;" — fuisse autem Dejaniram tunc innuptam. Atqui νυμφείων ὄτλος, ut saepissime ejusmodi genitivi, miserias a nuptiis profectas, sive mala quae ob matrimonium exsistunt significat; eas autem virgo quoque. quae in matrimonium petitur, ferre potest. Si vero ὄκνον esset dictum, ridicula paene verba εἴ τις Αἰτωλὶς γύνη essent: quasi metus nuptiarum tam frequens ac vulgaris res inter puellas Aetolas fuisset! Sed propter matrimonium sine dubio in Aetolia quoque complures mulieres mala sunt perpessae, eaque mala Dejanirae erant maxima, quippe cui cornutus esset sponsus, quaeque ipsa ingentis certaminis causa esset. Et ita jam ad ea quoque respondi, quae Wund. de schol. auct. monuit, ὄτλον si scriberetur, τὰ νυμφεῖα debere aut ad tempus, quo Achelous fuisset procus, aut ad ipsum procum referri, id quod fieri non posset. Sed illud Wunderus non cognovit, sine dubio ideo etiam ὄτλον ab editoribus praelatum esse, quod rarior vox esset, quam ὄκνος, itaque a librariis profecta esse vix posset. His igitur

rebus motus, hoc quoque loco scholiis veram lectionem deberi rabitror.

79. Ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν,
Ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον, εἰς τὸν ὕστερον
Τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον εὐαίων᾽ ἔχειν.

Vulgo ad τὸν ὕστερον supplebatur χρόνον, collata locutione τὸν ἀεὶ in El. 1076. et O. Col. 1584., sed quum haec ipsa exempla nunc corrupta censentur, tum ὁ ὕστερος, ὁ πρότερος de tempore nunquam dicitur. Inaudita igitur illa ellipsis editores movit, ut aut τό γ᾽ ὕστερον, aut τὸ λοιπὸν scriberent; quum vero otiosa praeterea ejusdem sententiae esset repetitio, Dindorfius τὸν ὕστερον, ut glossam ejecit, Wunderus autem eo usque processit, ut totum enunciatum εἰς — βίοτον histrioni alicui tribueret. Haec tamen omnia concidunt hoc scholio: Ἔλεγεν, φ., ὅτι ἐν Οἰχαλίᾳ τεθνήξομαι, ἢ σωθεὶς εὐδαιμονήσω τὸν ἐπίλοιπον χρόνον. Ubi non commemoratur εἰς τ. ὕστερον, additur vero σωθείς, quod in libris nihil habet, quo referatur, ad sententiam vero paene necessarium est. Exspectatur enim „postquam certamen finivit," non „postquam suscepit certamen." Assentior igitur Dindorfio: pro ejecta autem glossa reponendum esse aliquod arbitror, quod cum participio ἄρας conjungatur, velut:

Ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον εἰς καλὸν τέλος,

i. e. „aut si hoc certamen ad bonum exitum suscepit, sive ita ut ad bonum exitum perveniret." Id quod apte voce σωθείς explicari poterat.

97. Τοῦτο καρῦξαι τὸν Ἀλκμήνας, πόθι μοι, πόθι μοι παῖς Ναίει πότ᾽.

Haec La. et Ald. habent, in extremo versu priore duas syllabas pro una praebentes, quare rectius ceteri libri alterum μοί omittunt. Quum tamen scholiasta ad τὸν Ἀλκ. annotaret λείπει παῖδα, jam Valck. et Pors., frustra obloquente Dindorfio, cognoverunt, illum παῖς non habuisse, ejecitque id Wund., quia facilius, quam inutile μοί, ab interprete addi potuisset, (et quia Soph. in anaphora pronomen repetere soleret; sed hoc verum non est*)). Male tamen grammaticus, ut idem Wund. observavit, in extremo versu 97. interrogandi signum posuit, annotans: λείπει (i. e. post πόθι) οἰκεῖ, διατρίβει. Ἆρα οὖν.....

112. ὥστ᾽.... τις κύματ᾽ ⏑ εὐρέϊ πόντῳ
Βάντ᾽ ἐπιόντα τ᾽ ἴδοι.

Quum libris omnibus post κύματ᾽ brevis syll. deesset, Pors. Gaisf. Apitzius κύματ᾽ ἂν scripserunt, immemores tamen, id ipsum scholiastam habere, annotantem: ὥσπερ γὰρ**) ἄν τις θεωροίη....

*) Cf. O. Col. 1079. 1453. Ant. 1296. 1319. Phil. 135. 205. 845. 850. 852. 1178. Aj. 867. al.

**) Inepte in ed. P. Elmsleji hic inciditur, fort. typothetae errore.

Neque enim verisimile est, hanc particulam iis interpretibus deberi, qui eam soleant etiam tum omittere, ubi a Sophocle sit posita.

119. *ἀλλά τις θεῶν*

Αἰὲν ἀμπλάκητον Ἅιδα σφε δόμων ἐρύκει.

Libri omnes quum *ἀμπλάκητον* praeberent, et metri et sententiae causa Herm. atque Musgr. *ἀναμπλάκητον* scripserunt, probaruntque id tantum non omnes. Sed soli Dind. et Ellendt. s. v. *ἀναμπλ.* commemorarunt, ita scholiastas quoque legisse, annotantes: *ἄπταιστον..... ἄπταιστον καὶ δίκαιον ὄντα.... ἢ ἀναπλάκητον* (sic), *ἐπιτυχῆ, παρὰ τὸ μὴ ἀναπλακεῖν.*

122. *Ὧν ἐπιμεμφομένας*) ἁδεῖα μὲν, ἀντία δ' οἴσω.* Schol. *Περὶ ὧν μεμφομένης* (scr. *νη σ'*) *ὅτι* (adde *μὴ*) *προςηκόντως ὀδύρῃ· θεοὶ μὲν γὰρ αὐτὸν σώζουσιν.* Unde Wunderus conclusit eum *ὧν ἔπι* legisse, idque unice esse verum, neque enim *ἐπιμέμφεσθαί τινά τινος* dici, et *ὧν* ita tantum ad verba proxime praecedentia referri posse, — id vero h. l. vetari sententia. Recte vero dictum esse *ὧν ἔπι*, i. e. propterea, quod attinet ad ea.

205. Codd. *ἀνολολύξετε δόμοις* habent, solus Par. b. praebet imperat. aor. E conjectura autem Br. Erf. Billerbeck. Schaef. posuerunt *ἀνολολύξατε δόμοι*, Dind. in Zimm. ann. phil. a. 1836. p. 8. et in annott. Oxoniensibus *ἀνολολυξάτω δόμος*: atque harum lectionum alterutram sine dubio scholiasta commentatus est verbis: *ἀ. τ. ὁ πᾶς οἶκος Ἡρακλέους θυσίας καὶ εὐχὰς ποιείτω*, neque negari potest, utramque magis poëticam esse dativo illo, qui ortus demum videtur ex dativis proxime appositis, i. e. *ἐφεστίοις ἀλαλαῖς.*

308. Codd. quum *τεκνοῦσα* et *τεκοῦσα* praeberent, ex scholio *τέκνα ἔχουσα, ὅπερ Καλλίμαχός φ. παιδοῦσσα,* (sic Br. et Herm. pro *παιδοῦσα*,) inde a Brunckio *τεκνοῦσσα* receptum est.

322. *οὐδὲν ....*

χρόνῳ διοίσει γλῶσσαν, ἥτις οὐδαμὰ

προὔφηνεν οὔτε μείζον' οὔτ' ἐλάσσονα.

Wund. in emendd. Trach. p. 22., refutatis ceterorum interpretationibus, ostendit, h. l. de edenda voce dici debere, idque verbo *διαφέρειν* exprimi non posse. Neuius quidem vertit: „vocem proferet," Dind. „emittet," Ellendt. s. h. v. „proferet, i. e. per labra adoperta," sed hanc significationem nullo exemplo comprobatam video. Quare non possum facere quin Wundero *διήσει* scribendum esse concedam, praesertim quum id ipsum schol. legisse videatur, enarrans: *ὡς οὐκ ἐλάλησε πρώην, οὐδὲ νῦν λαλήσει.*. Alter

*) Omnes emendant *ἐπιμεμφομένα σ'.*

quidem interpres, annotans: Ἐὰν αἰδουμένη σε φθέγξηται, κατ' οὐδὲν ἄρα ἐξίσου τῷ πρόσθεν χρόνῳ προκομίσειεν αὐτῆς (scr. αὑτῆς) τὴν γλῶτταν, et διήσει et διοίσει habuisse potest. Recte autem Herm. hanc annotationem permiram appellat. Nempe credidit interpres, Licham ad εἰπέ, quod Dejanira dixerat, respondere: οὔταρα οὐδὲν ἐξίσου τῷ πρόσθεν χρόνῳ διοίσει s. διήσει γλῶτταν, scil. εἰ νῦν διήσει γλῶτταν i. e, minime certe pariter ac priore tempore aget, si nunc vocem edet.

326. Jola a Licha continuo flere dicitur

ἐξ ὅτου πάτραν
διήνεμον λέλοιπεν. ἡ δέ τοι τύχη
κακὴ μὲν αὐτῇ γ', ἀλλὰ συγγνώμην ἔχει.

Ubi Herm. ἥδε scribit, dicens aperte ita commentatorem legisse, annotantem: αὕτη (sic Herm. emendat pro αὐτῇ) δὲ ἡ τύχη.... Etsi de hac re adhuc dubitari potest.

330. . μηδὲ πρὸς κακοῖς
τοῖς οὖσι λύπην πρός γ' ἐμοῦ λύπην λάβοι.

Sic optt. codd. Sed ad aliam lectionem pertinet scholium: ἵνα μὴ δόξωμεν αὐτὴν λυπεῖν, quod melius ad hanc fere scripturam quadrat:

...λύπην πρός γ' ἐμοῦ δόξῃ λαβεῖν,

quamvis nimis haec a libris discedat. Utique tamen quum sententia, ab antiquo interprete exposita, sit aptissima, libri autem sint corrupti, ex illo exspectanda est salus. Jam complures vero conjecerunt, alteram λύπην ex altera esse exortam, quare Wund. pro posteriore νέαν posuit, immemor hoc jam Dindorfio in annott. Oxon. in mentem venisse. Neque tamen πρός γε turbandum erat, siquidem ejusmodi repetitionibus Graeci non offendebantur. Wund. autem pro eo ἐξ ponendum censuit. — De voce ἀδεία cf. cap. seq.

377. Dejanira secundum plurimos codd. de Jola interrogat:

ἆρ' ἐπώνυμος
Πέφυκεν, ὥσπερ οὑπάγων διώμνυτο;
Ἦ καὶ τὰ λαμπρὰ καὶ κατ' ὄμμα καὶ φύσιν.

380. Ἀγγ. Πατρὸς μὲν οὖσα γένεσιν Εὐρύτου ποτέ,
Ἰόλη 'καλεῖτο.....

Pro ἦ nonnulli libri ἡ habent, tum complures codd. versum 379. nuntio tribuunt, idque plerique editores causis, quas apud Hermannum legas, permoti probarunt. Atque ita schol.: Τινὲς τὸ τοῦ ἀγγέλου πρόςωπόν φασι· τὸ δὲ κατ' ὄμμα καὶ φύσιν ἀ. τ. εὐπρεπὴς τὴν ὄψιν καὶ τὸ πᾶν σῶμα. Sed hic quum vocem λαμπρά, ut jam Herm. monuit, femininam esse crediderit, τὰ habuisse non potest, sed sive κάρτα legit, quod plerique ex Canteri conj. receperunt, sive aliud quid. Porro quum hoc scholio φύσις ad figuram

referatur, in sequente annotatione refertur ad gentem, tum in priore affirmativa constituitur sententia, ita ut ἦ significet i. q. profecto: in posteriore vero interrogativa, quum ἦ voce ἆρα explicetur. Quare in exeunte scholio altero interrogandi signum pro puncto ponendum erat. Apparet igitur diversum a priore eum scholiastam esse, qui annotaverit: Ἀ. τ. ἆρα τῇ θέᾳ καὶ τὸ γένος ἐφάμιλλον; Sed haec ipsa interrogatio docet, ab hoc versum 379. Dejanirae tribui; tum hic quidem jam ἦ καὶ τὰ λ. legisse potest, si ita Sophoclem intellexit: „num etiam splendor (τὰ λαμπρά) et in facie et in gente est?"

396. Ἄισσεις, πρὶν ἡμᾶς καὶ νεώσασθαι λόγους. Ita codd.; sed ex Eustathii lectione ἀνανεώσασθαι scholiorumque verbis ἀνακαινίσασθαι, αὖθις ὁμιλῆσαι ἐκ νέας, ἀνακοινώσασθαι, plerique κἀννεώσασθαι elicuerunt, Wund. autem (in emendd. p. 21.) optime κἀνανεώσασθαι, adhibita synizesi.

504. Hermannus palmariam suam emendationem, qua τίνες semel ex voce τινές restituit, semel inseruit, ex scholiis hausit, ubi quum in ed. Rom. idem τινές legeretur, τίνες scribendum esse sagaciter vir doctissimus cognovit, quae sententia postea scholiorum codice egregie confirmata est. Hoc tamen Apitzius neglexit, satis habens Hermanni annotationem descripsisse.

505. ἐξῆλθον ἄεθλ' ἀγώνων.

Wunderus in Ajacis Lobeckianae cens. p. 52. optime emendavit ἐξῆνον, quod ipsum vetus interpres videtur legisse, dicens διήνυσεν, ἠγωνίσαντο, velut Hesych. scribit: ἦνον, ἤνυον. His tamen glossis posterior interpres alienum verbum διεξῆλθον immiscuit, quod ad vulgatam lectionem pertinet.

526. Ἐγὼ δὲ μάτηρ μὲν οἷα φράζω·
Τὸ δ' ἀμφινείκητον ὄμμα νύμφας
Ἐλεινὸν ἀμμένει·
Κἀπὶ ματρὸς ἄφαρ βέβακεν ὥστε
Πόρτις ἐρῆμα.

De v. 526. ait Herm.: „Qua sententia nihil hic fingi ineptius potest: neque injuria Bentl. locum ut corruptum notavit." Nihilominus a C. Reisigio defenditur*), sed ita, ut non putaverim eum cuiquam persuasurum esse. Persuasit tamen Apitzio, qui ejus sententiam etiam egregiam appellavit, et Valentino Raymanno, qui in progr. autumn. gymn. Marienverd. 1841. de duplici Trachin. recens. scripti p. 27. eum rem acu tetigisse ait. Videamus igitur. „Venusta," inquit C. Reisigius, „sententia est virginum, quas pudor

---

*) in Oed. Col. comm. crit. ad v. 1669. p. 398.

vetat victorem certaminis laudare, maritum egregium, Herculem." Quid? Virgines vetat laudare hominem minime adolescentulum, praeclarum victorem, celebratum Jovis filium? „Itaque verecunde," pergit Reisigius, „matris vicem suscipiunt et ejus dolorem recordantur, perlatum, quum filia.... ἄφαρ βέβακεν....". Atqui ex matris recordatione nondum sequitur, ut etiam loquantur velut mater. Vertit denique: „matris animo haec dicta sunt, non meo, scil. οἷα δὲ παρθένος οὔ." At quid tandem dixerunt, quod virgines dedeceret? Oh delicatas istas Trachinias! Neque tamen Antigonam quidem pudor cohibuit, quominus de λέχει atque ἀτεκνίᾳ sua loqueretur, neque aliae tragoediarum virgines veritae sunt, τὸ σπείρειν virorum commemorare. Cf. etiam A. Boeckh. de Antig. diss. 2. p. 89. Sed haec ut mittamus, ut detur iis venia impetrata, quid omnino dicunt, quasi Dejanirae sint mater? Quid pronuntiant, quod non ex suis quoque animis proferre potuerint? Raymannus quidem p. 27.: „Chori erat," inquit, „spectatorum in universum exprimere sensum, sed non pugnam istam tam vivis describere coloribus." Id quod mirum est, si quid aliud. Poëtae erat, personas suas rem aut omnino non, aut summa cum alacritate narrantes facere, siquidem poëtae nomen merere volebat.

Sed vereor, ne jam diutius hac in explicatione sim versatus. Aliam viam Const. Matthiae in quaestt. Soph. p. 68. iniit, quem et ipsum Raymannus probavit, quasi idem sentiret atque Reisigius! Ait autem Matthiae, mulieres Dejanirae conjunctissimas, rem tam tristem narrantes, non posse non dolere aegritudinis recordatione. „Potest autem tali occasione nemo cum nemine magis dolere, quam mater cum filia. Itaque aptissime Trachiniae suam ipsarum cum matris aegritudine comparant, dicentes: loquor ego quasi sim mater, i. e. dicens haec animo materno moveor." At, ut de miro μέν taceam, illam sententiam nemo facile, qui audiret, divinare poterat, neque tanto fervore abreptas virgines se praebuerunt, ut jure matri se aequipararent. Tum ipsam Dejanirae matrem si significabant, articulum ut de homine certo addere debebant. Sed, quid multa? Schol. ait: ἐγὼ παρεῖσα τὰ πολλά, τὰ τέλη λέγω τῶν πραγμάτων. Sentire hunc dicit Raymannus in p. 28., narrationis filum v. 523. esse praecisum: debuisse enim ibi pugnae exitum describi. Neque tamen hic illud sensit, sed Sophocles ipse; nam nisi poëtae verba interpres enarraret, dixisset ὁ χορὸς — λέγει, non ἐγὼ — λέγω. Quare frustra Raymannus hunc cum vulgata lectione conciliare studet. Habuisse eum μάτην, idque Sophoclem scripsisse Billerbeckius in annott. ad Trach. conjecit, sed neque scholio, neque Sophocli ita satisfecit; G. Hermannus vero, quia aptissimum illa enarratio praeberet sensum, ἐγὼ θ' ὁμαρτῇ μὲν οἷα φράζω scribendum proposuit. Potest etiam conjici:

ἐγὼ δὲ τἀρηρέμεν' οἷα φράζω.

Nam ἀρηρεμένος significat in breve contractum. Versus tum logaoed. est praemisso diiambo, et sententia haec fere: Multa habeo, quae adjiciam, sed ut brevis sim, et q. s., jam revera rerum summa tantum comprehensa. Mera repetitio illa exspectatio bis commemorata non est: additur enim secundae significationi nova tristitiae descriptio; ἐγώ porro dicitur ita, ut subcogitetur: alii haec latius exponant, ego vero ...*)

Haec autem unica mihi videtur via esse, qua rationem G. Hermanni, duas h. l. fabulae recensiones confluxisse rati, versusque 426—28. ejicientis, effugiamus. Quam duplicitatem, valde probabilem in tragoediis Euripidis, in Soph. tragoediis pauci tantum Hermanno concesserunt, idoneisque causis, si quid video, Wunderus refutavit in emendd. Trach. p. 173—81.: quin tragicis duplices recensiones omnino abjudicat Val. Raymannus, in diss. laud. p. 25., postquam omnes Virorum D. D. de ea re disputationes diligenter composuit, negans eas rationibus satis credibilibus esse demonstratas. Nemo vero Wundero credet, quinque illos versus ab histrione esse profectos, praesertim quum ne sic quidem emendandi necessitatem evitari ipse confiteatur. Idem vir doctus frustra in perf. βέβακεν haeret, quod h. l. non i. q. abiit, sed, majore cum alacritate, i. q. subito abest significat.

Sed egregie Wund. (de schol. auct. p. 26.) cognovit in v. 602.

τόνδε γ' εὐϋφῆ πέπλον

γέ esse ineptum, medelam autem ex scholio Ἰσχνουργῆ γρ. δὲ αὔφῆ ἀ. τ. λεπτοϋφῆ repetendam esse. Illud αὔφῆ quidem quum interpretationi λεπτ. non responderet, Wund. scholiastam conjecit olim ταναΰφῆ scripsisse, quod Suid. quoque et Phot. II. 568. (P.) per λεπτοϋφῆ explicarent, levique errore Hesych. etiam praeberet: τανοϋφῆ: λεπτοϋφῆ. Neque alius vocabuli glossam εὐϋφῆ fuisse, velut Hesych. ταναηκές glossa εὐμηκες, et τανύσφυρος glossis εὔσφυρος et λεπτόσφυρος explanaret. Illud igitur ταναΰφῆ aptissime Sophocli restituit, ut i. q. μακρὸν πέπλον esset.

Idem vir doctiss. intellexit, scholium v. 654. ἐξέλυσεν ἡμᾶς τῆς ἀνίας ad ἐπιπόνων ἁμερᾶν spectare, quod pro acc.

*) Fort. ideo Sophocles certaminis finem non narravit, quia de eo variae ferebantur fabulae. Tradit enim E. Braun. in Mus. Rhen. I. 1. p. 125. a 1841. de gemma Romae inventa: *Wir erblicken daselbst den jugendlichen Herakles ganz nackt, nur mit der Keule bewehrt, und den Kopf des überwundenen Achelous glorreich an der Rechten tragend. Dieser ist als ein bärtiges Menschenantlitz mit Stierhörnern und Stierhals gebildet.... Von einer Enthauptung des Letzteren berichten die schriftl. Urkunden allerdings nicht, dagegen sehen wir den kühnen Stromgott auf zwei Vasengemälden gerade so dargestellt, wie er hier auf unserer Gemme erscheint.*

multo simpliciorem recipere dubitet? Sin interpretem cum libris et Athenaeo et Eustathio conciliare malumus, *σὺν τῷ αἵματι* a ceteris verbis segregandum est, quasi hanc ille constructionem significet: *διασπ. κρατὸς σὺν τῷ αἵματι.*

783. *ἅπας δ' ἀνευφώνησεν οἰμωγῇ λεώς* in codd. est, sed editur *ἀνευφήμησεν* ex Hesych. glossa etsi paululum corrupta *ἀνοιφημῆσει, ἀνοιμώξει, κατὰ ἀντίφρασιν. Σοφ. Τραχινίαις*, quacum scholium nostrum: *Κατὰ τὸ ἐναντίον, ἀ. τ. ἐστέναξεν* consentit. Itaque jam Herm. judicavit, scholiastam quoque *ἀνευφήμησεν* legisse, quod frustra Dind. negat.

815. *οὖρος.... Αὐτῇ γένοιτ' ἄπωθεν ἑρπούσῃ καλῶς.* Hoc *καλῶς* in omn. codd. est, nisi forte cum Herm. ex collatorum silentio in Harl. aliisque quibusdam *καλός* esse colligere volumus. Sed utut hoc est, *καλός* in edd. Ald. Brubb. Turn. legitur, commendaturque scholio *εἴθε οὖρος καλὸς ἐπιπνεύσαι αὐτῇ ἀπιούσῃ.* Quare ab editoribus ante Herm. et a recentissimo Wundero receptum est, ac recte quidem; adverbium enim propter collocationem suam facile ad *ἑπρούσῃ* referri poterat.

821. sqq. In corruptissimo hoc cantico quum quaedam certe recta solus schol. servaverit, cetera quoque, ne nimis res dilacеretur, huc simul referam, in aliis autem capitibus huc provocabo. — Primum igitur ex scholio ad v. 830.: *πῶς γὰρ ὁ μηκέτι ὁρῶν τὸ φῶς παρὰ Εὐρυσθέως κελεύοιτο,* E. Wunderus in emendd. acutissime *φῶς* ap. Soph. excidisse cognovit. Idem non minus apte pro *ἐπίπονον* scripsit *ἔτι πόνων*, quod possit certe schol. habuisse, siquidem adjectivum in scholiis non commemoratur. Ad antistr. vero v. 839. *Νέσσου θ' ὕπο φοίνια* et q. s. plures interpretes exstant, quorum nemo ineptam illam copulam habet, nemo *ὑπό* commemorat, omnes vero et *φοίνια* et *δολόμυθα* afferunt*). Tamen utrumque adjectivum Dindorfius Wunderusque ejecerunt tanquam glossas, et vocis *δολόφονα* quidem, ut ille, vocis *ὁλοφῶα*, ut hic censuit. At, per Deum, *δολόμυθα* certe satis poëtica foret glossa; quin ne poterat quidem quisquam ita aut *ὁλοφῶα* aut *δολόφονα* explicare, melius saltem *δολόφωνα*, si forte hoc olim scriptum exstabat. Sed quae istae machinae? Ipsa nostra adjectiva sunt aptissima, ita ut metri causa antistropha potius sit emendanda. Ubi *θανών* a Dind. Wunderoque expungitur, ne poëta idem bis repetat. At *ὁ μὴ λεύσσων* quum Herculem significet, Soph. nihil aliud dicit, nisi: „Quomodo defunctus ille vir in servitutem incidat, postquam jam est mortuus?" Quae, ut poëticam copiam omittam, ne prosae quidem orationis scriptorem,

---

*) Idem animadvertit J. F. Martinus in progr. Posnan. 1832. p. 24. *Νέσσου θ' ὕπο* ejiciens. Nam ne nomen quidem scholiastae notum fuisse censet.

dedeceant. Sed metri causa aut post *φῶς* etiam *πῶς* inserendum quod facillime excidere potuit, aut non *φῶς*, sed *φάος γ'* est legendum. Illud enim *γέ* notum est interdum ad totam sententiam pertinere, velut in Phil. 1214. *οὐ γὰρ ἐν φάει γ' ἔτι* idem valet atque *οὐκέτι γάρ ἐστί γε ἐν φάει.* Nam non erat, cur particula illa Wundero ibi displiceret.

Nessum denique saepius h. l. scholia nominant. Aut igitur cum codd. *Νέσσου* habuerunt, aut vocem, quae Nessum significat. Eam autem jamdudum putaveram *ϑηρός* esse, priusquam Dind. et Wund. ad eandem inciderunt conjecturam. Sed quum Dind. illud

ὑπό

ex *ϑυπο* efficiat, ego hunc puto corruptionis fuisse fontem: *ϑηρός*, adscripta praepositione ad explicandos genitivos.

His igitur restitutis versus, quos corruptissimos libri fere sic praebent:

πῶς γὰρ ἂν ὁ μὴ λεύσσων
ἔτι ποτὲ ἔτ' ἐπίπονον ἔχοι ϑανὼν λατρείαν,
et *Νέσσου ϑ' ὕπο φοίνια δολόμυϑα κέντρ' ἐπιζέσαντα*

fere sic procedunt numeris aptissimis:

. . . λεύσσων Φῶς, πῶς } *ἔτι ποτ' ἔτι πόνων . . .*
Φάος γ' }
Θηρὸς φοίνια δολόμυϑα . . . .

– ⏑́ / ⏑ – } ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏓

Quo evitatur simul adjectivi *μελαγχαίτα* sine articulo pro subst. positi insolentia.

Tum idem Wund. egregie v. 837. pro *φάσματι* ex scholio *νάματι* restituit. Scholium hoc est: *προστεταχὼς φάσματι: . . . . χολῇ.* Velut enim Hesych. annotaret *νῆμα· ὕδωρ, ὕφασμα,* ita *νάματι* ab aliis interpretibus recte glossa *τῷ ἰῷ* explicatum esse, ab aliis vero pro Dorica *νήματος* forma habitum et per *ἱματίῳ, ὑφάσματι* redditum esse. Ex posteriore autem glossa lectionem *φάσματι* profectam esse. Sed in scholiis ille frustra pro *ὀλεϑρίῳ* scribit *ὀλέϑρῳ,* nam *ὀλεϑρίῳ* ad *δεινοτάτῳ* pertinet. Secutus autem Wund. in ea mutatione Hermannum est; iidemque viri post *παρά* inserunt *τὸ πεφάσϑαι,* ut etymon doceatur; sed, si quid omnino, lenius certe *πεφονεῦσϑαι* in *φονεῦσαι* est mutandum, neque quidquam aliud. Ideo enim vestis perniciosa erat, quod mortem Herculis effecerat. Evincunt tamen C. G. Schneiderus, Herm., Wund., punctum post *πεφονεῦσϑαι* esse ponendum, sequens autem *φάσματι* novum lemma esse; neque tamen hoc debebant in *ὑφάσματι* mutare, quia sequens explicatio ad id vocabulum pertineret: nam epitomator, vel potius librarius adscribebat, quidquid in textu inveniebat. Idem epitomator indocte glossas ad *νάματι* pertinentes, *τῷ ἰῷ* et *τῷ ἱματίῳ*,

permiscuit, ἢ suum addens. Φάσματι legit schol. ad v. 837. (qui Elmslejo est 839).

Quid vero, quod schol. in v. 843. ne γάμων quidem habuit? Annotat enim: Ὧν (adde incisum) τῶν νεωστὶ δρωμένων (adde καὶ) συμβάντων κακῶν..... Legit igitur κακῶν, quod nemo non praeferet, siquidem γάμων glossae simillimum est, κακῶν non est. Denique ad v. 854. (56. Elmsl.) interpretes dicunt: γέγονε τῷ Ἡρακλεῖ, συνέβη τῷ Ἡ.: itaque hi Ἡρακλέους certe legisse non possunt, quanquam hoc habet posterior schol., qui ait: τὸ προμάχου πρὸς τὸ Ἡρακλέους ληπτέον. Illi autem aut Ἡρακλέα habuisse possunt, quod ex codd. Tricl. plerique restituerunt, aut Ζηνὸς κόρον, quod viam monstrante Dindorfio Wund. conjecit. Tum ἐπέμολε quoque habuerunt, ex conj. ab omnibus pro ἀπέμολε positum, nisi forte ἀπέμολε ab vett. interpp. cum acc. conjunctum est. Recens quidem schol. aliquis ἀπέμολε legit, id pro ἀπομόλοι positum esse ratus. (Cf. cap. 6.) Sed de his omnibus quidquam certi statui neque nunc potest neque unquam poterit. Postremo verbum στένει v. 848. Wund. aliique viderunt verbi, quod spondeum efficeret, glossam fuisse. Scholiasta autem ad v. 841. (843. Elmsl.) annotans ὀδύρεται καὶ στένει, fortasse θρηνεῖ legit, quod nonnunquam ita explicabatur. De cett. in cap. 2. ad v. 844 sqq. dixi. Θρηνεῖ autem etiam F. W. Schneidewino in Gott. indicis docti a. 1842. p. 254. in mentem venit.

894. ἀνέορτος ἅδε νύμφα. Schol. 1) Ἡ νεωστὶ ἐνταῦθα ὁρμήσασα Ἰόλη. 2) Ἀνέορτος δὲ ἀ. τ. αἰσχρὰ καὶ ἀπρεπής. Hoc omnes praebent codd., illud vero ad ἀνέορτος pertinet, quod etiam in Iunt. 2. est et unice probatur ab hominibus doctis.

900. Ἐπεὶ... παῖδ' ἐν αὐλαῖς εἶδε κοιλὰ δέμνια Στορνύνθ'. Κοιλὰ δέμνια corruptum esse quum viderunt alii, tum probavit Wund. Is vero, quum schol. annotaret: γρ. κοινά, ἢ τὰ τοῦ θανάτου, ἢ τὰ αὐτῆς καὶ τοῦ αὐτοῦ (scr. αὐτῆς καὶ αὐτοῦ), Hermannum et Bothium secutus, etiam κοινά rejecit, quam equidem verissimam lectionem censeo. Recte enim in posteriore explicatione schol. lectum dici significat, in quo Dejan. olim una cum Hercule quieverit, id quod non potuit non magis etiam mulieris animum commovere. Et hunc lectum intelligendum esse paene probant vv. 918 sqq., quibus Dejanira dicitur in illo ipso se occidisse, clamans:

Ὦ λέχη τε καὶ νυμφεῖ' ἐμά,
Τὸ λοιπὸν ἤδη χαίρεθ', ὡς ἔμ' οὔποτε
Δέξεσθ' ἔτ' ἐν κοίταισι ταῖσδ' εὐνήτριαν.

Frustra igitur etiam F. W. Schneidewinus in ind. doct. Gott. 1842. p. 255. εἶδεν οὖλα conjicit.

947. *Πότερα πρότερον ἐπιστένω,*
Πότερα τέλεα περαιτέρω
Δύςκριτ' ἔμοιγε δυστάνῳ.

Haec lectio Dindorfio debetur; codd. omnes in v. 947. obstante metro *πότερ' ἂν* praebent, neque aliter cum La. lemma scholii. Sed in expl. *Ποῖα, φ., στένω...* interpres particulam *ἂν* non habet. Tum idoneis, si quid video, argumentis ostendit Wund., *τέλεα* neque genuinum esse, neque interpreti fuisse cognitum, qui *ποῖα (στένω) χαλεπώτερα καὶ περαιτέρω δεινότητος* enarraret. Qui si legit *μέλεα,* id quod Wund. censet, id non explicuit certe, ut ille, sed ita potius rem constituit: *πότερα περαιτέρω μέλεά ἐστιν;* Utra majorem in gradum, i. e. magis misera sunt?

951. *τάδε δὲ μέλλομεν ἐπ' ἐλπίσιν.*
Illud *μέλλομεν,* quod et metro et sententiae adversatur, alter quidem schol. legit; alterum tamen, annotantem *τὰ δὲ κατὰ τὸν Ἡρακλέα ἐκδεχόμεθα* legisse *μένομεν* vidit Wund., idque, conjectum jam ab Erf. et Apitzio, est aptissimum.

958. Verentur virgines ne terrore morti occumbant, Herculem *μοῦνον εἰςιδοῦσ' ἄφαρ.* Hoc *μοῦνον* corruptum esse et cognovit Wund. et ab Hermanno quoque nunc concedi ait; verum autem ab schol. servatum esse, qui *κακῶς διακείμενον* annotaret. Conjici potest

οὖλοὸν ἐςιδοῦσ' ἄφαρ,

i. e. perditum, miserum: ubi in productione vocalis haerendum non est, quoniam omnia fere vocabula ab *ὄλλυμι* ducta saepissime a poëtis tragicis producuntur. Quamquam longae syll. solutionem ne mihi quidem h. l. placere fateor.

959. *Ἐπεὶ ἐν δυςαπαλλάκτοις ὀδύναις*
Χωρεῖν πρὸ δόμων λέγουσιν
Ἄσπετόν τι θαῦμα

in plur. est codd.; sed unus *πρὸ δώμων,* alius *πρὸς δόμων,* duo *πρὸς δόμον,* unus etiam *πρὸς δῶμα* habet, quanquam haec quidem correctio videtur grammatici. Hic post alios quosdam Wund., quia *πρὸ δόμων* de exeuntibus, non de intrantibus dici soleret, in antistr. autem *τί χρὴ, θανόντα νιν ἢ καθ'* dactylum alia sede haberet, cujus rei unicum quod afferretur exemplum nunc corruptum esse censeretur, *δομόνδε* conjecit. At hoc non est i. q. in domum, i. e. in familiam, sed i. q. domum, non zu dem Hause, sed nach Hause.

Sed schol. *λέγουσί τι*), παμμέγεθές τι**) κακὸν, πλη-*

---

*) Incisum addidi.
**) *τι* frustra ab editoribus omittitur, quum sit in cod.

σιον που τῆς οἰκίας χωρεῖν. Quis igitur non putet eum *ἀγχοῦ ἄρα* verbis *πλησίον που* interpretatum esse et ad genitivum illud rettulisse? Sed tum *πρό* habuisse non potest, immo ea sine dubio librariorum ad genitivum glossa erat. Fort. igitur sic legit:

.......Χωρεῖν δόμων τι λέγουσιν,
Ἄσπετόν τι θαῦμα,
Ἀγχοῦ γ' ἄρα. Κοὐ μακρὰν
Προὔκλαιον.

Hanc autem perperam tertiam credidit personam esse, gemitus ad Herculis comites referens. Sed etiamsi eam scholiastae fuisse lectionem puto, neque interpunctionem probo, neque *γ'*, quam litteram *Δ* exaratam in schol. codd. ex *Δ* corruptam fuisse arbitror. Sed genitivum recipiendum esse censeo, ita tamen ut ex antecedente *ὀδύναις* pendeat: tum addendum *τὶ* ex eodem scholio, verbaque *ἄσπ. τι θ.* incisis includenda, ut appositionem ad prius *τὶ* efficiant; hoc modo:

ἐπεὶ ἐν δ. ὀδύναις Χωρεῖν δόμων τι λέγουσιν,
Ἄσπ. τι θαῦμα. Ἀγχοῦ δ' ἄρα κοὐ μ. Πρ....

994. *ἱερῶν οἵαν ἀνθ' οἵων θυμάτων ἐπί μοι μελέῳ χάριν ἤνυσω.* Schol. *οἵαν οὖν φ. χάριν ἀπὸ τῶν θυμάτων διεπράξω.* Herm. *ἀνθ'* et *θυμάτων* ut glossas ejecit, simulque vidit, *ἀντί* defuisse scholiastae. Neque enim aptissimum *ἀντί* insolito *ἀπό* commutasset, sed genitivum illa particula explicuit. *Θυμάτων* vero atque *ἤνυσω* schol. habuit, hoc verbis *διεπράξω* et *προςετρίψω* interpretans. Medium quidem Herm. defendit, ita tamen, ut neque Wundero neque aliis persuaderet. Nihilominus cum Br. in *ἤνυσας* mutandum non est, siquidem et vett. grammatici testati sunt et nos ipsi cognoscimus, medium a Soph. saepissime activo praelatum esse, idque sic, ut aequo nimia esset subtilitas, quae discrimen aliquod constitueret. Neque omnino quisquam aut volet unquam aut poterit omnia ista media ex Soph. amovere. (Cf. cap. 2. ad Trach. 103.)

1005. *ἐᾶτέ με δύσμορον εὐνάσαι,*
ἐᾶτέ με δύστανον εὐνάσαι.

Posteriori versui respondet v. 1017. *μολὼν τοῦ στυγεροῦ, φεῦ, φεῦ*; emendationem autem praebuerunt scholia. Ibi quod sine lemmate annotatum est *γρ. ὕστατον*, Elmsl. ad *δύσμορον* rettulit, Herm. vero rectius, vel litterarum similitudine monstrante, ad *δύστανον* pertinere vidit, scribens ideo optime:

ἐᾶθ' ὕστερον εὐνάσαι).* ⏑ – – ⏑ ⏑ –, ⏑̱ –

*) Wund. de schol. auct. p. 26. hoc antistrophae causa in *εὐνᾶσθαι* mutat: refutatur vero priore *εὐνάσαι*, quod vel propter metrum turbari nequit neque ab ipso Wund. in suspicionem trahitur.

1013. καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι
Οὐ πῦρ, οὐκ ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἀποτρέψει,
ἒ, ἒ,
Οὐδ' ἀπαράξαι κρᾶτα βίου θέλει,
Μολὼν τοῦ στυγεροῦ.

Οὐκ ἀποτρέψει quum ab aliis, tum teste Wund. nunc ab Herm. quoque corruptum putatur. Deinde et Herm. et Wund. ἀπαράξας scribunt, pro verbo θέλει autem verbum quaerunt, a quo genitivi pendeant. Neque tamen scholiastae hujus emendationis auctores nominandi erant, quorum alter annotat: Καὶ νῦν, φ., οὐδεὶς ἐκείνων ἐπ' ἐμοὶ νοσοῦντι, οὐ πῦρ, οὐ ξίφος σωτήριον προςαγαγὼν, ἀπαλλάξει με τοῦ ζῆν: — alter: Λείπει προςαγαγών.... Οὐδεὶς ἐκείνων, φ., βούλεται ἐλθὼν τὴν κεφαλήν μου ἀποτεμεῖν καὶ ἐλευθερῶσαι τοῦ μοχθηροῦ βίου. Itaque θέλει certe habuerunt; cetera vero sic fort. legerunt:

οὐκ ἔ. τ. ὀν. εἵς ἀποτρέψαι, ἒ, ἒ,
Οὐδ' ἀπαράξας κρᾶτα, βίου θέλει
Μ. τοῦ σ.

i. e. et nunc ut me aegrotantem sublevet, non ignem, non hastam mittens quisquam, neque caput abscinders me ex misera vita, accedens (i. e. ad me), amovere vult. Εἵς quum ad ἔγχος tantum pertineret, per zeugma etiam ad ignem relatum est: taleque participium posterior interpres a priore explicatum videns, neque jam, quum temporis injuria interea id excidisset, in textu inveniens, ita restituit, ut eam ipsam vocem, qua explicatum erat, suppleret. Objectum verbi ἀποτρέψαι est τόνδε, quod ex praecedente τῷδε facile repetitur: quod si cui molestum videatur, potest εἵς μ' scribere. His vero repositis omnia optime procedent. Scholiis non respondet conjectura Schneidewini: ὦκα παρέξει, in ind. Gott. doct. 1842. p. 255. prolata.

1019. σοί τε γὰρ ὄμμα
Ἔμπλεον ἢ δι' ἐμοῦ σώζειν.

Schol. σὺ γὰρ νέος εἶ, καὶ ὀξύτερόν σοι τὸ ὄμμα πρὸς τὸ σώζειν τὸν πατέρα, μᾶλλον ἢ δι' ἐμοῦ. Qui ea excerpsit, iterum adscripsit ὀξύτερον: quam glossam ad ἔμπλεον pertinere quis credat? Immo, ni omnia me fallunt, ita πλέον grammaticus interpretatus est idque ad ὄμμα retulit. Fort. igitur ἦν πλέον a Soph. scriptum est, quod eodem modo, quo ἔμπλεον, significavit, ΕΜΠΛΕΟΝ, velut ΤΕΜΜΥΣΙΑΝ invenitur in inscr. Att. in corp. inscr. no. 143. notata et circa Ol. 90. incisa. Cf. de illa assimilatione, quam vocant, Jo. Franzium in elem. epigr. Gr. p. 126 sq.

Hoc igitur si a Soph. profectum est, alia ratione, quam schol., nobis explicare licet. Construo autem sententiam ita: σοί τε γὰρ ἦν, i. e. tuum erat; te decebat, ὄμμα σώζειν πλέον ἢ δι' ἐμοῦ: et sic enarro: hic conspectus miserabilior est, quam ut ferre

possim senex; (ad morbum enim ἔργον v. 1018. pertinere jam schol. cognovit; scil. simpliciter rem significat, quae h. l. id notat, quod vident;) tum subcogitatur: itaque ne opem quidem ei afferre valeo. Tu vero, pergunt, sublevа: te enim (ut filium) decet etiam conspec'um servare, (ὄμμα i. q. conspectus esse docet Ellendt. s. h. v.) i. e. ei adstare, magis quam me (πλέον ἢ δι' ἐμοῦ σώζεσθαι). Ad quod respondet Hyllus, se patrem elevare quidem, neque tamen sublevare atque adjuvare posse.

Particulae τέ γάρ a Const. Matthiae in quaestt. Soph. p. 104. recte ja auch vertuntur.

Sed fateor, meam rationem admodum dubitanter me protulisse, protulisse autem ne ad graviorem Wunderi emendationem, partim auctore partim vindice Hermanno factam

σοί τι γὰρ ἄμμα ἔμπεδον....

confugiendum esset.

1021. λαθίπονον δ' ὀδύναν οὔτ' ἔνδοθεν......
ἔστι μοι ἐξανύσαι βιότου.

Ita libri et alter schol., enarrans: Τὴν ὀδύνην τοῦ βίου αὐτοῦ τὴν λαθίπονον ἐξανύσαι οὐ δύναμαι. Sed ex altero scholio τὴν λαθίπονον ἴασιν τῶν ὀδυνῶν..... cum Musgravio Hermannus et plerique alii ὀδυνᾶν receperunt. Iidem optime βίατον scribunt: quem accusativum a schol. voce ἴασιν explicatum esse parum probabiliter sentiunt, siquidem scholiasta λαθίπονον aperte pro neutro adjectivi hic pro subst. dicti habuit, idque suo modo ita interpretatus est, ut φάρμακον suppleret. Nam λείπει φάρμακον pro absurdo genitivo λείπει φαρμάκου scribendum esse Neuius vidit. Tum vero vetus grammaticus aut cum libris βιότου legit, genitivum ab ὀδυνᾶν pendere ratus, aut si βίοτον, hunc accusativum, quem Latini Graecum nominant, esse censuit, ut sententia esset: medicamen dolorum efficere non possum quod attinet ad vitam. Neque tamen quisquam dubitabit, quin rectius recentiores interpp. rem explanaverint.

Ceterum diversos hic exstare scholiastas vel eo cognoscimus, quod ἔνδοθεν tum ἀπ' ἐμαυτοῦ, tum διὰ στόματος explicatur.

In eodem v. 1021. οὔτ' ἔνδοθεν οὔτε θύραζ' ἔνεστί μοι paene omnes codd. praebent, unus θύραζε ἔστι. Ubi Herm. aliique ex conj. θύραζέ γ' posuerunt, etsi γέ h. l. vix aptum est. Sed scholiastae, quorum alter οὔτ' ἔξωθεν, alter οὔτε ἀπ' ἐμαυτοῦ οὔτε ἀπό τινος τῶν ξένων annotat, aperte θύραθεν legerunt, quod unus Par. b. habet, sed quo ducit etiam θ supra ζ in La. notatum. Recepit hoc jam Brunckius, neque quidquam scio aptius.

1074. ἀλλ' ἀστένακτος αἰὲν ἑσπόμην κακοῖς.

Schol. et hic interpretatur ὑπέφερον, et ad Aj. 318. hunc v. laudans affert εἱπόμην. Quod imperf., quamquam non eo usque

procedo, ut aoristum h. l. cum Elmsl. ad Heracl. **634.** soloecum putem, tamen praeferendum duco, ut aptius ad significandam Herculis fortitudinem et obdurantem et saepe probatam. Accedit quod *αἰέν* ita collocatum est, ut et ad adj. et ad verbum simul pertinere videatur, non ad adj. solum, id quod Herm. censuit. Quare recte impf. a Wund. est receptum.

1107. *ἀλλ' εὖ γέ τοι τάδ' ἴστε, κἂν τὸ μηδὲν ὦ,*
κἂν μηδὲν ἕρπω, τήν γε δράσασαν τάδε
(Dejaniram)
χειρώσομαι κἀκ τῶνδε.

Hoc in libris est; sed ex scholio: *Ἀ. τ. καὶ οὕτως ἔχων καὶ οὕτω διακείμενος* plerique auctore Hermanno *ὤν* et *ἕρπων* receperunt, quia Hercules non de re futura et quae fieri possit loquitur, sed de ipsa sua, quae tunc erat, condicione*). Et revera *ἕρπων* sive fortuito sive e conjectura ab editore Rom. in lemmate positum indidemque in marg. Turn. notatum est, quamquam lemma codicis *ἕρπω* habet**).

1136. Heathii conjectura *μωμένη* pro *μνωμένη*, recepta ab editoribus omnibus, egregie a scholiasta confirmatur, qui *ζητοῦσα* interpretandi causa affert. Hanc antem usitatissimam illius verbi glossam fuisse exemplis Apitzius ad v. **1104.** ed. suae demonstrat.

1164. *φανῶ δ' ἐγὼ τούτοισι συμβαίνοντ' ἴσα,*
μαντεῖα καινὰ τοῖς πάλαι ξυνήγορα.

Propter languidam ejusdem rei repetitionem Wund. *ἴσα* ut glossam ejicit, et ex scholio *ἐρῶ σοι ἄλλην μαντείαν νεωτέραν, συμφωνοῦσαν τῇ προτέρᾳ* optime scribit *συμβαίνοντά σοι.*

1242. Hermannus, quem vide, ex scholiis *ἀπ' εὐνασθέντος* recepit, quia librorum verbum *ἀπευνασθ.* nusquam alias inveniretur. Quem secuti sunt fere omnes.

1262. *ὡς ἐπίχαρτον*
Τελέως ἀεκούσιον ἔργον.

Scholium *ὡς ἐπίχαρτον ἅμα καὶ ἀκούσιον πρᾶγμα χωροῦσα* ad lectionem *τελέουσ'*, quam ex Billerbeckii conjectura summo jure Herm. ac Dind. receperunt, pertinere, idem G. Dindorfius, etsi dubitanter, conclusit, poterat autem, ut videtur, sine omni dubitatione contendere. Var. lect. *τελέως ἀ...* non ut Herm. e

---

*) Ellendtius sibi non constitit, qui s. v. *εἰμί* de Hermanni conjectura loquens, ab eo *εἰ* et *ἐάν* subtilius quam verius distinctum esse ait, sed s. v. *μηδείς* ipse *ὤν*, s. v. *ἄν* autem VII. (non s. v. *εἰμί*, ut Ellendt. s. v. *ἕρπω* dicit) *ὦ* et *ἕρπων* scripsit.

**) Apitz. h. l. (v. 1075. ed. suae) et Ellendt. s. v. *ἄν* VII, sicut idem Apitzius ad v. 1232. et semper alias, satis habuerunt, scholia, quae Herm. in ed. attulerat, descripsisse, immemores scholia, quum Herm. Trachinias ederet, nondum ab Elmsl. e cod. publici juris facta fuisse.

lectione *τελεῶσα*, sed ex antiqua scriptura, qua O et ου et ω significavit, ortam esse arbitror.

1275. *Λείπου μηδὲ σὺ, παρθέν', ἀπ' οἴκων* codd. et schol., qui annotat: *ἔοικε.... λέγειν τοὺ* (scr. *τὸ*) *μὴ ἀπολιμπάνεσθαι τῶν οἴκων*. Is, ni fallor, *ἄπ'* scripsit et cum verbo per anastrophen conjunxit, etsi perperam. Idem tamen ait: *τινὲς δὲ γράφουσιν ἐπ' οἴκων*, et hoc in explicatione secutus est Triclinius, receperuntque Br. Erf. Schäf.; optime, opinor. Nam Hermanni interpretatio, dicentis *λείπου μηδὲ σύ* esse i. q. *μὴ ἡμῶν λείπου*, id autem nil aliud esse, nisi comitare nos ac prosequere funus a domo, ea contortissima videtur. Apitzius autem minus quidem moleste *ἀπ' οἴκων* cum sequentibus conjungit: quae vero ejus dicendi rationis exempla affert, tantum abest ut eam comprobent, ut etiam refutent. Nam praep. *ἀπό* ubique exire aliquid ab aliqua re significat: quae si h. l. posita esset, mala quae domus efficeret, non quae perpeteretur domus dicerentur. Contra praepositione *ἐπί* recepta sententia est planissima. Bene de hac re Wund. de auct. schol. p. 26.: *ἀπ' οἴκων*, inquit, Soph. si scripsisset, omisisset quod adjici necesse erat *ἡμῶν*, adjecisset autem inutilissimum *ἀπ' οἴκων*.... Nihil igitur certius esse, pergit, quam *ἀπό* in *ἐπί* mutandum esse, ita ut hoc dicat Hyllus: ne tu quidem, virgo, remane domi. Stetisse enim eas ad domum.

1277. *πολλὰ δὲ πήματα καινοπαθῆ* in codd. est, deficiente syllaba; cod. Harl. *καινοπαγῆ*, idque sprscr. in Flor. et quibusdam codd. Brunckii. Schol. *νεοκατασκεύαστα*: hic igitur nescio an legerit *καὶ νεοπαγῆ*, i. e. *νεοπηγῆ*, quod adj. promiscue cum adj. *νεοπαγής* usurpatur. Sic Aesch. Sept. 644. (Schütz.) *καινοπηγὲς.... σάκος*, ubi schol. bis *παραδόξως κατεσκευασμένον* enarrat. Cur *καινοπαγῆ* Herm. quaesitum censeat, non intelligo: sunt enim mala novo modo facta, itaque simpliciter nova.

PHILOCTETES.

22. *σήμαιν'...*
Ὡς τἀπίλοιπα τῶν λόγων σὺ μὲν κλύῃς,
25. *Ἐγὼ δὲ φράζω, κοινὰ δ' ἐξ ἀμφοῖν εἴη.*

Codd. *εἴη* violato metro. Quare Herm.: „Verae scripturae vestigia, inquit, in scholiastae ceteroquin imperita adnotatione: *πονοῖτο, διανοοῖτο, προβαίνοι. Ἢ εἴη* et q. s." Schol. igitur aut *ἴοι* legit, eodem mendo, quo paulo ante libri optativum *κλύοις* pro conj. praebent: illi autem optativo et leges grammaticae et adjectum

φράζω obstant, — aut conjunctivum ἴῃ, ad quem similitudo variae lect. εἴη ducit et quem omnes nunc receperunt; saepe enim minus accurate alium modum alio interpp. explicarunt. Cf. part. prioris cap. 4. (p. 30.)

166. θηροβολοῦντα.... στυγερὸν στυγερῶς.

Schol. ἐπιπόνως, unde Brunckius, quem Herm. Dind. Wund. alii secuti sunt, σμυγερὸν σμυγερῶς dedit, quia eadem ratione ea vox ab Hesychio aliisque explicaretur. Eodem ducunt quaedam hujus versus glossae a Brunckio allatae. Sed σμυγερῶς in lemmate scholii non esse Dindorfium dicere ait Herm., quamquam id ipsum jam ex Elmsl. editione cognoscere poterat, qui lemmati illi uncum adjecit.

177. ὦ παλάμαι θνητῶν,
Ὦ δύστανα γένη βροτῶν.
Antistr. ἃ δ᾽ ἀθυρόστομος
Ἀχὼ τηλεφανὴς πικρᾶς ....

Θνητῶν igitur antistrophae non respondet, quare Herm. ἀθυρόγλωσσος scripsit; sed vitium in θνητῶν videtur latere, quae vox omnino vix apta est. Quis enim, si iisdem de personis eadem in sententia sermo est, bis substantivum ponet? Et hoc sine dubio A. Boeckhius sensit, de metr. Pind. p. 323. βροτῶν scribens. quia inepta esset elegantia, quod in duabus illis vocibus variatum esset. Duplex vero βροτῶν ne ipsum quidem satis elegans esse haud injuste G. Herm. monuit. Omittendum potius erat θνητῶν, ita ut βροτῶν ad utrumque enunciatum pertineret. Θνητῶν autem glossa aut ad βροτῶν erat, etsi satis inutilis, aut ad παλάμαι, adscripta ut sciremus, cujus dicerentur manus. Atque glossam prodit vel dorismus neglectus, qui et in hoc carmine constanter servatur et voci θνητός paene nunquam deest in melicis, (cf. Ellendt. s. v. θνητός et in lex. vol. II. praef. p. XXII.) velut in numeris logaoed. adhibetur in Phil. 682. et Trach. 128.

Jam igitur ea vox genuinam expulisse censenda erit. Quae qualis fuerit ex scholiasta apparet, qui ad v. 177. adscripsit: ὦ τέχναι καὶ γνῶμαι. Ad παλάμας autem tantum gl. τέχναι pertinere potest, non simul γνῶμαι, qua voce aut νόοι τ᾽ aut φρένες τ᾽ explicatum fuisse arbitror. Horum igitur alterutrum si reposueris, quum sententiam tum metrum salvum habebis. Nam neque in apostropho, quae in fine glyconei etiam in hujus ipsius fabulae v. 1082. 1146. 1167. legitur et alias satis frequenter, haerendum est, neque in producta ultima vocis ἀθυρόστομος syllaba, quoniam quum cujusvis versuum generis syll. extrema est anceps, tum in glyconeis systematis saepe pro extrema longa ponitur brevis, id quod probarunt C. Seidlerus ad Eur. El. 207.

Wund. in adv. ad Phil. p. 117., Selckmannus de versu glyconeo*) p. 15. Sic paulopost in v. 184. *Στικτῶν ἢ λασίων μετὰ Θηρῶν* legitur, quod contra G. Hermanni vituperationem defendi in pt. II. cap. 2. ad eum v.; tum Phil. 1104. *ἢ | δὴ μετ' οὐδένος ὕστερον. Ἀνδρῶν....* et 1127.

Τὰν οὐδείς ποτ' ἐβάστασεν. Ὦ....,

quos versus et ipsos nunc Herm. in retractationibus**) immutandos censet, quamquam idem ancipitem syll. in his metris in Soph. Ant. 102. 119. Phil. 1129. O. Col. 132. reliquit. Et versus glycon. uno ambitu non continuari bene docuit Selckmannus l. l.; omnino vero quid tandem moliamur ut ancipites illas syll. amoveamus, quae inprimis nobis ad versus recte distinguendos itaque ad constituendas certas artis metricae regulas viam demum muniverint? — Sed vereor ne jam longus fuerim.

188. *Ἁ δ' ἀθυρόστομος*
ἀχὼ τηλεφανὴς πικρᾶς
οἰμωγᾶς ὑπόκειται.

„Vulgatam defendere vanus labor est," Herm. inquit. Quam ut tueretur mira attulit Martinus***). Neque scholiasta eam habuit, enarrans: *οἰμώζει καὶ τὴν ἠχὼ πόῤῥωθεν ἀνεγείρει.* Qui aperte ordinem ita invertit, ut sententiam passivo enunciatam interpretaretur activo, itaque ni plane fallor *ὑπο* legit, quod plerique e conj. posuerunt, habuitque passivum alicujus verbi, quod per *ἀνεγείρειν* explicaret. Quod aut Hermanni *ὀχεῖται* fuisse, aut *χεῖται*, a Conr. Schwenckio†) in Zimm. ann. phil. 1839. p. 1017. propositum, non praefracte negaverim, quamquam alii fortasse invenient aptiora. Sed utique quum libri h. l. corrupti, schol. vero explicatio convenientissima sit, is ipse unus salutis fons putandus est. In anterioribus quidem satis ille habuit sententiam omnino in universum expressisse: *ἀεὶ δὲ ὀδυρομένου αὐτοῦ, ἠχὼ πρὸς τὸν ὀδυρμὸν ἀντιφθέγγεται:* ita ut ex his vix quidquam concludi posset.

214. *ἀλλ' ἤπου πταίων ὑπ' ἀνάγκας*
Βοᾷ τηλωπὸν ἰωάν,
Ἢ ναὸς ἄξενον ὅρμον αὐγάζων.
Προβοᾷ γάρ τι δεινόν.

---

*) in progr. gymn. Colon. Berolin. 1834

**) Dico retractationes annotatorum ad Soph. Phil. ab eo Lips. 1841. ad celebrandam magistrorum creationem editas.

***) Martinum quoties simpliciter laudavi, ejus syll. var. in Soph. trag. lectt. Hal. 1822. editam dixi.

†) Schwenckius quidem vertit: *es ergiesst sich der Schall aus bittrer Klage;* sed scholiastae quoque enarrare licebat, ut fecit.

Sic libri. Sed schol.: *Ἀλλὰ τάχα προσκόπτων, ὑπὸ τῶν βασάνων βοᾷ. Ἢ δύσορμον τὸν λιμένα ὁρῶν προβοᾷ ἡμῖν, μὴ πελάζειν εἰς αὐτόν.* Hic igitur incisum non post *ἀνάγκας*, sed post *πταίων* collocavit, id quod faciendum esse editores non fugit. Tum vero v. **417.** et **418.** conjungit, sententiam sic componens: *ἢ πταίων βοᾷ, ἢ αὐγάζων προβοᾷ.* Itaque *γάρ* certe, cui voci metrum obstat, legisse non potest; addit autem *ἡμῖν* in explicatione, quod pronomen nescio an ad lectionem *νῷν* demonstret, ita ut chorus, Neoptolemo se opponens, numero duali sit usus. Quodsi Soph. *προβοᾷ τι νῷν δεινόν* scripsit, in antistr. pro verbis *διάσημα γὰρ θροεῖ* non cum Triclinio et Herm. *θροεῖ γάρ*, sed *δ. γ. θρηνεῖ* cum Dind. et Wund. et Leutschio (artis metricae p. **145.**) restituendum erit. Illa autem verba saepe commutata esse a librariis, velut Ajacis v. **582.**, satis est notum, neque intelligo, cur *θρηνεῖν* ab Herm. hic alienum appelletur: nonne enim v. **203.** et **215.** quoque chorus doloris esse clamorem suspicatur? Quamquam potest etiam *φωνεῖ* scribi. Sed *ὁρμάν* optime ab Herm. est restitutum. Hac igitur ratione inita videte jam, quanto aptiora et concinniora metra procedant:

211. × – –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – –
× – × – –́ ⏑ ⏑ –
–, × – –́ ⏑ ⏑ – – | –, × ⏓ –́ ⏑ ⏑ – – *)
⏒, × ⏓ –́ ⏑ ⏑ – –
⏓, × ⏑ –́ ⏑ ⏑ – –
218. × – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –, × ⏒

422. *τί δ᾽.... Νέστωρ...., ἔστιν; οὗτος γὰρ τά γε κείνων κάκ᾽ ἐξήρυκε βουλεύων σοφά.*

Sic libri; solus *Γ* pro *τά γε* habet *τάχα*, pro *κάκ᾽* autem *τάδ᾽*, quod utrumque recepit Herm., etiam *ἐξήρυξε* scribens. Cur vero vir illustrissimus a vulgata lectione recesserit non dicit; eum recessisse autem credo, ut *γέ* expelleret, quae particula sane h. l. est inepta. Cujus facillima videtur emendatio, *τάδε* scribere, idque pronomen, quoquo te vertes, aegre h. l. evitabis. Eo igitur reposito non amplius in universum proditur, Nestorem solitum esse, mala Ulixis et Atridarum facinora impedire, sed jam ad ipsum illud, de quo agitur, facinus oratio se convertit, quare et aoristus tum praeferendus erit, ut in re semel facta, et oratio aut dubitativa esse debet, aut interrogativa; et hac, ni fallor, causa motus Herm. interrogandi signum posuit recepitque *τάχα*. Dubitativam si constituimus, propius ad codices accedimus: scribendum enim tum

*) Etsi praestat fort. *τοῦ* ante *φθογγά* collocare, ut duo sint versus. Tum quattuor habemus versus omnino pares.

τάδ' ἂν sine interrogatione, et relinquendum *κάκ'*. Nam cod. *Γ.* licet perbonus sit, tamen non raro correctoris manum prodit. Cf. O. T. 847. *ὡς ἐμοὶ ῥέπον*, quod ejus librarius sine dubio metri causa pro *εἰς ἐμὲ ῥέπον* scripsit, ut in cett. est codd. Ita Aj. 119. 445. 481. 482. 485. 514. 515. Phil. 906. al.

Quaecunque vero medela adhibetur, aoristus ut de re certa ac semel facta jam multo praeferendus erit. Praebent autem aoristum scholia Laur., in quibus nihil ad h. l. annotatur nisi *γρ. κάξεκήρυξε*, quam vocem jam complures cognoverunt ex *κάκ' ἐξήρυξε* a librario corruptam esse, mutata litterarum *κ* et *ξ* sede. Ceterum cacophonia illa versus 423. Graecos non offendit; cf. Trach. 1256. *αὕτη τελευτὴ τοῦδε τἀνδρὸς ὑστάτη*. Et quis scit, an ipsam propter molestam pronunciationem actores illum versum mutaverint?

426. *δύ' αὔτως δεῖν' ἔλεξας, οἷν ἐγὼ ἥκιστ' ἂν ἠθέλησ' ὀλωλότοιν κλύειν.*

Schol. *γρ. δύ' αὐτὼ δ' ἐξέδειξας*, quod jam Pors. vidit scribendum fuisse *δύ' αὖ τώδ'*. Et receperunt hoc complures probavitque ex parte Herm. quoque in retractatt., scribens: „non intercedam ne *δύ' αὖ τόνδ' ἐξέδειξας* scribatur, modo ne vitiosissimum esse *δύ' αὔτως δεῖν' ἔλεξας* censeatur. Sic *αὔτως* Hom. Il. 22. 268. Soph. O. T. 931.“ Sed ipsam scholiastae lectionem unice veram esse bene videtur Wund. in diss. de auct. schol. p. 31. demonstrasse, etsi vulgata verba causis nonnullis nimis subtilibus impugnans. *Ἔλεξας* autem sine dubio gl. ad *ἐξέδειξας* erat.

513. *κακὸν τῷδε κέρδος μέγα τιθέμενος.*

Sic libri omnes: in solo Par. t. Tricliniano annotatum est *μετατιθέμενος*. Idque aperte schol. legit, enarrans: *τὸ ἐκείνους λυποῦν τούτῳ κέρδος μεταποιῶν καὶ μεταβάλλων*. Unde Br. probatus ab editoribus paene omnibus *μετατιθ.* recepit.

537. *τλῆναι τάδε·*
Ἐγὼ δ' ἀνάγκῃ προὔμαθον στέργειν τάδε.

Ad alterum *τάδε* schol.: *γρ. κακά*, quod ab omnibus fere ob molestam illam repetitionem praefertur.

639. *οὐκοῦν ἐπειδὰν πνεῦμα τοὐκ πρῴρας ἀγῇ,*
τότε στελοῦμεν.

Sic plur. codd.; nonnulli *ἄῃ* et *ῥάῃ*: schol. *ἐπὰν παύσηται* et q. s., unde merito jam Martinus in syll. var. lectt. conclusit eum *ἀνῇ* legisse, quod suo Marte invenerat Valckenarius, quodque receperunt omnes. Eodemque altera quoque pertinet gl. *παρῇ*, quae non a *πάρειμι*, sed a *παρίημι* est ducenda; sane enim aliquando, etsi non h. l., *ἀνίημι* per *παρίημι* explicari potest

676. seqq. In hoc quoque cantico mirum in modum corrupto nonnihil certe scholia integrius, quam libri servarunt*). Primum enim quum ad v. **676.** *ὃν ἔδησεν ὁ Ζεύς* vetus interpres annotet, non *δέσμιον ὡς ἔλαβεν*, ut in codd. est, sed *ἔβαλεν*, quod Herm. conjecit, videtur legisse. Sed ad ceteros versus duo diversi servati sunt scholiastae, alter antiquus, alter recentior. Apposui h. l. verba Sophoclis cum interpretatione:

691. *ἵν' αὐτὸς ἦν πρόςουρος, οὐκ ἔχων βάσιν,*
οὐδέ τιν' ἐγχώρων κακογείτονα,
παρ' ᾧ στόνον ἀντίτυπον βαρυβρῶτ' ἀπο-
κλαύσειεν αἱματηρόν.

1) *οὐ μόνον ὅπου καλὸν οὐκ εἶχε γείτονα, ἀλλὰ οὐδὲ κακὸν, παρ' οὗ ἀμοιβαῖον λόγον στενάζων ἀκούσεται.* 2) *τὸ δὲ ἑξῆς οὕτως δεῖ λαβεῖν. οὐδέ τινα ἐγχώρων ἔχων, παρ' ᾧ δὴ τὸν κακογείτονα αἱματηρὸν στόνον ἀποκλαύσειεν.* Quorum prior *κακογείτονα* ad *τινὰ ἐγχώρων* rettulit, posterior ad *στόνον*: quin hic etiam disputat contra illum, dicens: *τὸ κακογείτονα γὰρ οὐ πρὸς τοὺς ἐνοικοῦντας, ἀλλ'... ὁ ... στόνος κακογείτων ἂν εἴη....* Sed quod C. Lachmannus de chor. syst. p. **167**. acutissime conjecit, priorem illum interpretem legisse *παρ' οὗ.... ἀκούσειεν*, licet id egregie sit inventum, necessarium tamen non est, dummodo illum censeamus *στόνον ἀντίτυπον* ad querelam a vicino redditam et ex misericordia Philoctetae querelis responsam rettulisse, et ita fere commentari voluisse: apud quem (vicinum) gravem querelam sibi (a vicino) pro responso datam deploret. Videbatur scilicet interpreti Sophocles cogitasse, misero homini solatium esse, si mala sua, quae a misericorde amico enarrata et deplorata audiret, deflere posset: quae verissima, etsi ab hoc loco aliena est observatio.

Tum alter schol. ad v. **696**. verba *εἴ τις ἐμπέσοι* in expl. affert, ea ad *ὅς* referens, alter vero, quem jure jam Erf. vetustiorem nominat, ad v. **698**. ait: *Ἀ. τ. ὅλως οὐκ ἔχων, οὐδὲ ὅστις ἕλοι φύλλον αὐτῷ ἐκ τῆς γῆς, ἢ ὄρνιν τοξευθέντα ὑπὸ Φιλοκτήτου, καὶ πεσόντα εἰς τὴν γῆν.* Hic igitur *ἐμπεσεῖν* pro decidendo accepit, et ad aves rettulit. De quibus quum h. l. sermo omnino non sit, sed quum de foliis tantum agatur, quumque *ἕλοι* dicat idque et ad folia et ad aves referat, fieri non potest quin hunc scholiastam non *εἴ τις ἐμπέσοι*, quod in codd. omn. est, sed aut *κεἴ τι ἐμπέσοι* cum Eustathio, aut *κεἴ τιν' ἐμπέσοι* legisse putemus, ita ut *τὶ* vel num. pluralem *τινά* generaliter et ad folia modo commemorata et vero etiam ad alia, quae-

*) Quare hic quoque quasdam res, quae proprie ad alia capita pertineat, attulimus, ne de iisdem verbis esset diversis locis disputandum.

cunque deciderent, imprimis igitur ad aves a Philocteta jactas pertinere censeret. De avibus solis Phil. locutus erat simillimis verbis, v. 289. sqq.:

πρὸς δὲ τοῦθ᾽ ὅ μοι βάλοι
Νευροσπαδὴς ἄτρακτος, αὐτὸς ἂν τάλας
Εἰλυόμην δύστηνος ἐξέλκων πόδα
Πρὸς τοῦτ᾽ ἄν.

Et illud εἴ τι ἐμπέσοι recepit Dind., coll. Aesch. Suppl. 776. (789. Schütz) βοῦνι ἔνδικον, quamquam praeter τί ἐστιν exempla hujus hiatus non exstant satis certa, et ipso in Aesch. v. a compluribus βοῦνις scribitur. Illud τινά vero ex Br. conj. receperunt Erf. Schäf. Buttm. Wund.

Sed scholiastam praeterea etiam ἕλοι, non ἑλεῖν, quod in libris est, legisse concludi non potest. Eadem enim in schol. lectione anacoluthia manet, quae in Hermanni est, infinitivus ut respondeat optativo κατευνάσειεν, quum uterque a verbis οὔτινα ἔχων, quae totam sententiam regunt, pendeat. Ita vero consentaneum erat, a scholiasta in expl. anacoluthiam vulgari ac legitima constructione exprimi. Sed idem interpres aperte non ἔκ τε γᾶς habuit, sed τέ omisit. Quae conjunctio utique inepta est. Nam neque post duo vocabula φορβ. ἐκ poni poterat, neque omnino licebat sententiam φορβάδος ἐκ γᾶς ἑλεῖν cum verbis tam remotis ἰ᾽ς.,, ἀποκλ., ut Herm. voluit, particula τέ connectere, quoniam ea arctissime tantum cohaerentes res copulat. Ideoque, opinor, Tricl. et Turneb. ἔκ γε γᾶς, Br. ὥστε γᾶς, Dind. et Wund. ἐκ γαίας, Herm. in retractt. ἐκ δὲ γᾶς scripserunt. Illud τέ autem aut a grammatico adjectum est, qui quum εἰ, non κεἰ legeret, copulam desideraret, aut ex anterioris versus voce τὶ sive τὶς exortum est.

Deinde scholiastam ad v. 701. et 705. jam Herm. annotavit non ἄλλᾳ...., πόρων legisse, sed ἄλλον.... πόρον, quod summo jure metri causa vir clariss. recepit. Et ἄλλον quidem solus scholiasta, πόρον vero La. quoque et Ricc. et Flor. servarunt. Ἄλλᾳ autem fort. grammatico alicui debetur, qui quum πόρων legeret non habebat quo ἄλλον referret.

Tuentur praeterea vett. interpp. 685. ἐν ἴσοις glossa ἐν δικαίοις, quamquam ita ἔν γ᾽ ἴσοις quoque et ὢν ἴσοις, quae quorundam conjecturae sunt, explicari potuit: tum 692. αἱματηρόν annotatione τ᾽ν κακογ. αἱματηρὸν στόνον muniunt, qua simul apparet, hunc certe commentatorem neque κέντρ᾽ ὀδύνας αἱματηρ᾽...., quod in editione sua, neque σφάκελον.... αἱματηρόν, quod in retractt. conjecit Herm., neque alia denique verba, nisi quae in libris sunt, legisse. Et profecto qui στόνον ἀντίτυπον βαρυβρῶτ᾽.... αἱματηρόν audacius censet, quam quod

a poëta proficisci potuerit, is ipse nescio an paene sit audax. Nam quo usque in translationibus poëtae progressi sint, non ante poterit affirmari, quam translationes et tropi a poëtis usurpati omnes erunt collecti atque comparati. Sed quae huic versui inest translatio, ea veteribus minime erat insolens. Tribuuntur enim gemitui epitheta, quae proprie ad rem, qua provocatur atque fit ille gemitus, pertinent, i. e. quum vulnus sit *αἱματηρόν*, gemitus quoque vulnere effectus ita appellatur. Ita autem exempli gratia Virg. in Aen. **1. 169.** anchorae uncum morsum dicit, quia anchora morsum faciens curva est, et **8. 596.** quadrupedante sonitu ungulam equi concutere campum, qui equus sonum edens est quadrupedans. Eodem pars exemplorum pertinet a Lob. ad Aj. v. **7.** allatorum, velut Lucret. **1. 24.** Nemeaeus hiatus leonis, Eur. Herc. f. **443.** *δακρύων .... γραίας ὄσσων ἔτι πηγάς.* Phoen. **1350.** (non Bacch. **1158.** ut Lob. ait) *ἀνάγετε κωκυτὸν ἐπὶ .... λευκοπήχεις κτύπους χεροῖν.* Nam leo Nemeaeus est, ab eo autem hiatus proficiscitur, oculi, a quibus lacrimarum fontes emanant, sunt seniles, manus, quibus ictus efficiuntur, *λευκοπήχεις.* His quidem in exemplis ubique substantivum est additum, cui illa epitheta apta sunt, ita ut fortasse forma tantum ab illo recedere, re atque cogitatione cum eo conjungenda esse videantur: at haec aliter se habere ex Aesch. Choeph. v. **150.** cognoscimus: *ἵετε δάκρυ καναχὲς ὀλόμενον ὀλομένῳ δεσπότᾳ,* ubi lacrimam mortuam poëta appellat, quia propter mortuum herum effunditur, adjectivum autem illud ad proprium subst., herum, referri non potest, quia idem adj. huic jam est additum. Haec igitur antiquis poëtis si licebant, quis similia audeat Sophocli abjudicare, Sophocli, qui neque *φοίνια δολόμυθα κέντρα*, neque alia multa dicere veritus est, quae nostratibus non amplius concessa sunt?

Sed redeo unde digressus sum. Scholium *Οὐδ' ὃς τὴν θερμοτάτην .... αἱμάδα, τὴν .... ἀναδιδομένην* nondum demonstrat, auctori suo non defuisse articulum: debebat enim in interpretatione ille adjici, etiamsi in poëtae verbis deerat. Et omisit articulum metri causa cum aliis nunc Herm. in retractatt. *Οὐδέ* vero, quod olim Herm. in ed. a Wund. probatus omisit, schol. certe utique habuit. Porro ad v. **702.** annotatum est: *τότε γὰρ ἡνίκα ἐξανίησι δακέθυθμος ἄτα, ἕρπει πόρον ἄλλοτ' ἄλλον, εἰλυόμενος, ὥσπερ παῖς ἄνευ φίλης τιθήνης ὑπάρχων.* Legit igitur hic *ἕρπει*, pro quo Herm. in edit. aliique *εἷρπε* posuerunt, et *γάρ*, quod idem Herm. olim in *δέ* mutavit, in retractt. tamen *ἕρπει γάρ* omnino ejiciens: tum scholiasta legit *ἄλλοτε* et *ἄλλον*, pro quibus vocabulis quidam *ἄλλον ἄλλᾳ* conjecerunt, et *τότ'*, quod a schol. inventum esse injuste Herm. in ed. negavit, in retractt. *τότε* et ipse servans. Tum quoniam ille *ὥσπερ παῖς .... ὑπάρχων* ait, et ad *ὅθεν*

εὐμάρει.... annotat: *ὅπου εὔμαρές ἐστιν αὐτῷ ἀπιέναι*, apparet, eum inciso post *εὐμάρεια* posito *ἐστί* supplevisse, ut sententia esset: unde facilitas eundi est, i. e. venit, et conjunxisse *ὡς παῖς ὑπάρχει*, — indicativum enim aperte cum plurimis codd. habuit: soli La. et Ven. *ὑπάρχοι*.

Eadem porro illa glossa modo laudata *ἐξανίησι* praebet, quod ad v. 705. per *ἐνδίδωσι* explicatur. Quod quum metro adaptari non posset, ex Par. t. scholiisque Triclin. *ἐξανίῃ* Turn. Steph. Cant. Br. Erf. Neue receperunt: eodemque non solum *ἐξανίει* ducit, quod in ipso La. et Vat. ap. Herm. invenitur, — nam *EI* olim et *η* et *ει* significabat, — sed etiam plurimorum librorum scriptura *ἐξανίησι*, uno tantum sigmate abundans. Alii vero editores ex conj. *ἐξανείη* restituerunt. Denique schol. ad 687. ait: *θαυμάζω, πῶς ὑπέμεινεν ἀεὶ κλυζομένοις* (scr. — *νην* c. Br. et Herm.) *κύμασιν ἔχων καταγωγὴν καὶ ἔρημον παντάπασιν*: et ad *ἀμφιπλήκτων*: *ἑκατέρωθεν πληττόντων. τὰ γὰρ κύματα κλύζονται κατ' ἀμφοτέραν ὄχθαν* (Rom. et Br. *ὄχθην*) *τῆς θαλάσσης*. De quibus optime Herm.: sed accurate, inquit, eorum adnotationes consideranti valde dubium videatur necesse est, utrum illo verbo *κλύζεσθαι*, quo utuntur, participium *κλύζων*, an nomen *ἀμφιπλήκτων* explicare voluerint." Itaque possit certe ille *κλύων* habuisse, quod in cod. *Γ* et Vat. et inde a Cantero in edd. omn. legitur. Nam quomodo Buttm. Sophoclis verba ab illo explicata esse credidit, neminem unquam interpretari posse ultro apparet.

Haec omnia exposui, ut, quo angustiorem, eo etiam certiorem viam munirem, qua ad propriam Sophoclis manum, quantum fieri posset, accederemus. Videamus igitur, quomodo quam minimo aut a scholiis aut a libris recedamus, ita tamen ut et metro et sententiae satisfiat. Adscripsi autem Sophoclis verba, quae recta arbitratus sum, singulis strophae antistrophaeque versibus, quo comparatio esset facilior, compositis, significatisque mutationibus et aliorum et meis. In notis deinde et mutandi causas et cetera, quae necessaria videbantur, adjeci, de ceteris quum ad aliorum, tum ad Herm. editionem lectores relegans.

676. *Λόγῳ μὲν ἐξήκουσ', ὅπωπα δ' οὐ μάλα,*
692. *Ἵν' αὐτὸς ἦν* [1]) *πρόσουρος,* [2]) *οὐκ ἔχων βάσιν*

---

[1]) Herm. in retractt. vidit ipsum *τὸν ῥόθιον* solum Philoctetae vicinum dici.

[2]) Mire Wund. censet, verba *οὐκ ἔχων βάσιν* esse corrupta, quia non caruerit Phil. eundi facultate, sed revera incesserit. At quam ille facultatem habuit, ea non vera erat facultas. Oblitus Wund. est versus 682. modo praecedentis *ἥ μ' ἔθηκεν ὧδ' ἄπουν*, et frequentium ejusmodi expressionum, refutavitque eum Herm. quoque in retractt.

τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ [3]) τῶν Διός
οὐδέ τιν' ἐγχώρων [4]) κακογείτονα,
[5]) κατ' ἄμπυκα δὴ δρομάδα
παρ' ᾧ στόνον ἀντίτυπον
δέσμιον ὡς [6]) ἔβαλεν παγκρατὴς Κρόνου παῖς.
[7]) βαρυβρῶτ' ἀποκλαύσειεν αἱματηρόν.
Ἄλλον δ' οὔτιν' ἔγωγ' οἶδα κλύων οὐδ' [8]) ἐςιδὼν μοίρᾳ
οὐδ' ὃς θερμοτάταν αἱμάδα κηκιομέναν ἑλκέων
τοῦδ' ἐχθίονι συντυχόντα θνατῶν·
ἐνθήρου ποδὸς ἠπίοισι φύλλοις
ὃς [9]) οὔτ' ἔρξας [10]) τίν' οὔτε νοσφίσας,
κατευνάσειε, [11]) κεἴ τιν' ἐμπέσοι,
ἀλλ' ἴσος [12]) ἔν γ' ἴσοις ἀνήρ,

---

[3]) τῶν inseruerunt Pors. et Herm.

[4]) Κακογείτονα Dind. cum Lessingio et Br. mali vicinum interpretatur. Quae licet ab Herm. prorsus imperita explicatio nominetur, tamen neque ab analogia compositionum abhorrere, et utique h. l. esse simplicissima videtur; κακογείτ. contra cum sequentibus conjungere, i. q. fecit Herm., Dind. perversum appellat; hoc quidem fortius: at molesta ea constructio foret. Accedit quod Lessingii sententiam ipse Soph. tueri videtur, v. 280. sqq. Philoctetam faciens dicentem: ἄνδρα δ' οὐδέν ἔντοπον (ἔχων), Οὐχ ὅστις ἀρκέσειεν, οὐδ' ὅστις νόσον Κάμνοντι συλλάβοιτο. Ubi κακογείτονα suum quasi explicat.

[5]) Ἰξίονα, quod h. l. in codd. est, maxime glossae speciem prae se fert; nam nomina in codd. saepissime adscribebantur, si quae persona alio modo erat significata: velut Ἑρμῆς in El. 1396 ad ὁ Μαίας δὲ παῖς. Quare rectissime Herm. in praef. ad Phil. p. XIX. Ἰξίονα ejicere suasit. Meam autem totius versus constitutionem praeivit Pflugkius in Zimm. ann. phil. a. 1836. p. 301., etsi alias simul emendandi rationes ibi proferens.

[6]) ἔβαλεν schol. (cf. supra). Libri ἔλαβ' ὁ. Articulum primus ejecit Herm. in ed. Erf., tum Lachm. de chor. syst. p. 167, tum alii.

[7]) βαρυβρῶτ' verbis strophae: δέσμιον ὡς respondere Seidlerus quoque censuit in libri de versibus dochm. p. 104, ita metiens: ⏑ ´⏖ –; producit autem βρ etiam Antig. 336. περιβρυχίοισιν, Aj. 304. ὕβριν, Aj. 1092. ὑβριστής, al.

[8]) Sic Herm. La. ἐςίδων. Plurimi codd. ἐςῖδον, Lachm. p. 167 l. l. οὔ τ' ἔςιδον.

[9]) Sic Tricl. probatus a recentiorum plerisque pro ουθ' ἔρξας.

[10]) Verto: qui quamquam neque fecit quidquam, (i. e. quo mala mereret,) neque aliis eripuit, (cujus rei et ipsius poenas solveret,) nihilominus tanta mala perpetitur. Simplicissimum enim est, τινά h. l. non pro masc., sed pro neutro habere, quo facto objectum non amplius deest.

[11]) Hanc scholiastae lectionem fuisse quum supra viderimus, interpretari nostro modo nostrum erit. Sententiam autem ita construimus: οὐδέ τινα ἐγχώρων ἔχων, ὅς... κατευνάσειε, καὶ ἑλεῖν ἐκ γᾶς, εἰ ἐμπέσοι τινα ἑλεῖν: neque qui capiat ex terra, si quid ut capiendum sit eveniat, i. e. si quid forte capiendum sit. De anacolutho supra dixi.

[12]) Sic Herm. Libri ἐν sine γέ. Non pejus tamen Matth. et Wund. ὤν.

φορβάδος ἐκ [13]) γαίας ἑλεῖν.
[14]) διώλλυθ᾽ ὧδ᾽ ἀναξίως.
[15]) ἕρπει γὰρ [16]) ἄλλον ἄλλοτε,
τόδε [17]) δ᾽αὖ θαῦμά μ᾽ ἔχει, πῶς ποτε, πῶς
ποτ᾽ ἀμφιπλήκτων
τότ᾽ ἂν εἱλυόμενος, παῖς ἄτερ ὡς φίλας τιθήνας,
ῥοθίων μόνος κλύων, [18]) πῶς ἄρα πανδάκρυτον
οὕτω
[19]) ὅθεν εὐμάρει᾽ ὑπάρχοι [20]) πόρον, ἁνίκ᾽ ἐξανείη
βιοτὰν κατέσχεν.
δακέθυμος ἄτα.

Metra denique videntur haec esse:

⏑ –́ ⏑ –, ⏒ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ ⏓
–́ ⏑ ⏑ –́ – –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ (tetram. dactyl.)
⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́⏓ (trim. dact. cat. in disyll. c. anacr.)

⏒ ⏖́, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ – ⏑ – ⏒
– –, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –, – –
– –, –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –, ⏑ –́ –
⏑, – –, –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –
–́ ⏑ ⏑ –, ⏓ –́ ⏑ –́
⏒ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑ ⏓
⏑ ⏑ –́ –, ⏑ ⏑ –́ –, ⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ –
⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ –, ⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ –
⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏓

Ex omnibus autem, quae his in versibus posuimus, nihil est quod scholiastae habuisse non possint, nisi ἐξανείη atque ὑπάρχοι, ubi indicativum legerunt, et ἄλλον ἄλλοτε, quod inverso ordine

---

13) Sic Dind., quem sequitur Wund., pro γᾶς scribit.

14) Aut sic, aut ἀπώλλυθ᾽ pro ὤλλυθ᾽ scribendum est. Illa Erfurdtii est conjectura.

15) Εἷρπε, quod alii metri causa conjecerant, Wund. etiam sensus causa flagitat, et propter ἂν particulam, — at ea ad participium pertinet, — et quia de condicione, quae adhuc fuerit, non quae tunc sit, loquantur. Atqui quae usque eo fuerat, etiam tunc erat Philoctetae condicio; quare solemnem potius ac durantem ejus statum praesente tempore describunt.

16) ἄλλον ex schol. Praeterea in libris ἄλλοτ᾽ ἄλλον, quod transposui.

17) δ᾽αὖ adjecit Herm. in ed. priore, sequente Wundero. Non satis sententia conjunctione τοί, quam Dind. conjecit, copulatur.

18) Herm. in retractt. πῶς ἄρα post duplex πῶς ποτ᾽ languere ait; mihi triplex repetitio videtur alacris potius ac vivida.

19) Ὅθεν recte ab Herm. non, ut a schol., ad nutricem, sed ad locum refertur, unde Phil. levamen petat; indicativum ὑπάρχει autem vix puto defendi posse, neque magis ἐξανίη, quum τότ᾽ ἂν εἱλυόμενος solvendum sit εἱλύετο ἄν, quare ὑπάρχοι et ἐξανείη reposui.

20) De πόρον supra egi.

protulerunt. Quare haec saltem meo tentamini commendatio est, quod ceteris hujus cantici restitutionibus omnibus minus sit audax. Nam Dind. omisit et δέσμιον et verba ὤλλυθ' ὧδ' ἀναξίως, pro quibus Wund. ὠλέκεθ' ὧδ' ἀτίμως posuit. Et Hermanni, Wunderi, Dindorfii emendationes horum versuum meis esse audaciores facile ipse unusquisque videre potest: eorum enim editiones in omnium sunt manibus. Idem tamen de ceteris valet: quod ut ostenderem, eas hic addidi ut minus notas. Omnino enim doctos fugisse videtur, Idelerum ad Aristot. meteorol. II. 4. vol. I. p. 548 hujus cantici partem tractasse. Is vero verba ποτὲ τῶν Διός ejecit et in antistr. δρομάδ' ὡς λάβε δέσμιον scripsit, aliaque quaedam posuit, quibus vix plaudetur. Tum Pflugk. in Zimm. ann. phil. a. 1836. p. 301 tres proposuit emendationes, ut aut recepto nominativo κακογείτων ex scholiis (at ibi nihil prorsus hujusmodi exstat), scriberetur κατ' ἄμπυκα δὴ δρομάδ' Ἰξίονα δέσμιον ὡς ἔλαβεν, et in antistr. ἀντίτυπον κῆρα ποδός:

aut κατ' ἄμπυκα δὴ δρομάδα
δέσμιον ὡς ἔλαβεν,

inserto articulo τάν in antistr. ante vocem βαρυβρῶτ' omissoque subst. νόσον, velut in Phil. 758. 807. Trach. 1010, aut

κατ' ἄμπυκα δὴ δρομάδ' ὡς
δέσμιον ἀμφέβαλεν.

Denique ipse Hermannus in retractt. denuo hoc canticum tractavit: cujus hae sunt novae emendationes:

678. Ἰξίονα κὰδ δρομάδ' ἄμπυκα δέσμιον ὡς ἔβαλεν
687. θαῦμα δ' ἔχει 689. εἶτ' ἄρα πανδ.
694. ἀντίτυπον σφάκελον βαρ. ἀποκλ. αἱματηρόν οὐδ'..
700. ἐκ δὲ γᾶς.... 701. ἄλλοτ' ἄλλον ἂν τότ' εἰλ.

Ejicit autem vir illustr. 678. δή, 687. καί et μέ, 697. τάν, 701. ἕρπει γάρ.

Multo minoribus dubitationibus alterum stropharum par est obnoxium, sed ibi quoque scholia libris praestant. Quum enim ad v. 710. seq:

πλὴν ἐξ ὠκυβόλων εἴποτε τόξων πτανῶν πτανοῖς
ἀνύσειε γαστρὶ φορβάν

annotatum esset: εἴ που τοῖς πτηνοῖς βέλεσιν ἐξ ὠκυβόλων τόξων ἀνύσῃ φορβὴν πτηνῶν, τουτέστιν ὀρνέων· λείπει δὲ ἡ ἀπό. ἀπὸ πτηνῶν: et ab alio interprete: πτερωτῶν τόξων, — jam Brunckius lectionem elicuit πτανοῖς ἰοῖς, summo jure paene ab omnibus receptam. Itaque veri vestigia certe a scholiastis servata sunt, etsi non ipsum verum. Nam illi legerunt πτανῶν πτανοῖς ἰοῖς, et genitivum alter a substantivo

duxit, quod aves significaret, sententiamque putavit hanc esse: si quem victum sibi compararet ex avibus (περιποιήσειεν ὀρνέοις), alter vero πτανῶν τόξων conjunxit. Glossam enim πτερωτῶν τόξων non ad ὠκυβόλων, quod lemma praefixit Elmsl., sed ad πτηνῶν pertinere, neminem fugiet. Sed ad haec et codicum La. b. c. Γ. Ricc. Par. b. scriptura, qui vocem πτανοῖς post ἀνύσειε collocant, corruptionis originem demonstrant. Nempe ut calami lapsus πτηνῶν corrigeretur, postea genuina forma πτηνοῖς adscripta est.

726. Σπερχείου τε παρ' ὄχθας*), ἵν' ὁ χάλκασπις
ἀνὴρ θεοῖς
πλάθει πᾶσι, θείῳ πυρὶ παμφαής,
Οἴτας ὑπὲρ ὄχθων.

Dativum πᾶσι admodum languere jam Herm. annotavit: Wunderus autem nemini persuadebit, ea voce plenum deorum coetum significari posse, in quem elatus esse Hercules sit traditus. Neque minus praesens tempus in re jamdudum perfecta hîc offendit; nam neque historicum, quod dicunt, h. l. esse potest, quoniam nihil hîc narratur, neque omnino ista alacritas huic loco est apta, quum summa potius in omnibus insit gravitas.

Quae difficultates Hermanni conjectura πάλαι amoventur. Similiter Virgilius Aen. 9. 359: Euryalus (relinquit).... aurea bullis
Cingula, Tiburti Romulo ditissimus olim
Quae mittit dona, hospitio quum jungeret absens
Caedicus.

Qua particula praesentis temporis audacia temperatur. Nunc vero in retractt.: „si πάλαι, inquit Herm., non verum est, eleganter scribi poterit θεοῖς πλάθει θεός: eoque fort. spectant corrupta scholiastae verba." At molestum tum praesens manet. Neque legit ita schol., ὅπου ὁ ἐκθεωθεὶς ἀνὴρ πελάζεται πᾶσι. Λέγει δὲ τὸν Ἡρακλέα annotans. Ubi si ἐκθεωθείς non i. q. deus factus significare potest, sed tantum i. q. deo sacratus designat, sribendum est θεωθείς. Pergit deinde: πελάζεται πᾶσιν. ἐπιφαίνεται λαμπρὸς ὢν ὡς πῦρ. Itaque aperte θεός legit, sed simul πᾶσι, vel, quod in lemm. et Par. t. est, πᾶσιν, sed non θεοῖς, quam vocem si habuisset, in expl. suo πᾶσι annexisset, idque editor Rom. sensit, πᾶσι θεοῖς scribens. Neque magis scholiastae verbum ἀποφαίνεται ad θεοῖς quadrat. Immo πάντες, ni fallor, h. l. ab interprete homines dicuntur, id quod sine dubio est simplicissimum. Quis enim, qui verba:

ἀνὴρ θεὸς πλάθει πᾶσιν

---

*) Sic Herm. in retractt. pro ὄχθαις ex Flor. 1. ὑπὲρ ὄχθας.

audiat, non statim ita intelligat: heros ille ut deus appropinquat, adest omnibus, i. e. hominibus adest? Quod ipsum hic est aptissimum. Quodsi schol. legit:

ἵν' ὁ χάλκασπις ἀνὴρ θεὸς πλάθει πᾶσιν,

hoc ad heroem Herculem pertinet, qui aras suas ad Oetam habebat, et ibi, ut dii omnino in suis templis, sine dubio et ipse habitare atque versari putabatur, ita ut supplicibus adesset. Aras autem sive sacrum Herculi in Oeta fuisse ex Phil. 1431. apparet, ubi heros Philoctetam adhortans ait: ἃ δ' ἂν λάβῃς σὺ σκῦλα...., τόξων ἐμῶν μνημεῖα πρὸς πυρὰν ἐμὴν κόμιζε. Omnino sacra ei erat Oeta, Oetaeique eum venerabantur. Cf. Wachsmuthii antiqq. Graec. II. 2. p. 156. Tum Thermopylarum aquas tepidas ei sacras fuisse Strab. IX. p. 655 testatur, et Herod. 7. 176, de Thermopylis dicens: ἔστι δὲ ἐν τῇ ἐςόδῳ ταύτῃ θερμὰ λουτρά.... καὶ βωμὸς ἵδρυται Ἡρακλέους ἐπ' αὐτοῖσι. Quin fontes illi Thermopylarum Herculis causa procreati esse narrabantur (cf. Wund. in ed. Trach. p. 59) eorumque heros tutelaris nominatur ab Oenomao in Euseb. praepar. evang. V. 22. Neque obliviscendum, omnes omnino fontes tepidos αὐτοφυῶς emanantes Herculi fuisse sacros. Illa divina autem Herculis praesentia eo aptius coram Atheniensibus commemorabatur, quod hi primos se Herculi divinos honores praebuisse jactabant, (Diod. 4. 39.) et quod perpetuo maxime eum venerabantur. (Cf. Muelleri Dor. II. p. 438.)

Divinus igitur ille ignis, quo splendet Hercules, jam non ad rogum, sed ad splendorem ejus coelestem pertinet, id quod sensit jam scholiasta. — Sed erit fortasse, qui fulgura significari credat, quibus Hercules incesserit. Nam is, qui eum fortem meminerit dei tonantis fulgurantisque esse filium, et flammis mortuum esse, et per tempestatem ac fulmina ad coelum esse invectum, et Oetaea potissimum fulmina commemorari, velut Trach. 437.

μὴ πρός σε τοῦ κατ' ἄντρον Οἰτάων νάπος
Διὸς καταστράπτοντος, —

is igitur fortasse veri haud absimilem censeat opinionem, Herculem ut tempestatis genium in Oeta cultum esse, et ad heroem fulminibus coruscantem nostro Sophoclis versu alludi. Quae si quorundam mythologorum audaciam sapere videntur, οὐ λέγω.

Sed jam nihil restat, quam ut numeros describam:

715. 726. x̄ – ∠ ∪ ∪ – ∠ ⏖ – ∠ ∪ ∪ – ∪ –
– x̄ ⊻ x̄ – ∠ ∪ ∪ – ∪ –
– ∠ ∪ ∪ ∠ –

Medius versus duplicem basin cum anacr. habet; cum basibus etiam versus 719. 720. 721. incedunt. Videmus autem Brunckii emendationem in v. 716. εἴ που pro ὅπου scribentis, quamvis

sit facilis, necessariam esse minime. In v. 723. *πᾶσιν* cum *ν* ephelk. scribendum videbatur ex Par. t. et lemm. scholii.

745. *βρύχομαι.* — Schol. *ἐσθίομαι, καταναλίσκομαι.* Inde Br. *βρύκομαι*, quod praeterea solo in Vat. legitur, sed praefertur ab Herm., quem adi.

755. *δεινόν γε τοὐπείςαγμα τοῦ νοσήματος.* Ita omnes fere codd., soli Harl. et Ricc. et edd. Turn. atque Cant. *τοὐπίσαγμα* praebent, quod ab omnibus praelatum est. De qua lectione Brunckius: „sic, inquit, emendate in scholiis (i. e. in lemmate ed. Rom.). Huc pertinet interpretatio *ἡ προσθήκη.* Altera lectioni *τοὐπείςαγμα* accommodari possit.“ Legitur enim in scholiis: *Ἡ ἐπείςοδος, ἡ προςθήκη*, quas Herm. quoque utriusque scripturae explicationes censet. Quamquam aliter sensit Ph. Buttmannus, utramque ad *τοὐπείςαγμα* referens.

830) Chorus a Somno haec precatur:

ὄμμασι δ᾽ ἀντέχοις τάνδ᾽ αἴγλαν,
ἃ τέταται τανῦν.

Quibus versibus inter omnes constat dictum esse: serva Philoctetae soporem. Sed ex verbis id alii aliter elicere conati sunt. Et novissimus editor, Hermannus, in editione ceterorum explicationibus refutatis, in retractt. suam quoque, quam in editione dederat, interpretationem rejecit, jam Lobeckio assentiens; ei enim in act. soc. Graec. II. p. 311. *ἀντέχειν* h. l. *ἐκ τοῦ παρεπομένου* i. q. obtendendo arcere totamque sententiam hanc esse videri: obtenta nube soporis ab oculis Philoctetae prohibeas radios solis late splendentes. — At, quam hoc est artificiosum! Et nonne in enarratione vir ingeniosissimus ipsam addit, quam desideramus, soporis nubem? Itaque equidem facere non possum quin et Wundero assentiam, verba corrupta esse censenti, et non solum simplicissimam, sed unice etiam aptam Wakefieldii conjecturam *ἀχλὺν* credam, quam Erf. quoque probavit ac paene recepturus erat Herm. in editione. Sed illud a nemine annotatum video, eam ipsam vocem a vetere scholiasta legi, enarrante: *κάτεχε τὸ ὁρατικὸν, ὅπερ νῦν ἥπλωται καὶ διαχεῖται τῇ τοῦ ὕπνου ἀχλύϊ.* Quae quidem sententia sic, ut scripta est, intelligi non potest; quis enim dicat: *τὸ ὁρατικὸν διαχεῖται, ἁπλοῦται*? Sed eam quum verborum *ἃ τέταται τανῦν* interpretationem fuisse pateat, aperte scribendum est *ἥπερ*, inciso post *διαχεῖται* posito, ita ut sensus sit: „o Somne, dirige obtutum tuum ad soporis caliginem.“ Nam id credi non potest, *ἀχλὺν* ab interprete explicationis causa esse additum, multoque minus de suo poëtica verba *τῇ τοῦ ὕπνου ἀχλύϊ* adjicere potuit. Sed vocem *αἴγλαν* jam alter habuit schol., annotans: *τοιαύτην δὲ αἴγλην, ἥτις νῦν τέταται, ἀντέχοις τοῖς ὄμμασι· λέγει δὲ τὸν ὕπνον τὸν λεγόμενον καὶ αὐτῷ*

(scr. τὸν καὶ λεγ. αὐτῷ) παραχρῆμα, ὡς ἐστὶν αὐτῷ αἴγλη καὶ φῶς. Hic, ni fallor, Neoptolemi oculos significari putavit, ita: obtine tuis oculis... De tertio denique commentatore, qui ait: ἐναντιωθείης τοῖς ὄμμασι τοῦ Φιλ. καὶ μὴ ἐάσῃς αὐτὸν βλέψαι νῦν, non liquet. Nam et αἴγλην legisse potest, si accusativum, quem nunc Graecum nominant, i. e. acc. remotioris relationis esse putavit, et ita Soph. verba accepit: resiste oculis Philoctetae quod attinet ad diei splendorem: et ἀχλύν, si ita Sophoclem intellexit: obtende Phil. oculis nebulam, ne videat. Tum ex sensu verbum ἀντέχειν circumscripsit.

Sed vera verborum sententia, si ἀχλὺν scribatur, aperietur optime aptisque exemplis illustratur ab eodem Wakefieldio, — quamquam res tam est plana atque perspicua, ut exemplis ne sit quidem opus. Tum metri causa ἀντίσχοις scriptum est pro ἀντέχοις, ἀντέχοις autem et in libris est omnibus et a scholiastis ut videtur omnibus legebatur et bene ab Ellendtio s. h. v. defenditur, etsi hic asperius hanc emendationem ait numerorum dochm. ignorantia a Brunckio esse prolatam. Sed nihil mutandum, numeris sic constitutis:

–́ ⏑ ⏑ –, ⏓ –́ –́ – ⏓ ὄμμασι δ᾽ ἀντέχοις τάνδ᾽ ἀχλύν,
– ⏑́ ⏑ –́ ⏑ – ἃ τέταται τανῦν.

πέμπε λόγων φάμαν· ὡς πάντων
ἐν νόσῳ εὐδρακὴς....

Choriambus versus anapaesticos cum dochm. h. l. conjungit *); tum ἀχλύν ex metro possit primam syll. habere brevem, sed accuratius respondet antistrophae, si α produci censeamus, velut Aesch. Pers. v. 665.

στυγία γάρ τις ἐπ᾽ ἀχλὺς πεπόταται

respondet versui

κακόβαπτον ποδὸς εὔμαριν ἀείρων.

Ita trimeter incipit ap. Aesch. (Prom. 436.)

μή τι χλιδῇ δοκεῖτε....

et verbis χθονὸς κόραι in Eur. Hel. v. 168 respondent in v. 180. verba ἀνὰ χλόαν.

838. πολὺ παρὰ πόδα κράτος ἄρνυται.

Sed in antistrophico v. 854. in plur. codd. legitur μάλα τοι ἄπορα πυκνοῖσιν ἐνιδεῖν πάθη.

In aliis libris exstat πυκινοῖσιν, πυκινοῖσιν. Schol. ἄπορόν ἐστι καὶ τοῖς συνετοῖς συνιδεῖν τὸ πρακτέον.... γρ.

---

*) Quamquam non refrager, si quis versum priorem ita metiatur: – ⏑́ ⏑ –́ ⏓ –, –́ – –. De creticis irrationalibus cf. Herm. el. metr. p. 278, Munckii art. metr. p. 101.

πυκνοῖς, ἵν' ᾗ, ἐν πράγμασι πυκνοῖς συνιδεῖν.... Metri causa in antistr. Dind. ac Wund. ejecerunt *ἐνιδεῖν*: sed veri similior Hermanni est ratio, qui in str. aliquid addit: addidit autem in priore ed. *πόλυ τι*, in altera *ἀνδράσιν*. Quid vero, quod ne opus quidem est conjectura? Nam schol. legit *πολλοῖς*, annotans: *ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ὁ εὐκαίρως ἐπιτελούμενος πολλοῖς εὐδοξίαν σύνεγγυς παρέχει.* Et respondebunt syllabae syllabis, si cum illo scripseris:

πόλυ παρὰ πόδα πολλοῖς κράτος ἄρνυται.
μάλα τοι ἄπορα πυκνοῖς ἐνιδεῖν πάθη.
⏑ ⏑́⏑ ⏑́⏑ ⏑ –, – ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –

Sed unum addo. Qui Buttmanni de verbo *ἐνιδεῖν* dubitationes probet, is facile *συνιδεῖν* scribere possit, quo verbo schol. in expl. hujus versus bis utitur. Appareat tum simul corruptionis *πυκνοῖσιν* origo.

851. *ἐξιδοῦ ὅτι πράξεις.*

Ad *ὅτι* interpres adscripsit *ὅπως*, quam Herm. et Wund. viderunt non posse explicationem esse, sed fuisse lectionem potius scholiastae: „eamque veram," ut Herm. ait, „ut vel metrum, magis autem sententia ostendit." Quare in editione hi viri illustr. *ὅπως* receperunt, qua voce minime melius *ὅπερ* videtur, ab Herm. in retractt. propositum.

Ceterum in toto hoc cantico nullam scholiastis lectionem fuisse, quae necessario deberet falsa esse censeri, in part. 2. cap. 2. monui. Unum exceptum est *ἐμᾷ* in v. 864., quod et scholia et libri omnes praebent, quum Dind., Herm., alii, etsi in re incertissima, metri causa *ἁμᾷ* postulent.

Ad nostrum vero caput pertineat etiam, si recte in v. 862. Herm. in retr. post *ἐσθλός* metri causa *ἐπὶ ἔργῳ* inseruit, quod, quamquam ipse dubitans, vir doctiss. ex scholio *τοῖς πράγμασιν ἀγαθός* sumpsit.

873. *οὔκουν Ἀτρεῖδαι τοῦτ' ἔτλησαν εὐπόρως*
οὕτως ἐνεγκεῖν.

Eldikius conjecit *εὐλόφως*, idque possit comprobatum videri a schol., cujus glossam ad Aj. v. 61. adscriptam: *ὅθεν καὶ τὸ εὐλόφως φέρειν* huc spectare Elmsl. putavit. Hoc igitur ipsum fortasse alicui magis placeat, si quis versum Eur. Hippol. prioris (fr. 3) laudatum ab Herm. nondum aptam vocabuli *εὔπορος* significationem praebere arbitretur.

893. *ἀλλ' ἴστω τε καὐτὸς ἀντέχου.*

Sic vett. libros habere dixit Herm.; neque aliter Ald. Brubb. Viteb. Cf. Martin. syll. Quinam codd. *ἴστω*, quod omnes receperunt, praeberent, nemo patefecit: sed legit ita schol. annotans *ἵστασο....*

954. *ἀλλ' αὖ θανοῦμαι τῷδ' ἐν αὐλίῳ μόνος.*

Sic codd. et Suid. Sed schol.: γρ. αὐανοῦμαι, ἀ. τ. ξηρανθήσομαι, idque inde a Cantero ab editoribus omnibus receptum est. Idem unus Par. t. Triclinii praebet.

1032. πῶς θεοῖς εὔξεσθ᾽, ἐμοῦ
πλεύσαντος αἴθειν ἱερά.

Εὔξεσθ᾽ corruptum esse plerique cognoverunt: sanavit Herm., ἔτ᾽ ἔστ᾽ reponens nisusque scholio τοῦτο γὰρ προφασισαμένου Ὀδυσσέως, ὅτι θῦσαι οὐκ ἔστι τούτου ἐπιστενάζοντος, ἐξέθηκαν αὐτόν.

Sed, quonam interpretis particip. ἐπιστεν. pertinet? Qui nisi accuratius rem enarrans Sophoclis verba minus respexit, certe κλαύσαντος pro πλεύσαντος legit, quod Piersonus ab interpp. citatus conjecit, vituperatus quidem ideo ab Herm., sed motus sine dubio ipso illo scholio. Et probatur κλαύσ. a Musgr., neque alienum hoc esset, nam fletus et clamores inter sacrificia videbantur δυςφημίαι esse; quin adderet etiam sermoni proprietatem significantiusque esset, quam generale illud πλεύσαντος, quod vituperari quidem profecto nequit.

1094. ἔλωσί μ᾽· οὐ γὰρ ἔτ᾽ ἰσχύω.

Ita codd., sed in antistr. legitur ἐμᾶς λαχόντ᾽ ἀνίας. Heathii conjecturam ἴσχω confecit Hermannus, ἔτ᾽ ante οὐ collocans. Idemque vir summus cognovit, ex parte ad v. 1094. pertinere scholium ad v. 1089. adscriptum: Τί ἄρα τρόφιμόν μοι καθ᾽ ἡμέραν ἔσται; οὐ γὰρ ἐπικρατῶ ἐμαυτόν· ἤ, οὐ γὰρ ἔτι ἔχω ἐλπίδα. Neque tamen haec annotatio illico transponenda erat Hermanno: immo grammatico verba

τίπτ᾽ αὖ μοι τὸ κατ᾽ ἦμαρ ἔσται

explicanti sane licebat, miserabilis hujus exclamationis causam statim adjicere, quam poëta v. 1094. patefecit. Sed hoc simul patet, neque Ellendtium (s. v. ἰσχύω) fugit, scholiastam ἔτ᾽ ἴσχω legisse; nam verba ἔτι ἔχω ἐλπίδα ad ἰσχύω referri vix possunt, immo suo more ille hic ellipsin esse ratus est, eamque ellipsin vocis ἐλπίδα, velut ad El. v. 495. πρὸ τῶνδέ τοί μ᾽ ἔχει annotavit λείπει ἐλπίς. Sed quid illud ἐπικρατῶ ἐμαυτόν sibi vult? Nimirum legit commentator:

ἕλωσ᾽ ἔμ᾽· οὐ γὰρ ἔτ᾽ ἴσχω,

quod aut sic explicandum censuit, ut ἐλπίδα suppleret; aut minore puncto ante ἐμέ posito conjungendum esse putavit ἔμ᾽ ἴσχω hac sententia: ἐπικρατῶ ἐμαυτόν, i. e. ich überwinde mich. Id quod corruptionis viam simul ostendit. Nam genuina videtur Hermanni lectio ἑλῶσ᾽· ἔτ᾽ οὐ γὰρ ἴσχω. Illud ἔτ᾽ autem post conjunctionem γάρ collocatum jam nihil nisi voculae ἔμ᾽ ex ca-

lami lapsu profectae correctionem fuisse apparet. Itaque vel sine Herm. emendatione οὐ γὰρ ἔτι κρατῶ ἐμαυτοῦ, quae opus non est, scholiasta, si non verum, veri certe vestigium servavit, etsi sententiam falso explicans, rectissime sine dubio ab Herm. explicatam.

1099. εὖτέ γε παρὸν φρονῆσαι
τοῦ λῴονος δαίμονος εἵλου τὸ κάκιον ἑλεῖν.

Ita libri. In antistr. legitur:

καὶ γάρ ἐμοὶ τοῦτο μέλει, μή φιλότητ' ἀπώσῃ.

Schol. ὅτε γε παρόντος σοι σωφρονῆσαι (recte Herm. φρονῆσαι) τὸ λυσιτελὲς ἀπὸ πλείονος δαίμονος, τὸ κάκιον εἵλου, τὸ μὴ ἐλθεῖν. Πλείονος δὲ δαίμονος λέγει τοῦ λυσιτελεστέρου καὶ συμφόρου. Hoc extremum qui excerpsit, addidit τοῦ συμφέροντος. Ille igitur interpres aperte πλείονος ἐκ δαίμονος legit, post ea verba interpungens, habuitque manendi verbum glossa τὸ μὴ ἐλθεῖν explicatum. Nam Gernhardium, qui eum ἐλθεῖν legisse ratus est, vel apposita negatio refutat. Sed verbum ipsum investigare etsi mihi non contigit, tamen veram eo lectionem contineri sententia apparet, quae nulla est in codd., optima in scholio. Hoc igitur Soph. dixisse existimandus est: „quum tibi ex potiore numine, i. e. ex bona fortuna, liceret bonum capere consilium, praetulisti pejus, remanere."

Quamquam alter schol. Λείπει ἡ ἀντὶ annotans, ἐκ certe non amplius legit.

Item alii fort. olim invenient, quid in scholiis ad 1132. lateat. Quo v. quum secundum plurimos libros Philocteta se

τὸν Ἡράκλειον ἄθλον

nominet, quod et sensui et metro adversatur, secundum cett. vero libros ἄθλιον, quod non minus emendatione egere quum alii, tum Herm. docuit, denique quum subst. aliquod hic desideretur, — in scholiis annotantur haec: ά. τ. ἐμὲ τὸν τοῦ Ἡρακλέους διάδοχον. ἢ ἐμὲ, τὸν ἐπὶ τῷ Ἡρακλεῖ ἆθλον ποιήσαντα τὴν πυρὰν, καὶ ὑφάψαντα αὐτήν.... γρ. ἄθλον. Haec sic quidem sensu carent. Omittendum videtur ἄθλον, ut per errorem e gl. γρ. ἄθλον invectum. Voce διάδοχον autem parum credibile est, quod Herm. olim ac Buttm. senserunt, τὸν Ἡράκλειον esse explicatum. Nam hoc si interpres voluisset, φίλον potius sive ejusmodi aliquid supplevisset, minime vero vocem tam propriam atque distinctam. Tamen ejusmodi vox h. l. foret aptissima, ac Sophocli restituenda erit, simulatque erit inventa. Herm. et Erf. in ed. maj. ediderunt ἄρθμιον, quod Hesych. per φίλον explicat. Altera cum nostri scholii enarratione conveniat etiam ἀλθέα. Hesych. ἀλθεύς, ἰατρός.

1167. *ἀδαὴς δ' (ἐστὶ νόσος) ἔχειν μύριον ἄχθος, ᾧ ξυνοικεῖ.* Schol. *ἄγνωστος πρὸς τὸ ὀχεῖσθαι.* Inde Dind. rectissime conclusit Hermannoque persuasit, scholiastam *ὀχεῖν* legisse; idque ipsum quia et exquisitius est, et facilius in *ἔχειν* mutari poterat, quam contra, recipiendum duco, ut sensus sit: Morbus nescit ea mala perferre, quibuscum conjunctus est, i. e. famem, solitudinem, alia. Herm. quidem in retractt. *ἴσχειν* conjecit, quod i. q. cohibere significaret ac verbo *βόσκειν* esset oppositum; sed neque sententia versuum hoc postulat, neque mensura, siquidem saepissime apud Sophoclem basis jambica spondaicae respondet.

1178. *Φίλα μοι, φίλα ταῦτα παρήγγειλας ἑκόντι τε πράσσειν.* Herm. *τέ* aptioris catalexeos causa ejecit; ejiciendum fort. vel ex usu dicendi erat. Solebant enim *ἑκὼν ἑκουσίᾳ φρενί, νέος νέῳ ξὺν μόρῳ ἔθανες,* componere sine particula copulativa, et suo quidem jure: alias enim eandem rem ita protulissent, quasi duae essent res diversae. Eadem vero hujus versus est condicio, ubi quum *φίλα φίλῳ* falsam praebuisset sententiam, *φίλα ἑκόντι* dictum est, *φίλα ἑκόντι τε* vero molesta esset tautologia. Neque habuit eam particulam scholiasta annotans: *ἐμοὶ βουλομένῳ* (hic incisum sustuli) *ἡδέως ἀποπλεῦσαι κελεύεις.* Idque Hermannum non fugit, etsi frustra vir summus scholia emendavit. Quae non mutavisset, si non Romanam tantum, sed Elmsleji potius editionem inspexisset.

1191. *τί ῥέξοντες ἀλλοκότῳ*
γνώμᾳ τῶν πάρος, ὧν προὔφανες sive *προὔφαινες.*

Utrumque in libris est; sed hoc metro non satis convenit, illud etiam ineptum est. Recte igitur Herm. verba *ὧν προὔφανες* ut glossam ejecit secundum scholium: *Τί πράξοντες ἐναντίᾳ γνώμῃ**) *ἕτερον παρὰ τὸ πρότερον;*

1193. *οὐδ' εἰ πυρφόρος ἀστεροπήτης*
βρονταῖς αὐταῖς μ' εἶσι φλογίζων.

Schol. *γρ. καὶ αὐγαῖς, ταῖς βροντῶν αὐγαῖς, ταῖς κεραυνίαις· ἔστι μέντοι λαβεῖν καὶ βροντᾶς ἀ. τ. βροντήσας....* Unde paene omnes *βροντᾶς αὐγαῖς* receperunt e causis ultro apertis. Sed alterum scholium:.... *οὐδ' εἰ αὐτὸς ὁ Ζεὺς μετέλθοι με ταῖς βρονταῖς,* sine dubio ad lectionem *βρονταῖς αὐτός* pertinet, quae ne ipsa quidem est spernenda, etsi prior videtur praestare, quia non solum exquisitior est, sed ita

*) Ineptum codicis incisum jam ab ed. R. et Br. est sublatum.

etiam est comparata, ut vix errore ex verbis *βρονταῖς αὐτός* oriri, in illam mutari a librariis facillime potuerit.

1215. *ὅς γε σὰν λιπὼν*
ἱερὰν λιβάδ᾽, ἐχθροῖς ἔβαν
Δαναοῖς ἀρωγὸς, ἔτ᾽ οὐδέν εἰμι.

Ultimum v. Herm. ex anacrusi et dupl. penthemim. jamb. compositum censet. Sed hoc ei non prius est concedendum, quam ex plurimis hujusmodi versibus

⏑ – ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑,

qui in tragoediis passim leguntur, vel unum certum attulerit exemplum, ubi quinta syll. anceps, vel potius brevis sit. Praeterea vero asyndeton in v. 1217 jam Heathium, Brunck., Buttm., Schaef. ita offendit, ut *εἶτ᾽* scriberent. At hic, inquit Herm., in ipso fine carminis summoque in dolore viri magna vis est hujus asyndeti: quod mirum quantum debilitaret istud *εἶτα*. Cujus asyndeti vim atque elegantiam equidem non capio. Itaque toto animo scholiastae amplector lectionem, quam *βάς* fuisse ipse jam Herm. ex ejus verbis collegit, quae haec sunt: *ὅστις ποτὲ καταλιπών σε ἐπὶ τὸ βοηθεῖν τοῖς Ἕλλησιν οὐκέτι οὐδέν εἰμι.* Incisum, quod ante vocem *ἔτι* habuit, etiam in compluribus, ni fallor, codd. est. Numeros autem hos esse existimo, quos vix vituperes:

–́ ⏑ – ⏑ –, –́ ⏑ – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ –
–́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏑
⏑ –́ ⏑ – ⏑

πῶς ἂν εἰςίδοιμ᾽ ἄθλιός σ᾽ ἀνὴρ,
ὅς γε σὰν λιπὼν ἱερὰν λιβάδ᾽, ἐχθροῖς
βὰς Δαναοῖς ἀρωγὸς,
ἔτ᾽ οὐδέν εἰμι.

1461. *γλύκιον τε ποτόν.* Schol. *ἢ οὕτω καλουμένη κρήνη ἐν Λήμνῳ Λυκίου Ἀπόλλωνος ἢ οἷον ἐν ἐρημίᾳ ὑπὸ λύκων πινόμενον.* Unde Hesychium a Suida quoque exscriptum corrigere licet, qui huc sine dubio spectans scribit: *Λυκεῖον ποτόν, ἤτοι ἀπὸ κρήνης τῆς ὑπὸ Ἀπόλλωνος εὑρεθείσης,* (adde *ἢ*) *ὑπὸ λύκων πινομένης.* Et in La. ac Ricc. *γ* punctis est notatum. Quibus rebus moti omnes fere *Λύκιον* receperunt. Cf. imprimis Hermannum.

OEDIPUS REX.

35. Sacerdos regi supplicationis causam explicaturus cives in adversis urbis rebus ad Oedipum ait se convertere:

> ὅς γ' ἐξέλυσας ἄστυ Καδμεῖον μολὼν
> σκληρᾶς ἀοιδοῦ δασμὸν . . . . νῦν τ' . . . .
> ἱκετεύομέν σε πάντες οἵδε πρόςτροποι,
> ἀλκήν τιν' εὑρεῖν ἡμιν.

Hic propter sequens νῦν τε Elmsl. et Wund. rectissime ὅς τ scripserunt, secuti scholium ὅς τε (ita enim Elmsl. ex scholiorum ed. Flor. pro inepto ὥςτε) μολὼν ἄστυ Καδμεῖον . . . . Hermannus quidem ita et orationem fieri duram et rectam responsionem tolli ait: tum enim potius ὅς τ' ἐξέλυσας — νῦν θ' εὑρήσεις . . . exspectatum iri. At nexus hic est: et olim, quum Thebas venisses, urbem servasti, et nunc ut nos serves precamur; sive ut ipse Soph. v. 52. dicit:

> ὄρνιθι γὰρ καὶ τὴν τότ' αἰσίῳ τύχην
> παρέσχες ἡμῖν, καὶ τανῦν ἴσος γενοῦ.

Si vero ὅς γ' genuinum esset, certe νῦν δὲ esset scribendum.

212. *Βάκχον . . . Μαινάδων μονόστολον.*

Ubi quod in scholiis affertur γρ. ὁμόστολον, traditum duobus etiam codd. Brunckii et annotatum in Lb., ab omnibus fere recipitur.

493. Chorus se nihildum de Oedipi Labdacidarumque lite audivisse affirmat,

> πρὸς ὅτου δὴ βασάνῳ
> ἐπὶ τὰν ἐπίδαμον φάτιν εἶμ' Οἰδιπόδα.

Ubi quum choriambus deesset, neque quidquam in antistr. commode ejici posset, plerique in stropha aliquid excidisse existimarunt. Et Brunckius quidem ex scholio: ποίῳ λογισμῷ ἀ. τ. τίνος πράγματος κρίσει χρησάμενος, τοῖς λεγομένοις πιστεύσω κατὰ Οἰδιπόδος, recepit χρησάμενος, quod neque poëtam hoc certe l. deceret, neque ab interprete est lectum, quoniam ille paulo ante tantummodo ποίῳ λογισμῷ annotavit, duos autem scholiastas hic exstare nulla re apparet. Sed interpres quum πιστεύσω dicat, vehementer dubito an βασάνῳ πίστιν ἔχων legerit idque ad verbum εἶμι rettulerit, ita Sophoclem locutum ratus: quo explorato, confidens accedam ad crimen Oedipo nunc vulgo motum. Quamquam sententia sic potius erat construenda: πρὸς οὗ τινος νείκους, αὐτοῦ βασάνῳ πίστιν ἔχων, εἶμι ἐπὶ

τὴν ἐπίδημον Οἰδίποδος φάτιν, i. e. nihil de inimicitia audivi, qua motus, si re accurate perpensa eam inimicitiam veram esse cognossem, contra laudem Oedipodis ubique celebratam incederem. Sic in Oed. Col. v. 950. dictum est:

ᾧ πίστιν ἴσχων τήνδ' ἐχειρούμην ἄγραν.

Sicut in hac stropha, ita in antistr. quoque ab scholiasta verum servatum esse credo. Quum enim v. 509 sqq. legantur haec:

φανερὰ γὰρ ἐπ' αὐτῷ πτερόεσσ' ἦλθε κόρα
ποτὲ, καὶ σοφὸς ὤφθη βασάνῳ θ' ἡδύπολις,

ille annotat: *ἃ μὲν ἐγκαλοῦσιν αὐτῷ, ἄδηλα, καὶ οὐ πάντως ἀληθῆ· ἃ δὲ κατώρθωσε, φανερὰ, ὅτε ἐπελθούσης αὐτῷ τῆς Σφιγγὸς, ὤφθη σοφός.* Quem Hermannus *ἐπεὶ αὐτῷ*, Dind. verisimilius *ὅτ' αὐτῷ* legisse conjecit, quod ipsum recipiendum esse arbitror. Sententiam enim ita prolatam multo et concinniorem et aptiorem altera processuram esse vix quisquam negabit, siquidem chorus: „Scelus, inquit, crimini Oedipo datum, adhuc obscurum est, quare nondum credo: nam aperte atque coram omnibus quum Sphinx ei accederet, et sapientem se praestitit et urbis servatorem." — Particulas *καί* — *τέ* pro *καί* — *καί* ex anacoluthia quadam dici quum alii monuerunt, tum Herm. ad Soph. Oed. Col. 1394: sed rarae non sunt. Ita Oed. Col. l. l.

καὶ πᾶσι Καδμείοισι τοῖς σαυτοῦ θ' ἅμα
. . . . συμμάχοισιν.

Antig. 334. *τοῦτο καὶ πολίου πέραν*
πόντου . . . . χωρεῖ . . . ., θεῶν τε τὰν ὑπερτάταν Γᾶν . . . .
ἀποτρύεται.

Eur. Bacch. 287. *ἔτ' αὐτὸν ὄψει κἀπὶ Δελφίσιν πέτραις*
πηδῶντα . . . . μέγαν τ' ἀν' Ἑλλάδ',

Soph. Oed. Tyr. 347. *καὶ ξυμφυτεῦσαι τοὔργον εἰργάσθαι θ'*
ὅσον μὴ χειρὶ καίνων·

(etsi hic ex tribus bonis codd. *δ'* a plerisque receptum est.)

Denique bene interpres expressit, quomodo *φανερά* illud obscuro crimini oppositum esset; sed metri ratione non habita id pro neutro plur. videtur accepisse.

655. *Οἰδ. Φράζε δή, τί φῄς.*
Χορ. Τὸν ἐναγῆ φίλον μήποτ' ἐν αἰτίᾳ
σὺν ἀφανεῖ λόγῳ ἄτιμον ἐκβαλεῖν.

Scholium, quod Suid. s. v. *ἐναγῆ φίλων* descripsit, sed meliore, ut videtur, codice usus, hoc est: *τὸν μηδέποτε ὑπὸ φίλων*

ἐν ἀφανεῖ αἰτίᾳ γενόμενον, ἀλλὰ καθαρὸν ὄντα, δεόμεθα μὴ λόγων*) ἄτιμον ἐκβαλεῖν (Suid. recte βαλεῖν), ἀλλὰ προςδέξασθαι αὐτοῦ τὴν ἀπολογίαν. ἢ (Suid. εἴτε, Bernhardius conj. εἰ δὲ) ἐναγῆ (Dind. frustra conj. ἐν ἄγει ex Suidae cod. Par. a. et Leid., qui ἐναγεῖ praebent) τὸν ἐνεχόμενον μύσει (ed. Rom. et nonnulli Suidae codd. perperam μίσει) οὕτω· δεόμεθα (nonnulli Suidae libri mendose θεώμεθα) τὸν μηδέποτε ἐναγῆ (Dind. temere ἐν ἄγει) γενόμενον εἰς φίλους μὴ ἐν ἀφανεῖ αἰτίᾳ ἄτιμον ποιήσῃς τῶν λόγων. (Sic iterum pro τὸν λόγον Br. Elmsl. Herm. ex Suidae codd. omn.) Ex eodem scholio descripsit Zonaras p. 714**) s. v. ἐναγῆ φίλων: τὸν μηδέποτε ἐ. φ. ἐ. ἀ. α. γ. ἀ. κ. ὄντα. Perdifficile est cognitu, quid interpres ille legerit. Primum genit. λόγων apud eum ex Suida jure restitutus est, nam λόγον ibi utique ineptum foret. Neque ullum mendum in his scholiis frequentius, quam ο pro ω positum; cf. O. Col. 226. 457. 916. 1621. 1685. al. In textu autem λόγων habent La. sec. Lb. Γ. Tum φίλων ille cum Suida ac Zonara legit. Deinde quod annotat: ἄτιμον ποιήσῃς τῶν λόγων, non ad ἄτιμον ἐκβαλεῖν, sed solum ad ἄτ. βαλεῖν quadrat, itaque non minus quod ante dicit μὴ λόγων ἄτιμον ἐκβαλεῖν ex Suidae codd. omn. in βαλεῖν mutandum esse opinor. Nam quominus posterius scholium ad ἐκβαλεῖν, prius ad βαλεῖν referatur impedit, quod nihil praeterea diversos hic auctores prodit. Atque revera βαλεῖν in Soph. textu praebent Aug. c. et Livin. p. et fort. Flor. Δ. Dindorfii, idque ipsum metri causa ab omnibus fere editoribus praefertur. Vocem μήποτε denique aperte cum adj. ἐναγῆ conjunxit et ad βαλεῖν rettulit, quasi bis poëta negationem posuisset: et verba ἐν αἰτίᾳ ἀφανεῖ conjunxit, itaque σὺν non legit. Voce μηδέποτε vero bis usurpata eum verba μήποτ' ἔτ' interpretatum esse arbitror, δέομαι autem ab eo suppletum esse ex praecedente verbo φῄς, cujus sane hic fere est sensus. Totam igitur sententiam sic, ni fallor, legit:

τὸν ἐναγῆ φίλων μήποτ' ἔτ' αἰτίᾳ
ἐν ἀφανεῖ λόγων ἄτιμον βαλεῖν.

Sed etiamsi ejus lectionem accipimus, ejus interpretationem nemo probabit. Nam ἐναγής Creo aperte dicitur, quia sibi, si insidiatus sit, v. 644 sq. diras imprecatus est, ut ait jam Herm.: et tota sententia ita procedit: Amicum jure jurando obstrictum minime dum in crimine obscuro reddere orandi, i. e. defendendi se, ex-

*) Sic Br. Elmsl. Herm. pro λόγον ex opt. codd. Suidae, ubi λόγον soli Par. b. et Brux.

**) Non p. 713. et 733. ut Martinus in syll. var. lectt. ait.

pertem. Quae a verbo φῄς paulo ante ab Oedipode dicto pendent. Tum verba τὸν ἐναγῆ φίλων pro τὸν ἐ. φίλον posita sunt; cujus usus exempla Herm. ad O. Tyr. 1169. Matth. in gramm. Gr. §. 320. Bernh. in synt. p. 155. collegerunt. Hiatus denique in versus fine nihil ostendit, nisi id ipsum, versum hîc terminari. Ita autem omnes, quas vulgata scriptura praebuit, difficultates jam concidunt.

Sed corruptione jam is interpres laboravit, qui γρ. φίλον ἐναγῆ annotavit. Hîc quoque Dind. ἐν ἄγει, Herm. εὐαγῆ scribit; at ipse interpres statim vocis ἐναγής radicem annectit: ἐναγές δὲ, τὸ . . . . ἅγιον. ἄγος γὰρ . . . . καὶ οἱ μιαροὶ ἐναγεῖς καλοῦνται. Et haec quoque Suid. descripsit: vid. s. v. ἐναγές.

763. ἄξιος γὰρ ὅδ' ἀνὴρ
δοῦλος, φέρειν ἣν τῆςδε καὶ μείζω χάριν.

Codd. et sic, et ὅγ', et ὅδε γ', quae omnia metro adversantur. Schol. οἷον, τὸ αἴτημα οὐκ ὑπερέβαλεν δοῦλον. Inde Herm. οἷ' conjecit, quod a scholiasta revera esse lectum omissus ante δοῦλον articulus demonstrat. Sed lemma hujus interpretationis Hermanno non emendandum erat, sed omittendum: deest enim in codice.

791. Omn. codd. χρεῖ' ᾖ sive χρεί' ᾖ, sed χρείη recte schol. habuit, explicat enim δέοι.

876. Quum verba antistrophae ὑψίποδες οὐρανίαν δι' αἰθέρα τεκνωθέντες . . . . . corruptionis suspicionem minime moverent, plerique stropham mutare maluerunt, ubi codd.

ἀκροτάταν εἰςαναβᾶσ' (i. e. ὕβρις)
ἀπότομον ὤρουσεν εἰς ἀνάγκαν.

Neque tamen schol. hoc legit: nam ait: ὕβρις, φ., μηδὲν καίριον διαπραττομένη, εἰς δύςβατον, ἀκρώρειαν ἀναβιβάσασα τοὺς χρωμένους αὐτῇ, κατεκρήμνισεν. ἢ οὕτως· ἀπότομον ὤρουσεν εἰς ἀνάγκην . . . . . Ille igitur εἰςαναβάσασ' habuit. Quod ex scholio concludi posse negat quidem Dind. in ann. Oxon., nam pedestri tantum oratione ab interprete poëtae verbum intrans. expressum esse. Mirum hoc! Immo rectissime Herm. ei respondit, neminem planissimam illam vocem εἰςαναβᾶσα ita interpretaturum fuisse. Atque verae lectionis vestigia etiam Par. d. servavit, qui εἰςαναβιβάσασ' habet, et schol. min., qui, sicut Laurentianus, ἀναβιβάσασα annotat. Scilicet semel librarii ασ scripserunt, quod bis scribere debebant. Tum schol. nostri verba εἰς δύςβατον ἀκρώρειαν ostendunt, eum ἀπότομον legisse idque cum voce ἀκρότατον conjunxisse,

quasi alterum esset substantivum. Sed debebat potius adverbialem voci *ἀκρότατον* tribuere sensum, ut fecit Herm., conjungere autem *ἀπότομον ἀνάγκαν*, quod Wund. quidem ineptum nominat, sed frustra, siquidem ultrix Necessitas a poëta quasi vorago fingitur, in quam praeceps irruat, quisquis protervus summum quodque ac periculosissimum fastigium petierit.

Quod ego ex schol. elicuisse mihi videor, *ἀκρότατον*, id ipsum Erfurdtius de suo conjecit: deinde ad conjecturam *εἰςαναβάσασ᾽* incidit etiam Duentzerus in Zimm. ann. phil. 1836. p. 859. Cujus verbi objectum aut in universum sunt homines, aut suppl. *τινά*, aut ex *ὕβρις* suppl. *ὑβρίζοντας*. Aoristo 1. verbi *βαίνω*, ne quis tragicis forte poëtis eum abjudicet, usus est Eur. Alc. 1065.:

ἢ τῆς θανούσης θάλαμον εἰςβήσας (i. e. *νέαν γυναῖκα*) *τρέφω*:

et Hel. 1615. *ἐς δὲ γαῖαν ἐξέβησέ σοι τάδ᾽ ἀγγελοῦντα* (i. e. me).

Numeri denique hi sunt:

⏒ –́ ⏑ –, –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –
– –́ ⏑ –, – –́ ⏑ –
⏒ –́ ⏑ –, ⏒ –́ ⏑ –, ⏑ –́ ⏑*)
– ⏕́ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏒́
⏒ ⏕́ ⏑ –, –́ ⏑ – ⏑ – ⏓

892. *τίς ἔτι πότ᾽ ἐν τοῖςδ᾽ ἀνὴρ θυμῷ βέλη*
ἔρξεται ψυχᾶς ἀμύνειν;
εἰ γὰρ αἱ τοιαίδε πράξεις τίμιαι,
τί δεῖ με χορεύειν;

Sic plur. et optt. codd. Respondent prioribus duobus versibus antistrophici versus 906 sqq.

φθίνοντα γὰρ Λαΐου παλαιὰ
θέσφατ᾽ ἐξαιροῦσιν ἤδη . . . .

Sed vocem *παλαιά* omittunt La. pr. Lc. Suid. s. v. *ἐξαιροῦσιν*, Tricl., Junt. 2., eandemque ante *Λαΐου* collocant Par. a. et plus septem alii libri, post *θέσφατα* autem Lb., eamque quum hac varietate, tum numeris glossam fuisse prodi jam Herm. cognovit. Praeterea stropha una syll. abundat. Annotat autem schol.: *Φθίνοντα γάρ: ἀ. τ. παλαιά, παρεληλυθότα. γρ. φθίνων, ἵν᾽ ᾖ, μὴ λάθοι σε ὁ Λάϊος φθίνων, ἀλλὰ δείξαις αὐτοῦ τὸν θάνατον, τὰ γὰρ περὶ Λαΐου μαντεύματα ἐκβάλλουσιν, καὶ οὐ παραδέχονται τὰ παρὰ τῶν θεῶν εἰρημένα, ὡς ἀληθῆ. τὸ δὲ ἐξαιροῦσιν ἀ. τ. ἀφανίζουσιν. τὰ γὰρ ἐπὶ Λαΐῳ θεσπισθέντα ἐκφαυλίζεται ὑπὸ Ἰοκάστης, καὶ παραγράφεται καὶ ψευδῆ νομίζεται.* Hic igitur

*) De hoc v. cf. cap. 2. partis 2.

et *φθίνοντα* legit et *φθίνων*. *Τὰ* . . ., sive hoc scriptum invenit sive conjecit. Et hoc jam a Dind. est animadversum. Sed gl. *ἀ. τ. παλαιά, παρεληλυθότα* quibusdam ad *φθίνοντα* pertinere visa est. Atqui hoc ille neque per *παλαιά* commode interpretari poterat, neque eadem voce interpretatus esset, quae simul cum *φθίνοντα* a Soph. posita esset. Itaque ad aliam vocem referenda est. Quae videtur *πάλαι* fuisse, glossemate *παλαιά* olim explicata, postea expulsa. Inde sedes mutabilis, inde librorum discrepantia.

Sed quid multa? Ipsum vocab. *πάλαι* in cod. Trinitatis ab Elmsl. Cantabrigiae collato legitur. Quo restituto quum in str. jambus redundet, iterum scholia nobis subveniunt: *Τίς ἔτι τῶν ἀδίκων ἀφέξεται, τῷ θυμῷ αὐτοῦ* (scr. *αὑτοῦ*) *τὰς τῆς ψυχῆς κακίας ἀπελαύνων; ἢ οὕτω· τίς ἂν ἀπελάσειεν αὐτοῦ* (scr. *αὑτοῦ*) *τὴν τιμωρίαν, τοιαῦτα πράττων*. Haec duobus deberi auctoribus, ut de diversa verborum *ψυχῆς βέλη* explicatione taceam, vel *ἢ οὕτως* ostendit. Quorum priorem, quum *ἀπελαύνων* diceret, *ἀμύνων* legisse Dindorfium non fugit: habuit autem *ἔρξεται*, quod a nonnullis editoribus ejicitur, — annotat enim *ἀφέξεται*. — Ab altero deinde interprete *ἔρξεται ἀμύνων* eodem verbo *ἀπελαύνειν* explicatur, et *ψυχᾶς* voce *αὐτοῦ*, quod ab *ἀπελάσειεν* pendet. Huic scilicet homini *τὰ βέλη* tela erant punientia, idque ipsum a glossatore codicis Lips. accuratius glossa *τὴν θείαν δίκην* significatur: neque sequitur ut hi *θεῶν βέλη* legerint, quod ab iis spectatum esse ratus Herm. recepit. Sed vocem *θυμῷ* interpres noster neque commemoravit, neque habuisse potest, ut alienissimam a sua explicatione, eaque vel propter synonymum subst. *ψυχᾶς* proxime sequens ejicienda erat. Nam *θυμῷ* nihil nisi genitivi *θυμοῦ*, quem Flor. *Δ. Θ.* et ex corr. Mosq. a. ac Lips. a. praebent, corruptio, *θυμοῦ* autem vocis *ψυχᾶς* glossa videtur fuisse. Ita *θυμός* ad Aj. 716. explicatur *ψυχά*, et ad verba El. 331. *θυμῷ ματαίῳ γρ. ψυχῇ ματαίᾳ* annotatur, quam et ipsam glossam fuisse in cap. 4. §. 4. videbimus. Quamquam *θυμῷ*, ut priori scholiastae, etiam Suidae erat s. v. *κέρδος*, etsi ipsum posteriorem schol. ibi exscripsit. Neque tamen hoc quisquam mirabitur, qui scholiastam a Suida ne intellectum quidem esse animadverterit: nam quum in commentariis nostris *αὐτοῦ* pro *αὑτοῦ* inveniret, perperam *πράττων* in *πράττοντος* mutavit. Et habuit praeterea ineptum *ματαίων δὲ* pro *ματάζων*, quod libri ac scholia praebent.

Itaque haec videntur Sophoclis fuisse verba:

Τίς ἔτι πότ' ἐν τοῖσδ' ἀνὴρ βέλη
ἔρξεται ψυχᾶς ἀμύνων;

i. e. quis nisi omni pravitate abstinuerit, tela arcens prohibebit

ab anima sive vita sua? Quae tela divina esse ex toto contextu apparet, quum de diis solis agatur: dii autem tela sua poenae causa emiserunt.

Εἰ γὰρ αἱ τοιαίδε πράξεις τίμιαι,
τί δεῖ με χορεύειν;

i. e. quodsi Jocastae nefas inultum manet, quid venerer deos?

Φθίνοντα γὰρ Λαΐου πάλαι
θέσφατ' ἐξαιροῦσιν ἤδη,

i. e. Oedipus enim Jocastaque jam tollunt, ut intereant, vetusta Laji oracula. Ubi *φθίνοντα* prolepsis est, quam dicunt, et *πάλαι* adjective usurpatur, velut Oed. Tyr. **1245**:

καλεῖ τὸν ἤδη Λαΐου πάλαι νεκρόν,

et ex Herm. emendatione in Phil. **150**:

πάλαι μέλημα,

et in Eur. El. **497**:

πάλαι τε θησαύρισμα.

Repetitio verbi *ἕρξεται*, quum talibus rebus Graeci omnino offensi non sint, hoc loco a Soph. videtur etiam quaesita esse, ut sententia esset acutius dicta. Est autem haec: quisquis ab iis rebus, quas attingere nefas est, se non prohibebit, ne poenam quidem prohibebit. Neque quisquam hos numeros vituperabit:

⏑ ⏑́⏑ ⏑ –, –́ ⏑ – ⏑ –
–́ ⏑ – –, –́ ⏑ – – (dim. troch.)

1061. *ἄλις νοσοῦσ' ἔχω.* Schol. ... *τοῦτο δὲ δηλοῖ διὰ τὸ ἄλις νοσοῦσ' ἐγώ.* Hoc et ab omn. recipitur et teste Dindorfio codice Chiagiano Showii confirmatur.

1089. *οὐ τὸν Ὄλυμπον ἀπείρων, ὦ Κιθαιρών,*
οὐκ ἔσῃ τὰν αὔριον πανσέληνον.

Ita libri. — Antistropha haec habet:

Πανὸς ὀρεσσιβάτα προςπελασθεῖσα; ἤ σέ γέ
τις θυγάτηρ Λοξίου; τῷ γὰρ ....

Sed scholio *οὐκ ἔσῃ εἰς τὴν αὔριον ἀπείρατος τοῦ ἡμᾶς αὔξειν σε ....* confirmatur Hermanni, quam olim fecit, emendatio:

οὐκ ἔσει αὔριον ἐς πανσέληνον.

Neque hoc fugit virum egregium. Nam minime est credibile, scholiastam usitatissimo accusativo temporis praepositionem *εἰς* additurum fuisse, nisi eam legisset. Illi versui tum hic respondet:

ἤ σέ γέ τις θυγάτηρ Λοξίου που;

Nam *που* metri causa ab Hermanno optime est adjectum. Sequens

vero γάρ, quo Herm. veritus non est, nos tamen veremur versum incipere, interpreti alicui, qui τῷ pronomen relat. hic esse nescierit, deberi videtur. — In ceteris rebus ab Hermanni distributione horum versuum non recedimus.

In longe alia Wunderus abit, quem vocabulorum τὶς θυγάτηρ et σέ γε collatio adeo turbavit, ut σέ γε corruptum, τὶς θυγ. ab interprete adjectum putaret: neque tamen cuiquam adhuc certe persuasit. Dindorfium denique ipsa emendationis suae audacia refutat.

1182. τὰ πάντ' ἂν ἐξίκοι σαφῆ.

Insolentem tragicis formam editores ex Dresd. b. et Lc.¹, qui recte ἐξήκοι praebent, emendarunt. Sed mediocrium illorum librorum loco gravem scholiastae auctoritatem afferre poterant, cujus glossa βαίη aperte ad praeteritum tempus pertinet: praeteriti autem significationem ἥκω habet. Si lectionem ἐξίκοι habuisset, potius βαίνοι annotasset.

1198. τοξεύσας ἐκράτησας τοῦ...

metri causa nunc in τ. ἐκράτησε τ. mutatum est, quod ipsum Elmslejo non injuste scholiasta legisse videbatur. Quia enim illo cum verbo ἀνέστας, quod in v. 1201. exstat, proxime cohaeret, vix et secundam et tertiam personam legisse potest, sed aut bis secundam, aut bis tertiam. Jam ἀνέστα habuit annotans: πύργος δὲ ἀ. τ. ἀσφάλεια καὶ ἀπαλέξησις γέγονε: itaque eum verisimile est ante quoque tertiam habuisse personam.

1309. Inter anapaesticos versus hi inseruntur:

ποῖ γᾶς φέρομαι τλάμων; πᾷ μοι
φθογγὰ διαπέταται φοράδην;

Alii codd. διαπέπταται, nonnulli denique διέπταται: quod verbum omnino ejicitur ab Herm. ac Dind. Neque id scholiastae videtur fuisse enarranti: Ποῦ εἰμι; ἐν ποίῳ χωρίῳ ἡ φθογγή μου φέρεται; Hic scilicet φέρεται ex praecedente verbo φέρομαι supplevit, aut ita φοράδην explicuit suppleto verbo ἐστίν. Sed duo sequentes scholiastae jam volandi verbum legerunt. Et duo scholiastas h. l. jam Dind. distinxit: tres vero esse vel eo apparet, quod secundus vocem chori, primus Oedipi vocem significari censuit, tertio vero ἢ οὕτως praefixum est. Secundi igitur verba haec sunt:

Τίνος ἀκούω*); ποῦ ἐστιν ἡ φθογγὰ, ἥτις σφόδρα
μοι διαπέταται, ἧς φερομένης ἀκούω;

Huic Oedipus queri videbatur, se non conspicere, unde vox, quam choragus modo emiserat, sibi advolet. Sed eum ... φοράδην,

*) In codice punctum minus est.

τᾶς ἀΐω legisse, ut olim Herm. conjecit, ex illis verbis concludi non potest. Tum tertius interpres: ἀ. τ. ἀπέπτη μου καὶ ἡ φωνή inquit. Is igitur vocem Oedipi dici intellexit, sed volandi verbum et ipse jam legit.

1349. ὄλοιθ᾽ ὅστις ἦν, ὃς ἀπ᾽ ἀγρίας πέδας
νομάδος ἐπιποδίας ἔλυσεν, ἀπό τε φόνου
ἔῤῥυτο.

Sic plur. codd.: sed duo ἔλυσ᾽ ἔμ᾽, ceterorumque alii alio loco μ᾽ insertum habent; La. pr. denique ἔλαβέ μ᾽. Ἔλαβεν ex scholio ab Herm. receptum est. Nam vir doctissimus, quum stropha appareret, primum versum duos continuisse dochmiacos, sequentem autem trim. jamb. fuisse, convenientissime scripsit:

ὄλοιθ᾽ ὅστις, ὅς μ᾽ ἀπ᾽ ἀγρίας πέδας
νομ. ἐπ. ἔλαβεν, ἀπό τε φόνου ....

Id autem possit certe schol. habuisse, qui annotat: ἀπόλοιτο, φ., ὅστις ἀπὸ τῆς ἀγρίας πέδης τῆς διανεμομένης τοὺς πόδας μου, ἔλαβεν καὶ διέσωσέ με. Sed alter interpres scribens: ἐν τῇ δημοσίᾳ ὁδῷ τῇ ὑπὸ τῶν νομέων πατουμένῃ, nescio an legerit:

νομάδος ἐπὶ πεδιάδος,

quod multo certe foret simplicius. Tum tribrachys antistrophae iambo strophae responderet, id quod non offendit in trimetro: πεδιάς denique saepius substantivi vicem tenet. — Aliam quidem lectionem huic commentatori fuisse J. G. Schneiderus existimavit: ἐπὶ πατίας. Sed haec nulla est vox.

Postremo Pflugkii emendationem adjicio, in Zimm. ann. phil. 1841. p. 924. prolatam:

ὄλοιθ᾽ ὅστις ἦν, ὃς ἀγρίας π.
νομάδος ὃς ἐπ. ἔλε μ᾽ ἀπό τε φ.

Cui ex scholiis certe nulla accedit commendatio.

ANTIGONA.

18. ᾔδη, forma Atticis a vett. grammaticis vindicata et ex Sophocle ab Eustathio allata, pro lectione ᾔδειν, quae codicum est, ab omnibus est recepta: scholiasta enim ἀ. τ. ᾔδεα annotat. Quod enim pergit: καὶ ᾔδειν σε καλῶς ... nihil demonstrat, nisi in explicatione eum, ut consentaneum erat, vulgari suae aetatis formae usum esse.

40. τί δ᾽..... λύουσ᾽ ἂν ἢ θάπτουσα προςθείμην πλέον;

Sic codd. et schol., annotans: λύουσα τὸν νόμον καὶ θάπτουσα

τὸν ἀδελφόν. Sed pergit: εἰ δὲ γρ. ἢ θάπτουσα, ἀ. τ. λύουσα τὸν νόμον ἢ βεβαιοῦσα αὐτόν. Hoc θάπτουσα neque cum interpretatione convenit et litteram θ in rasura habet, quare a Cantero, etsi infelicissime, in τάττουσα est mutatum: recte a Brunckio in ἢ 'φάπτουσα, quam lectionem Par. a. servavit, idem scholium praebens. Eaque ipsa lectio a plerisque editoribus summo jure Sophocli restituitur, scholiastaeque explicatio egregie ab A. Boeckhio est confirmata.

45. τὸν γοῦν ἐμὸν καὶ τὸν σόν, ἢν σὺ μὴ θέλῃς,
ἀδελφόν. οὐ γὰρ δὴ προδοῦσ' ἁλώσομαι.

Schol. Δίδυμος δέ φ. ὑπὸ τῶν ὑπομνηματιστῶν τὸν ἑξῆς στίχον νενοθεῦσθαι, i. e. v. 46. Haec Wund. de auct. schol. p. 20. toto animo amplexus, versum illum nominat ineptissimum, eumque Sophoclis non esse evidentissimis argumentis a se probatum esse in editione ait. Quibus igitur Wund. persuaserit, iis nostrum schol. ad hoc caput erit referendum.

48. Ἀλλ' οὐδὲν αὐτῷ τῶν ἐμῶν εἴργειν μέτα.

Post ἐμῶν Br. sententiae causa μ' addidit, idque aperte schol. legit annotans: οὐ μέτεστιν αὐτῷ εἴργειν με ἀπὸ τῶν ἐμῶν. A quo pronomen μέ modo explicandi causa adjectum esse Wexius e sequente glossa: ἢ οὕτως· οὐ μέτεστιν αὐτῷ τὰ ἡμέτερα βουλεύματα εἴργειν, concludere non debebat. Nam utramque glossam non eidem deberi grammatico nota ἢ οὕτως ostendit; deinde ne apparet quidem, in alterius libro pronomen non fuisse, quoniam sententiam tantum respexit. Et probarunt pronomen plerique: non recepit C. W. Schneiderus, mire ἐμέ ex praecedente ἐμῶν supplens, et C. Wexius, molestissime et τῶν ἐμῶν a masculino ducens, et ad verbum εἴργειν supplens τοῦ τάφου: et A. Boeckhius in alterius de Antig. diss. p. 61.; ipse tamen vir summus quomodo explicet versum non dicit. Possit quidem εἴργειν fortasse absolute positum censeri: sed ejus usus exempla desidero. Quae donec inventa erunt, pronomen necessarium videbitur.

106. In glycon. systemate haec leguntur:

τὸν λεύκασπιν Ἀργόθεν
φῶτα πάντα πανσαγίᾳ....

deficiente ultima prioris versus syllaba. Quum vero vetus interpres τὸν Ἀργολικὸν στρατόν annotaret, A. Boeckhius convenientissime Ἀργεῖον restituit. Cf. Eur. Suppl. 474. Ἀργείων, cui voci respondet δαιδαλέαι-]σιν, Aesch. Suppl. 62. Τηρεΐας (antistr. αὐτοφόνως), Eur. Med. 819. Ἐρεχθεΐδαι (ant. τοῦ καλλινάου), alia.

110. ὃν ἐφ' ἁμετέρᾳ γᾷ Πολυνείκης,
ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων,
ὀξέα κλάζων αἰετὸς εἰς γᾶν
ὣς ὑπερέπτα.

Finis hujus strophae anapaestis constat, sed antistrophicis minores sunt. Desunt enim duo pedes, neque sententia est absoluta, quum ὅν (φῶτα) neque ab ἀρθεὶς pendere possit, ut C. W. Schneiderus voluit, — nam hoc intrans. est, — neque vero ab ὑπερέπτα, ut R. Klotzius in epist. crit. ad Herm. missa (Lips. 1841) contendit. Nam quod hic vir egregius censet, Polynicem dici exercitum inspiciendi causa supervolitasse, — quis, quaeso, hoc intellexisset nisi diserte enunciatum? Neque tum apta amplius aquilae foret similitudo. Deinde idem vir doctiss. quum ex sua explicatione ἐς γᾶν ad ὑπερέπτα referri jam non posset, verba ita conjunxit, ut conjungere vix licet. Nam vertit: acute clamans terram versus. Neque metro quidquam deesse ait: „videntur enim," inquit, „vett. poëtae, sive majore mentis instinctu aliquando ferebantur sive etiam neglegentia quadam artis regulam migrabant, non semper eum morem" (i. e. anapaestorum responsionem) „obtinuisse." — Et similiter jam Wund. judicavit. At hanc inaequalitatem huc certe non pertinere non est quod post doctam Wexii argumentationem denuo probem. Quare fieri non potest, quin duo anapaesti inserantur, et ejusmodi quidem, ut verbum contineant, quo accusativus ὅν regatur.

Quid vero, quod schol. id ipsum habuit? Is enim ad v. 111. annotat: ὅντινα στρατὸν Ἀργείων, ἐξ ἀμφιλόγων νεικέων ἀρθεὶς, ἤγαγεν ὁ Πολυνείκης, οἷον ἀμφιλογίᾳ χρησάμενος πρὸς τὸν ἀδελφόν. Quae, ni fallor, A. Boeckhium moverunt, ut ἀγαγὼν θούριος adderet; sed posterioris adjectivi quum nullum exstet vestigium, nescio an verisimilius ita versus refingamus:

ὃν ἐφ᾽ ἁμ. γᾷ Πολ.
ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφ.
εἰςήγαγεν, ἐν δ᾽ ὀξέα κλάζων
αἰετὸς ἐς γᾶν ὡς ὑπερέπτα...

Ubi ἐν δ᾽ „simul vero" significat: cf. Soph. Trach. 208. O. Tyr. 27. 182. al.; Ellendt. s. v. ἐν. II. A. Cetera A. Boeckh. de Antig. II. p. 62. explanavit.

117. φονίαισιν ἀμφιχανὼν κύκλῳ λόγχαις....
Plerique et metri et sententiae causa receperunt φονώσαισιν ex scholio τῶν φόνων ἐρώσαις λόγχαις.

127. Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους
ὑπερεχθαίρει, καί σφας ἐςιδὼν
πολλῷ ῥεύματι προςνισσομένους
χρυσοῦ καναχῆς ὑπεροπτίας,
παλτῷ ῥιπτεῖ πυρί.

Illis in genitivis explicandis interpp. se torserunt: tum productum jota in voce ὑπεροπτία offendit; schol. autem annotat: καὶ τὴν

τοῦ χρυσοῦ φαντασίαν ὑπερβεβηκότας τῇ ἰδίᾳ ὑπεροψίᾳ· ὑπερήφανον γάρ τι ὁ χρυσός. Quem quum Martinus in syll. comparativum adjectivi ab ὑπερόπτεσθαι ducti legisse cognosset, sagaciter hoc inventum esse Herm. ait, addens conjici posse ὑπεροπτοτέρους, quod adj. in O. Tyr. v. 883. exstet. Neuius contra comparativum vocis ὑπερόπτης in ιων terminatum desiderat, sine dubio contractam formam ὑπεροπτίους significans; at hic hujus vocabuli comparativus omni testimonio destitutus est. Comparativum quidem a schol. lectum esse Boeckhius p. 65. negavit: ὑπεροπτίας potius ab illo pro accusativo esse habitum. At tum interpres ita, ut fecit, enarrare non poterat. Quod vero comparativum Hermannus a poëtae mente hic alienum censeat, valde miror.

Quid vero quod schol. ne καναχῆς quidem habuit? Nam hanc vocem per φαντασίαν explicatam esse quis sibi persuadeat? Immo ni omnia me fallunt καύχης legit; cujus glossam ὑπεροπτίας fuisse et deinde comparativum ὑπεροπτοτέρους expulisse arbitror. Καύχη est gloriatio. Pind. Nem. IX. 7.

θεσπεσία δ' ἐπέων καύχαις*) ἀοιδὰ πρόςφορος.

Quanto autem hoc et simplicius est et aptius voce καναχῆς! Ut enim superbum strepitum mittam, — quis unquam auri superbiam in sono, non in splendore posuit? Itaque equidem non dubito, quin restituendum sit:

χρυσοῦ καύχης ὑπεροπτοτέρους,

i. e. superbiores quam auri gloriatio, sive quam glorians aurum. Quo scripto apta est similitudo, apta sententia, salva anapaestorum responsio. Etsi corrupta sententia jam alteri et recentiori sine dubio scholiastae erat, annotanti: οἱ δέ φασι λείπειν τὴν μετά, ἵν' ᾖ οὕτως· καὶ ἰδὼν αὐτοὺς προςνισσομένους μετὰ χρυσοῦ καὶ καναχῆς καὶ ὑπεροπτίας.... Quo scholio moti quidam editores θ' ante ὑπεροπτ. inseruerunt, sed sine jure, siquidem ille grammaticus coordinavit tres, quos legit, genitivos, quasi incisis essent disjuncti.

Postremo Emperii emendationem addo, quae vix consensum feret. Conjecit enim in nov. ann. phil. et paed. XXXIV. 1. 1842. p. 70:

χρυσοῦ καναχῇ θ' ὑπεροπλῆντας.

154. ἐλελίζων. Schol. ὁ κινησίχθων· ἐλελίχθονα δὲ τὸν Διόνυσόν φ.... et postea .... ὁ τῆς Θήβης πολίτης, ὁ ἐλελίχθων. Idem ἐλελίχθων in Aug. b. et Triclinianis Dresd. a. ac Par. t. (neque alium puto Par. esse ab Herm. h. l. laudatum) legitur. Ceteri codd. omn. et recentior schol.: ... ὁ τὰς Θήβας ἐλελίζων... annotans, ἐλελίζων habent: sed illud ut exquisitius nunc ab omnibus praefertur.

*) Sic Boeckh. pro καύχας.

155. *ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας*
Κρέων ὁ Μενοικέως
. . . . νεοχμὸς νεαραῖσι θεῶν
ἐπὶ συντυχίαις χωρεῖ . . . .

Hic aliquid excidisse respondente stropha non solum, sed hoc etiam scholio apparet: *ἀλλ' ἰδοὺ γάρ, Κρέων, ὁ νεωστὶ καινὸς βασιλεὺς τῆς χώρας γενόμενος, τῇ προσφάτῳ παρὰ θεῶν αὐτῷ δεδομένῃ ἐπιτυχίᾳ τοῦτο κατορθώσας.* Hic quum *προσφάτῳ ἐπ.* ad *νεαραῖσι . . . συντ.*, quae verba ab interprete ad sequentia aperte referuntur, pertineat, restant verba *νεωστὶ καινὸς . . . γενόμενος*, quorum in textu nullum remansit, nisi unum *νεοχμός*. Quare C. W. Schneiderus *νεοχμῶς νεοχμός* conjecit, et Herm. versus scholiis accurate adaptans ita restituit:

ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασ. χώρ.
ὃς τῆςδε (ἐστί), Κρέων ὁ Μεν. παῖς,
νεοχμῶς νεοχμὸς νεαραῖσι θεῶν . . . .

Omissum *ἐστίν* a schol. participio *γενόμενος* significatur. Minus bene Pflugkius in Zimm. ann. phil. 1841. p. 917:

χώρας Τῆς ἡμετέρας Κρ. ὁ Μενοικέως
Τί φρονῶν νεοχμόν . . . .

231. *Τοιαῦθ' ἑλίσσων ἤνυτον σχολῇ βραδύς.*

Schol. *γρ. ταχύς. Καίτοι* (Neue *καίπερ*) *ταχὺς ὤν, βραδέως ἤνυτον τὴν ὁδόν.* Inde Herm. aliique *ταχύς* receperunt, vocem *βραδύς* glossam verborum *σχολῇ ταχύς* fuisse censentes. Nihilominus Wund. de schol. auct. p. 16. veritus non est lectionem *ταχύς* appellare ineptam: *ἤνυτον ταχύς* enim esse i. q. perfeci celeriter. At non hoc, sed *ἤνυτον σχολῇ* h. l. dictum est, i. e. aegre perfeci: *ταχύς* vero ad hominis istius naturam pertinet. — Sed negat vir doctiss. *σχολῇ ταχύς* componi posse, nisi i. q. „vix celer" sit; hoc vero inepte pro *οὐ ταχύς* positum fore. At quidni aliter etiam componatur? Quin solent Graeci opposita verba hac ratione conjungere, neque ipse Wund. haesisset, opinor, si Soph. *ἤνυτον βραδέως ταχύς* dixisset. Moleste vero voces *σχολῇ* ac *βραδύς* ad idem redeuntes essent compositae. Itaque scholiastam hic quoque sequendum arbitror, atque facit mecum Wunderi censor Emperius in nov. ann. phil. et paed. 1842. 34. 1. p. 71.

320. *Κρέων. οἴμ' ὡς λάλημα δῆλον ἐκπεφυκὸς εἶ.*
Φύλαξ. οὔκουν τό γ' ἔργον τοῦτο ποιήσας ποτέ.

Schol. *Λάλημα τὸ περίτριμμα τῆς ἀγορᾶς, οἷον πανοῦργος.* Hoc J. G. Schneiderus in lexico probatus a Dindorfio ad *ἄλημα* refert, quod subst. in schol. Aj. 381. eodem modo *τρίμμα*, ibidemque ad v. 389. *παραλογιστικὸν πανούργημα*

ἢ περίτριμμα*) explicatur, et h. l. a Musgravio ac Boeckhio praefertur. Et summo quidem jure. Nam loquacem Creo custodem jam v. 244. et 316. appellaverat: quid igitur hoc repetat? Sed aptissime astutiam hominis nunc carpit, qua verbis:

ἐν τοῖσιν ὠσὶν ἢ 'πὶ τῇ ψυχῇ δάκνει;
ὁ δρῶν σ' ἀνιᾷ τὰς φρένας, τὰ δ' ὦτ' ἐγώ,

poenam effugere studuerit. Idque vel nexu apparere jam Boeckh. de Ant. II. p. 67. monuit. — Quamquam λάλημα jam alteri schol. erat annotanti: ἀ. τ. οὐδέποτε ἐφλυάρησα.

324. Κόμψευε νῦν τὴν δόξαν.

Moschop. ab editoribus laudatus κ. τὴν δόκησιν legit, neque aliter schol. annotans: Σεμνολόγει· τὴν δόκησιν περιλάλει. Quem cum Moschop. consentire Hermannus jam, etsi dubitanter, dixit, Dindorfius vero δόξαν interpretatum esse censet: ita enim ad Ant. 1111:

δόξᾳ τῇδ' ἐπεστράφην (sic enim schol. c. Lab.)

annotari δοκήσει μετεστράφην, a Moschopulo vero glossam cum textu commutatam esse. At νῦν certe scholiastae videtur ignotum fuisse, et subst. δόκησιν praetulerunt et Herm. et Wexius et Wurm. in act. phil. Monac. III. p. 566. Wurmius quidem νῦν δόκησιν scribit, illa particula orationi vim quandam addi ratus. Quam vim equidem non sentio, immo mihi νῦν h. l. parum videtur aptum; itaque schol. ac Moschop. lectionem veram esse existimo.

326. τὰ δεινὰ κέρδη πημονὰς ἐργάζεται.

Sic codd. omn.; sed δειλά in marg. Turn. notatum, sine dubio ex hoc scholio: γρ. τὰ δειλά· ἀ. τ. κακά (sic scil. τὰ δεινὰ κέρδη explicantur) ἀπὸ τοῦ τοὺς δειλοὺς εἶναι ἀχρείους. Et hoc ab omnibus editoribus praefertur.

340. ἰλλομένων ἀρότρων ἔτος εἰς ἔτος.

In codd. leguntur quum alia, tum εἰλομένων, ἀπλομένων, παλλομένων. Sed ex scholiis: γρ. ἰλλομένων, et καὶ περικυκλούντων τῶν ἀρότρων, omnes veram lectionem restituerunt.

348. κρατεῖ δὲ μηχαναῖς ἀγραύλου
θηρὸς ὀρεσσιβάτα, λασιαύχενά θ'
ἵππον ἄξεται ἀμφίλοφον ζυγὸν
οὔρειόν τ' ἀδμῆτα ταῦρον.

Sic codd., nisi quod ἕξεται est in Par. f., et supra scripto α in La., in nonnullis denique ἄξετ'. Sed et metro syllaba deest et futurum est absonum. Acute enim, ut solet, Hermannus observat, futuro id, quod fieri soleat, significari solis in conditionalibus

*) Descripsit hoc Suid. s. v. ἄλημα, nisi quod ἐπίτριμμα dixit.

sententiis, quocum quod ad tragicos poëtas attinet, etiam G. Bernhardius in synt. p. 177. consentit. Herodotus quidem, quo vir quidam clarissimus futurum nostrum tueri studuit, in l. VI. c. 119. ait: καὶ γὰρ ἄσφαλτον .... ἀρύσσονται*) ἐκ τούτου, jam sequente ejus rei descriptione. Sed quia in ea ipsa descriptione Herodotus jam solas temporis praesentis formas adhibet, quidam censuerunt, etiam ἀρύσσειν praesentem aliquam esse formam, F. Jacobsius ἀρύτονται, A. Matthiae ἀρύονται emendarunt. Illa igitur verba certe dubia sunt.

Itaque certatim ab hominibus doctis conjecturae sunt propositae, quarum quum ceterae in editionibus collectae sint, unam affero Pflugkii in Zimm. ann. phil. 1836. p. 292. prolatam:

ἵππιον ἕζεται ἀμφὶ λόφον ζυγόν.

Audacissimam vero Triclinii conjecturam omisisse satius erit. — Omnino haec mittamus; complures enim cognoverunt hic quoque omnem salutem a scholiasta, quippe cujus enarratio aptissima esset, etsi libris non responderet, esse repetendam. Ait enim: ἀ. τ. περιβαλὼν αὐτῷ ζυγὸν περὶ τὸν λόφον, ὑπάγει .... καὶ λείπει ἡ ὑπό· ὑπὸ ζυγὸν ἄγει. Quo nisus Franckius in thesi dissertationi inaugurali Berolini a. 1839 scriptae et fastorum Horatian. capp. priora continenti annexa conjecit:

ἵππον ἄναξ ἔχει ἀμφιβαλὼν ζυγόν.

Omnium autem proxime ad verum Wexius videtur accessisse, emendans:

ἵππον ἄγει λόφον ἀμφιβαλὼν ζυγόν.

Cujusmodi duplex accusativus in Eur. Androm. v. 110. legitur: δουλοσύναν στυγερὰν ἀμφιβαλοῦσα κάρα, quam lectionem Matth. et Pflugk., quum Dind. κάρᾳ scripserit, defendunt, — et in Eur. Suppl. v. 68: νέκυν ἀμφιβαλεῖν λυγρὰ μέλη, et in Hom. Odyss. X. 365:

ἀμφὶ δέ με χλαῖναν καλὴν βάλεν ἠδὲ χιτῶνα,

qui versus quidem tum solum huc pertinet, si cum lexici Homerico-Pindarici auctoribus tmesin hic esse censemus. Similiter Herodotus denique I. 163. a Matthia in gramm. Gr. §. 426. laudatus dixit: τεῖχος περιβαλέσθαι τὴν πόλιν.

Illud igitur si Soph. scripsit, sine dubio ad v. 344., ubi jam ἀμφιβαλὼν ἄγει de avibus dixerat, monstrare voluit; scholiasta autem verba, etsi perperam, ita aperte construxit: ἄγει ἵππον (ὑπὸ) ζυγὸν, ἀμφιβαλὼν ζυγὸν (περὶ) λόφον. Nam praepositiones grammaticus suo more supplevit. Quod ad corruptionis originem attinet, futurum ἄξεται Wexius suspicatur ex

*) Ita Bekk. Gaisf. Baehr. alii pro ἀρύσσονται ex Flor. et Cantabr. Sankrofti.

glossa aliqua ἱππάζεται ortum esse; potest etiam ex verbo ἐπάξεται prodiisse, quod postea in v. 362. legitur.

Sed hoc quoque loco alteri interpreti jam corrupta erat lectio. Is enim adscripsit ἢ ἀμφίλοφον cum explicatione hujus vocabuli, et ad v. 352: ἀπὸ κοινοῦ τὸ ὑπὸ ζυγὸν ἄξεται*).

367. ποτὲ μὲν κακὸν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει,
νόμους παρείρων χθονὸς,
θεῶν τ' ἔνορκον δίκαν
ὑψίπολις· ἄπολις ὅτῳ τὸ μὴ καλὸν
ξύνεστι τόλμας χάριν.

Verbum παρείρειν plerisque summae erat offensioni. Quo Hermannus exemplis docuit significari „alieni aliquid inserere.“ Hoc vero ipsum fere esse i. q. confundere ideoque evertere Boeckhius addidit. Sed ut libere dicam quod sentio, sane haec verbi esset significatio, si hîc scriptum esset: νόμους χθονὸς παρείρων εἰς τὴν τῶν θεῶν δίκην: quod quum scriptum non sit, utique ea res desideratur, cui illae leges sint insertae. Illud certe, quamvis quaesivissem, nullo exemplo comprobatum vidi, παρείρειν simpliciter i. q. confundere esse. Quare h. quoque l. cum aliis ad scholiastam nostrum confugio, qui haec annotans: Ὁ πληρῶν τοὺς νόμους καὶ τὴν δικαιοσύνην, ὑψίπολις γίνεται, minime potest παρείρων legisse. Immo legit sine dubio περαίνων. Sic Hesych. περαίνει. ἐπὶ πέρας ἄγει, πληροῖ, ἀνύει. περαίνειν, ἐξανύειν, ἀποπληροῦν. Etym. Gud. περάνας. πληρώσας. Zonaras: πεπερασμένον, πεπληρωμένον. Similiter hoc verbo utitur Eur. Jon. 1569: ὡς περαίνω πρᾶγμα καὶ χρησμοὺς θεῷ et Phoen. 1703: νῦν χρησμὸς.... Λοξίου περαίνεται. — Ad idem inciderunt Wund. in emendd. Trachin. p. 161., aptissime glossam schol. Eur. Phoen. 589. πληροῖ ad περαίνει adscriptam conferens, et ante eum jam Pflugk. in Zimm. ann. phil. a. 1836. p. 263. et Const. Matthiae in quaestt. Soph. p. 17., nisi quod hi duo viri πειραίνων scripserunt, qua productione opus non erit, si cum Boeckhio reposueris πάγων ὑπαίθρια. Nam produci posse hoc jota et Boeckh. censet et ex Arist. nub. v. 371., laudato a Buttm. in gramm. ampl. §. 7. not. 12. apparet, ubi αἴθρια legitur. Addo exemplum ex ipso Sophocle. Ait enim Steph. Byz. s. v. Ἀνακτόριον, Ἀκαρνίας πόλις.... Σοφοκλῆς δέ φ. διὰ του ι· Ἀνακτόριον τῆσδ' ἐπώνυμον χθονός. καὶ Εὐγένιος**) δὲ ὁ πρὸ

*) Sic Elmslejus. In codice ἕξεται, supra scripto α, plane ut idem La. in textu habet teste Elmslejo. Quod Dindorfius ex scholiis affert ἕζεται supra scripto α, typothetae videtur lapsus esse.

**) De hoc v. Richterum de A. S. E. interpp. Gr. p. 94.

ἡμῶν τὰς ἐν τῇ βασιλίδι σχολὰς διακοσμήσας, ἐν συλλογῇ λέξεων διὰ διφθόγγου φησίν. ἔοικε δ' ἀστιγεῖ*) ἐντετυχηκέναι βιβλίῳ. ἡμεῖς γὰρ διὰ τοῦ ι εὕρομεν.

Quodsi cum Boeckhio ante ὑψίπολις interpungimus, περαίνων pertinet ad ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει, sin cum libris post illud adj., περαίνων subj. et ὑψίπολις praedicatum est. Quorum neutrum a sententia est alienum. Nam schol. quum ἄπολις δὲ ἐκεῖνος diceret, cum quibusd. codd. ἄπολις δ' eum legisse conclusit quidem Dindorfius, sed concludere non debebat, siquidem asyndeton ab interprete, ut par erat, particula oppositionis est redditum. — Itaque v. 368—69. Soph. probum piumque hominem, v. 370—71. malum ac nefastum descripsit.

406. καὶ πῶς ὁρᾶται κἀπίληπτος εὑρέθη;
Sic codd. Sed Ald. et Juntt. ηὑρέθη, La. εὑρέθη supra scripto η. Quae quum jam corruptionis suspicionem movissent, scholium ποίῳ τρόπῳ αὐτὸν συνελάβεσθε καὶ κατειλήφατε effecit, ut nunc editores omnes ᾑρέθη reciperent.

519. Ἀντ. Ὅμως ὅ γ' Ἅιδης τοὺς νόμους τούτους ποθεῖ.
Κρέων. Ἀλλ' οὐχ ὁ χρηστὸς τῷ κακῷ λαχεῖν ἴσος.

γρ. τοὺς νόμους ἴσους, schol. Ἴσος in optt. codd. est, ceteri ἴσον habent; ἴσους autem Boeckhio, Neuio, aliis unice rectum videbatur propter causas, quas apud hos viros videas, et lectionem τούτους paene unus tuitus est Hermannus. Item omnes paene receperunt

v. 521. κάτωθεν ex scholio γρ. κάτωθεν ἀ. τ. κάτω, ὡς τὸ Αἴας ἐγγύθεν ἦλθεν (Ἰλ. VII. 219.) ἀ. τ. ἐγγύς, pro librorum omnium scriptura:

τίς οἶδεν, εἰ κάτω 'στὶν εὐαγῆ τάδε;

Illa enim lectio exquisitior est, glossae autem speciem et κάτω praebet, et ἐστίν, quod verbum ad totam sententiam aperte adscriptum est.

527. φιλάδελφα κάτω δάκρυα λειβομένη.
Ita codd.: sed metri causa plerique δάκρυ' εἰβομένη scripserunt. Propius vero etiam Wexius ad codd. accessit, qui scholio φιλαδέλφως motus, collata Bernh. synt. Gr. p. 58. δάκρυ λειβομένη conjecit. Sane enim verisimile non est, scholiastam, si pluralem modum legisset, non φιλάδελφα δάκρυα potius conjuncturum fuisse. Etsi alteri scholiastae annotanti φιλάδελφα δάκρυα λειβομένη jam corrupta erat lectio.

---

*) Lehrs de Arist. stud. Homer. p. 370. haec Stephani verba laudans ἀγενεῖ scripsit, sed sine dubio calami lapsu, quum ipse p. 371. eandem sententiam respiciens adjectivum ἀστιγής explicaret. Usus est eo Steph. s. v. Βάβρας, et al.

557. Secundum plurimos libros Antigona Ismenae dicit:

καλῶς σὺ μὲν ϑοῦ τοῖς δ' ἐγὼ 'δόκουν φρονεῖν.

La. sec. *μέν τοι*, unde in aliis codd. nonnullis *μέντοι* exortum est. Quod si cum lectione *ϑοῦ* compares, *σοί* potius antiquam fuisse scripturam credas, quam *τοῖς*, quod in Par. a. et La. pr. est: hoc enim facile ex sequente *τοῖς* oriri potuit. Ac revera *σοί*, ut jam Martinus in syll. cognovit, interpreti fuit, annotanti: *Σεαυτῇ καλῶς ἐδόκεις φρονεῖν, μὴ συμπράττουσά μοι:* idque pronomen minime h. l. vituperandum esse non est, quod moneam.

587. *ὅμοιον ὥστε ποντίας ἁλὸς*
οἶδμα δυςπνόοις ὅταν
. . . . . ἐπιδράμῃ πνοαῖς.

Versui 587. quum iamb. dimeter responderet, omnes, quod Elmsl. ac Martinus a vetere interprete lectum esse cognoverant, *ποντίαις* omissa voce *ἁλός* receperunt. Nam annotat grammaticus: *ὅμοιον ὡς ὅταν Θρήσσῃσιν ποντίαις δυςπνόοις πνοαῖς. . . .* Et *ποντίαις* jam La. sec.

600. *ῥίζας τέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις.*

Huic versui in stropha v. 598. respondet:

Θρῄσσῃσιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς.

Quare Herm., quem jure plerique secuti sunt, ex scholio *νῦν γὰρ ὅπερ ἐ τ έ τ α τ ο φῶς*) καὶ σωτηρία . . . .* augmentum plusquamperfecto adjecit; non adjecit Wexius, Triclinii lectione *Θρῄσσαις* recepta. At minime vero est simile, vulgariorem formam exquisitiore esse expulsam, et *Θρῄσσῃσιν* bonis libris omnibus ac scholiis commendatur; metrum denique, quod Wexius hîc constituit dochmiacum

– –́, ⏑ ⏑́⏑ ⏑́⏑ ⏑ ⏑⏑, ⏑ –́ ⏑ –

a ceteris hujus strophae metris est alienum. Itaque Hermanno assentimur.

De reliquis lectionibus, quas eodem scholio freti complures receperunt, in hujus partis cap. III. locutus sum.

608. Chorus his verbis ad Jovem se vertit:

ἀγήρῳ δὲ χρόνῳ δυνάστας
κατέχεις Ὀλύμπου μαρμαρόεσσαν αἴγλαν.
τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον
καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει
νόμος ὅδ', οὐδὲν ἕρπει
ϑνατῶν βιότῳ πάμπολις ἐκτὸς ἄτας.

Quas difficultates et sententiarum nexus et dicendi ratio h. l. pararent, satis interpretes docuerunt. Quo accedit quod neque futurum *ἐπαρκέσει* neque pronomen *ὅδε* quisquam scholiastarum

*) Sic optime Herm. In cod. *φ* supra scripto *η*, i. e. *φησί*.

tuetur, ut in partis prioris cap. 1. §. 3. vidimus: immo omnes *ἐπαρκέσαι*, quidam *νόμος δ'* legerunt. Quare si illos secuti et sententiae et numeris prospicere velimus, ita versus restituamus:

. . . . δυνάστας Κατέχεις . . . . αἴγλαν,
τό τ' ἔπειτα. . . . . .
καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσαι.

Semper dominus tenes Olympum, ita ut in omnia tempora sis adjutor. Et ipsum *ἐπαρκέσαι* codice Livin. v. praebetur. Tum:

Νόμος δ' οὐδὲν ἕ. θ. β. π. ἐ. ἄ.,

i. e. ratio vero rerum humanarum (cf. Wex.) communis mortalium vitae minime procedit sine *ἄτῃ*, sive sine culpa ac pernicie. Hanc enim utramque simul subst. illud comprehendit. Totius rei nexus tum hic est: tu, Juppiter, es omnipotens: homo vero nullus peccatis malisque liber est. Metrum denique hoc est:

◡ ◡◡́ –́ ◡ – –

νόμος δ' οὐδὲν ἕρπει.
θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν.

Novae quaedam emendationes hae sunt:

Ellendtii s. v. *πάμπολις*: *ἐπαρκέσει*
νόμος ὅδ', οὐδὲν ἕρπειν
θνατῶν βίοτον πάμπολιν ἐκτὸς ἄτας.

Pflugkii in Zimm. ann. phil. a. 1836. p. 294:

μόνος ὁ σοῦ μέθ' ἕρπων
θνατῶν βιότῳ πάμπαν ἄϊστος ἄτας,

coll. Eur. Tro. 1313. — Adolfi Schoellii in vit. Soph. (Frcf. ad M. 1842) p. 154. not. *οὐδὲ λείπει*, pro *οὐδὲν ἕρπει*, ejectis vv. 614. et 625. Quibus omnibus lenior certe mea est ratio. Bernhardius conj. *νόμος, ὃ δ'*. Hanc et plerasque alias conjj. bene refutat Winiewski in progr. 1839 Monast. de Soph. Ant. cantico chori tertio scripto. Ipse tamen non satis distincte de scholiis agit, et, altera quadam explicatione recte missa, alteram proponit, qua Jovis potentia hominibus perniciosa fingatur. At hoc neque a pio viro dici decebat neque h. l. ad nexum est aptum.

629. *ἀχνύμενος*
τῆς μελλογάμου νύμφης τάλιδος ἥκει.

Sic codd.: soli Livin. duo et Dresd. a., et, ut videtur, Pollux quoque *νύμφης* omittunt, quod omittendum esse et sensu et numeris docemur. Neque id scholiastae habuerunt, quorum alter:

Τᾶλις λέγεται παρ' Αἰολεῦσιν ἡ ὀνομασθεῖσά τινι νύμφη. . . . .,
alter: *τῆς νύμφης.*

646. *τί τόνδ' ἂν εἴποις ἄλλο πλὴν αὑτῷ πόνους φῦσαι . . . .*

Sic codd.; sed schol.: γρ. πέδας, ἵν' ᾖ ἐμπόδιον, δεσμοὺς, κώλυμα τοῦ πράττειν ἃ βούλεται. Unde plerique πέδας receperunt, cujus vocis glossam πόνους fuisse quum alii tum Wund. de auct. schol. p. 17. docuit. Mire eam Wexius arbitrariam grammatici mutationem censet: quasi ulla mutandi fuerit causa!

681. εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλήμεθα s. κεκλίμεθα codd. Sed ex scholio σεσυλήμεθα fere omnes κεκλέμμεθα receperunt.

687. Haemon laudata patris sententia hoc versu pergit ita:

γένοιτο μεντἂν χἀτέρῳ καλῶς ἔχον.

Sed schol.: Δυνατὸν δὲ καὶ ἑτέρως καλῶς μεταβουλεύεσθαι. Itaque legit χἀτέρως, quod Erfurdtius, etsi minus considerate dativum ineptum appellans, recepit, et quod suo jure Herm. quoque praetulit, quia alias καὶ ἄλλῳ potius exspectaretur. Idem Neuius probavit: alias enim ἂν omittendum fuisse. Utut vero hoc est, recepto dativo Wexii certe translatio: „possit vero etiam alius assequi, quod recte se habet," probari nequit: nam tum τὶ addendum erat, quod hîc necessarium non fuisse minus recte Matth. in gramm. p. 1082. §. 487. 7. videtur censere. Etiam minus aptae ceterorum sunt explicationes, quibus missis una restat haec: „etiam alius hominis res bene habere se potest," ita ut de mente hominis atque ratione cogitetur. Atque nescio an καλῶς ἔχει ad exteriorem potius, quam ad animi condicionem pertinere soleat. Optime autem verba recepto dativo procedunt.

836. καίτοι φθιμένῳ μέγ' ἀκοῦσαι,
τοῖς ἰσοθέοις ἔγκληρα λαχεῖν
ζῶσαν καὶ ἔπειτα θανοῦσαν.

Postremus v., qui maximo est incommodo, deest in Par. a., et edd. vett., atque ejicitur a plerisque viris doctis; neque ab scholiasta commemoratur, immo ignotus ei erat, ut ex hac enarratione sequi videtur: καίτοι σοι φθιμένῃ ἢ φθιμένῳ παντὶ, μακαριστὸν ἂν εἴη, τὸ τῆς αὐτῆς μοίρας τυχεῖν τοῖς ἰσοθέοις· οἷον μακάριοις ἂν εἴη, ὅστις τοῖς ἰσοθέοις ὁμοίως ἐτελεύτησεν. Itaque de vivendo ille nihil. Tum vero ex eodem scholio concluserunt, veterem interpretem φθιμένᾳ σοὶ legisse. At nonne statim addit ἢ φθιμένῳ? Ad quod ipsum illam annotationem pertinere jam Herm. cognovit. Et legitur φθιμένῳ in Ricc., supra scriptum est in La., etsi utrique codici jota subscr. deest; ceteri codd. φθιμένα, φθιμέναν, φθιμένην, unus Par. a., quem ed. Ald. sequitur, φθιμένᾳ, quod correctioni est simillimum. Offenderat scilicet masculinum ad Antigonam relatum. Sed praefertur etiam masculinum genus hujusmodi in enunciatis, ut recte Wexius monuit, quare a plerisque φθιμένῳ receptum est. Versuum denique ordinem sic Herm. constituit, ut paroemiacus legitime systema clauderet; quamquam de ordine, quem interpres secutus est, nihil concludi potest.

846. ξυμμάρτυρας ὔμμ' ἐπικτῶμαι.

Schol. γρ. ἐπιβοῶμαι. Hanc non var. lectionem fuisse, sed glossam ad ἐπαυδῶμαι, quo ex verbo alienum a sententia vocabulum ἐπικτῶμαι ortum sit, bene Wund. de auct. schol. p. 17. demonstrat.

848. Cf. II. cap. 3.

862. Ἰώ,
ματρῷαι λέκτρων ἆται,
κοιμήματ' αὐτογέννητ'
ἐμῷ πατρὶ δυςμόρου ματρός.

Et metri et sensus causa Herm. κοιμήματά τ' conjecit, quae conjectura postea codice Vat. ac scholio καὶ συνουσίαι τοῦ πατρὸς αὐτογενεῖς confirmata ab omnibus probata est. Et illius enarrationis auctor num αὐτογέννητ' legerit, quod in Livin. v. et plene scriptum in Dresd. a. ac Par. t. exstat, atque metro flagitatur, an αὐτογένητ', quod ceteri libri praebent, non liquet; alter vero interpres et hoc et κοιμήματ' habuit, commentans: Τὸ δὲ ἑξῆς· κοιμήματ' αὐτογένητα, κοιμήματα δυςμόρου ματρὸς, ἐμῷ πατρὶ αὐτογένητα.

887. Creo ministris acclamat:

ἄφετε μόνην ἔρημον, εἴτε χρὴ θανεῖν,
εἴτ' ἐν τοιαύτῃ ζῶσα τυμβεύσει στέγῃ.

Schol. Εἰ χρήζει καὶ θέλει, unde primus Dind. χρῇ restituit, compluribus ejus formae exemplis allatis.

966. παρὰ δὲ Κυανέων πελαγέων πετρῶν διδύμας ἁλὸς
ἀκταὶ Βοσπόριαι ἰδ' ὁ Θρῃκῶν
Σαλμυδησσός.

Et numeris et sententiae πετρῶν officit, quod deest codici Livin. p. et scholiastae, annotanti: ἀ. τ. παρὰ δὲ τοῖς κυανέοις πελάγεσι τῆς διδύμης θαλάττης.... Κυανέοις δὲ πελάγεσιν εἶπεν, τοῖς ὑπὸ τῶν Κυανέων πετρῶν παρεχομένοις. Quare ejectum est ab omnibus, quomodo vero ortum sit, ex eodem scholio apparet. Deinde antistrophae causa A. Boeckhius, vir summus, ἄξενος post Θρῃκῶν inseruit, quae conjectura aut orta est aut egregie confirmatur scholio: Ὁ Θρᾳκικὸς Σαλμυδησσός· πέλαγος δέ ἐστι δυςχείμερον περὶ Θρᾴκην· Αἰσχύλος (Προμ. 725.) Σαλμυδησσία γνάθος ἐχθρόξενος ναύτῃσι. Ita ἀπόξενον in schol. Oed. Tyr. 196. explicatur δυςχείμερον.

1081. ὅσων σπαράγματ' ἢ κύνες καθήγνισαν,....
Sic codd. Sed editores plurimi receperunt καθήγισαν ex Hesychio et scholio μετὰ ἄγους ἐκόμισαν.

1165. *τὰς γὰρ ἡδονὰς*
ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ
ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν.

Postremum v. omissum codicibus omnibus, habuerunt Athenaeus, Eustathius, scholiasta; hic enim enarrat: *οὐ τίθημι, φ., ἐν τοῖς ζῶσι τὸν τοιοῦτον· οἷον οὐ νομίζω ζῆν ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα ......*

Nota. Omisi h. l. v. 1299., ubi pro verbis *τάδ' ἐναντία* ex scholio *γρ. τὸν δ' ἔναντι* haec lectio ab omnibus est recepta; sed eadem codice Par. a. servata est, quare non soli commentarii rectum ac verum praebuerunt.

OEDIPUS COLONEUS.

24. *Ἀντ. Τὰς γοῦν Ἀθήνας οἶδα· τὸν δὲ χῶρον οὔ.*
Οἰδ. πᾶς γάρ τις ηὔδα τοῦτον ἡμὶν ἐμπόρων.
Ἀντ. ἀλλ' ὅστις ὁ τόπος ἦ μάθω μολοῦσά ποι;

In v. 25. ex Heathii conjectura postea codice Par. f. confirmata omnes *τοῦτο γ'* scripserunt; et neutrum pronominis genus interpreti quoque erat, annotanti: *Τί ηὔδα; ὅτι αὗταί εἰσιν αἱ Ἀθῆναι.* Id quod solus animadvertit Reisigius.

35. *οὕνεχ' ἡμὶν αἴσιος*
σκοπὸς προσήκεις τῶν ἃ δηλοῦμεν φράσαι.

1) *Ὅτι αἴσιος ἡμῖν σκοπὸς ἀφῖξαι, ὥστε φράσαι περὶ ὧν ἀγνοοῦμεν·* 2) *ἢ ὥστε φράσαι ἡμῖν, ἅ σοι λέξομεν. τῶν) ἀ. τ. τούτων.* Posterius scholium, quod ab *ἢ* incipit, ad vulgatam pertinet corruptionem, prius vero inter omnes constat ad *ἀδηλοῦμεν*, lectionem unice veram, referendum esse. Duo igitur scholiastae scribendi tantum ratione differunt. Sed alter certe *τῶν* legit, quod in libris est omnibus, damnatur vero ab Elmslejo, quia in trimetris jambicis articulus pro pron. relat. non usurpetur; quare hic *ὧν*, Herm. relicto articulo, etsi dubitanter *προσῖξαι* conjecit, credens fortasse ita priorem interpretem legisse, cujus enarrationem supra descripsimus. Sed neque hoc potest colligi, neque regula illa adhuc ad liquidum est perducta. Nam quum Sophocles in canticis certe neque vitandi hiatus causa, neque syllabae positione producendae gratia articulo pro pron. relat. usus sit, (cf. O. Col. 702. Ant. 1136. Phil. 709. 1127. Aj. 226. 255.) eum adhibuerit autem pro pron. relat. in diverbiis, nescio an casu factum sit, ut post consonantem nostris septem in tragoediis positus non inveniatur nisi in canticis. Potius ne Sophocles quidem pristinum

poëtarum epicorum, qui articulum pronomenque relat. nondum distinguebant, usum videtur aspernatus esse.

44. ἀλλ' ἵλεῳ μὲν τὸν ἱκέτην δεξοίατο.

Hoc omnes ex scholio ἵλεῴ μοι αἱ Εὐμενίδες receperunt. Par. enim b. et t. ἵλεω sine jota, ceteri codd. ἵλεως praebent.

Pergit Soph. secundum libros v. 45:

ὥστ' οὐχ ἕδρας γῆς τῆσδ' ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι.

Hoc servat nunc Hermannus assensus Kuhnhardtio, qui Oedipum ex Eumenidum, i. e. Propitiarum nomine conjecturam fecisse, sibi quoque eas propitias fore, itaque abeundum sibi non fore censuerit. — At conjecturam Oedipus non fecit: nam tum v. 44. ἂν addidisset. Praeterea interrogatus, cur verba illa, de quibus agimus, dixisset, senex id fato sibi destinatum esse respondit. Haec igitur erat causa cur abire nollet; contra si id, quod Kuhnhardtius vult, Oedipus dixisset, necesse esset, ut ab Apolline ea demum condicione, si a deabus benigne reciperetur, restare jussus esset. Sed ejusmodi oraculum datum non erat. Quare vix facere possumus, quin cum plurimis editoribus ex scholio: ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀναστήσομαι ἐντεῦθεν voculam ὡς pro ὥστ' recipiamus.

57. χαλκόπους ὁδός codd. Sed schol. recte ὀδός, ut exemplo hic allato: χάλκεος οὐδός, apparet, tum annotatione ad v. 1590: ἀ. τ. οὐδόν, ubi in textu iterum ὁδόν in codd. legitur, denique scholio ad 192., ubi interpres liberius Sophoclis non verba, sed sententiam laudans ait: ὅπερ ἄνω εἶπε χαλκοῦν οὐδόν. Illud vero mirum non est, codicis La. librarium, ut in textu, ita etiam in scholiis spiritum asperum adjecisse, quod ter fecit in annot. ad v. 57., ne de lemmate dicam, — semel ad v. 1590., scribens: ὃν ἐν ἀρχῇ εἶπεν χαλκόπουν ὁδόν. Nisi forte jam scholiastae veteris aetate falsa increbuerat aspiratio ex vulgari quadam consuetudine, velut Eustath. ab Reisigio in enarr. allatus ὁδόν i. q. οὐδόν esse tradit.

94. σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδέ μοι παρηγγύα.

Ita hic versus recte in schol. v. 1456. laudatur; codd. falso παρεγγύα, etsi η in Par. a. est sprscr. Rectam lectionem jam grammaticus, qui codicum Par. b. t. Vat. Farn. recensionem instituit, ut videtur conjectura invenit. Cf. de his libris Elmsl. ad Oed. Col. v. 7.

98. οὐ γάρ ἄν ποτε
πρώταισιν ὑμῖν ἀντέκυρσ' ὁδοιπορῶν.

Codd. omn. ὑμῶν, sed dativus ex Suida s. v. νηφάλιος θυσία restitutus est, ubi totum scholium Laurentianum versus 100., paucis immutatis, est descriptum. Sed quum Suidae codd. Par. a. Leid. Oxon. c. ὑμῶν praebeant, dativus confirmatur scholio nostro:

οὐ γὰρ ἄν ποτε τῶν ἄλλων ὁδοιπόρων) πρώταις ὑμῖν ἀντέσχον.*

134. Cf. cap. 6. ad h. v.

166. *λόγον εἴ τιν᾽ ἔχεις.*
Sic. codd. obstante metro; sed recte schol.: *γρ. οἴσεις.*

195. Codd. *ἢ 'σθῶ* et *ἠσθῶ* et *ἤσθω*. Ad primum spectat scholiasta: *ἀ. τ. καθεσθῶ. Ἀπὸ τοῦ ἑσθῶ τέταται* (i. e. ductum est), quibus verbis apostrophum explicuit. Sed additur simul *γρ. ἢ στῶ* (cod. *ἠστῶ*, emendarunt Br. et Elmsl.) *ὃ καὶ βέλτιον*. Et *στῶ* etiam in Ven. legitur, *ἢ στῶ* autem praefertur a Reisigio, Elmsl., Doederlino, Gaisf., Matth., nunc etiam a Wundero. Inaudita vero probata contractione Brunck., Schaef., Neuius *ἢ 'σθῶ* receperunt, Herm. denique ac Dind. *ἑσθῶ*, quam formam neque unquam apud scriptores Graecos inventam, et a vett. gramm. disertis verbis rejectam ille vir doctissimus summa opera defendere conatur, etiamsi lectionem et simplicissimam et gravi scholiorum auctoritate confirmatam recipere licebat. Nam eam conjecturam grammatici esse quominus cum Hermanno censeamus additum lectionis judicium *ὃ καὶ βέλτιον* videtur impedire. Multo minus cuiquam vir summus eam alienam esse persuadebit. Negat quidem Oedipum potuisse quaerere, num consistere deberet, quum id facere et a choro jussus esset et fecisse se etiam ipse indicasset, *οὕτως* interrogans. At chorus eum tantummodo ultra rupem, ad quam pervenerat, procedere vetuerat, dicens:

μηκέτι τοῦδ᾽ ἀντιπέτρου
βήματος ἔξω πόδα κλίνῃς,

cui imperio se obsequi Oedipus interrogatione: *οὕτως;* ostendit. Sed poterat tamen etiam ad dextram sive sinistram partem procedere juberi, quare minime inepta erat quaestio, num omnino sibi consistendum esset.

204. *αὔδασον τίς σ᾽ ἔφυ βροτῶν.*
Alii codd. ita, alii *σ᾽* omittunt. Sed schol. recte *γρ. τίς ἔφυς* inquit, quod etsi praeterea in solo Par. f. legitur, ab omnibus editoribus est receptum.

205. *τίς ὢν πολύπονος.*
Sic libri omnes, neque alio spectant scholia: *Τίς ὢν ἄγῃ ἀπὸ τῆς σῆς πόλεως; ἢ οὕτω· τίς ὢν διὰ πολλῶν πόνων ἄγῃ.* Sed additur ibi: *τίς ὁ πολύπονος*, quod metro flagitatur.

263. *κἀμοί γέ που ταῦτ᾽ ἐστίν.*
Sic boni codd. Sed Tricl. et Suid. *ποῦ*, quod omnes receperunt,

---

*) De hac lectione cf. II. cap. 4. §. 6. ad h. v.

et quod primus Neuius vidit scholiastae quoque fuisse, annotanti: *Καί μοι ποῦ ταῦτά ἐστιν τὰ λεγόμενα περὶ Ἀθηνῶν;*

308. *Οἰδ. Ἀλλ' εὐτυχὴς ἵκοιτο* (Theseus) *τῇ θ' αὑτοῦ πόλει*
ἐμοί τε. τίς γὰρ ἐσθλὸς οὐχ αὑτῷ πονεῖ;

Schol. Laur.: *Ὁ γὰρ ἐσθλὸς αὑτῷ τε καὶ φίλοις ἐστίν.* (*Φίλος*). *Ἀ. τ. χρήσιμος,* — melius ab Suida s. *οὐχ αὑτῷ φίλος* ita exhibetur: *ὁ γὰρ ἀγαθὸς αὑτῷ τε καὶ τοῖς φίλοις ἐστὶ χρήσιμος.* Illic scilicet *ἀντὶ τοῦ* est omittendum, ut legatur: .... *φίλοις ἐστὶ χρήσιμος.* Neque tamen ad vulgatam hoc pertinet scripturam, sed aut ad hanc:

τίς δ' οὐκ ἐσθλὸς αὑτῷ καὶ φίλοις;

(quamquam tum schol. ita potius emendandum est, ut *πᾶς* pro *ὁ* scribamus,) — aut versus excidit hujusmodi:

καὶ τοῖς φίλοισιν, εἴπερ ὠφελεῖν ἔφυ;

vel *αὑτοῦ τε τοῖς φίλοισιν, εἴ γε νοῦν ἔχει.*

367. *πρὶν μὲν γὰρ αὐτοῖς**) *ἦν ἔρις, Κρέοντι τε*
θρόνους ἐᾶσθαι μηδὲ χραίνεσθαι πόλιν.

Hanc librorum scripturam tueri studet Paldamus in Zimm. ann. phil. 1838. p. 1138 sqq.; *ἔριν* enim mediam esse vocem, velut *ἔρις ἀγαθή* dicatur ab Hesiodo in opp. v. 25.; itaque optime in v. 372. his opponi: *εἰςῆλθε .... ἔρις κακή.* At bono illo sensu *ἔρις* aemulationem significat, quae ad nostrum locum minime quadrat. Quare convenit jam inter ceteros viros doctos, illam vocem esse corruptam. Sed ne emendatio quidem deest: schol. enim ait: *Πρώην ἦσαν σκοπήσαντες, τῷ Κρέοντι παραχωρῆσαι τὴν σὴν βασιλείαν.* Unde Tyrwhittius optime conjecit *ἔρως,* quod plerique probarunt. Ita, ut quaedam ex multis exemplis afferam, Eur. dicit in fragm. Antiop. 7. *τὸ μαίνεσθαι ἦν ἔρως βροτοῖς,* et in Phoen. 622.: *ἀντιτάξομαι κτενῶν σε. Ἐτεοκλ. κἀμὲ τοῦδ' ἔρως ἔχει.*

Quod F. J. Wilkius in spec. conjectaneorum in Soph. Oed. Col., diss. inaug. Berol. 1840, proposuit *ἔσις,* coll. Plat. Crat. 411. d., philosophum magis videtur, quam poëtam decere.

385. *ἤδη γὰρ ἔσχες ἐλπίδ', ὡς ἐμοῦ θεοὺς*
ὤραν τιν' ἕξειν.

Ita codd. Sed editores omnes recte *ὤραν* scripserunt, quo Neuius vidit veteris interpretis glossam *φροντίδα* pertinere.

389. Ismena ad patrem: oraculum datum est, inquit
σὲ τοῖς ἐκεῖ ζητητὸν ἀνθρώποις ποτὲ
θανόντ' ἔσεσθαι ζῶντά τ', εὐνοίας χάριν.

*) Eteocli et Polynici.

Hoc nostris in codd. est; sed schol.: *Ἐν τοῖς ἀναγκαιοτέροις τῶν ἀντιγράφων γρ. εὐσοίας χάριν, ὃ καὶ οἱ ὑπομνηματισάμενοι ἀξιοῦσιν. Εὔσοιαν δέ φασι τὴν εὐθένειαν.....* Inde Suid. et Zonaras, annotationem illam ex parte describentes, *εὐσοίας* afferunt, indidemque sine dubio in Par. t. pervenit. Utrum sit rectum dubitari nequit; sed *εὐνοίας* jam is interpres habuit, qui enarravit: *Ἵνα εὐνοῇς ἡμῖν.*

423. *κἀπαναίρονται δόρυ.*

Herm.: „Libri *κἀπαναιροῦνται*, quod vix aptum. Itaque reposui *κἀπαναίρονται*, quod scholiastes legit, qui sic interpretatur, *κατ᾽ ἀλλήλων ἐπαίρουσιν.*" „At dicitur tamen *ἐπαναιρεῖσθαι πόλεμον,*" objicit Wilkius in conjectt. ad Oed. Col. Optime quidem hoc dicitur, sed ab illa locutione id toto coelo distare quis non videat?

515. Ex antiqui commentatoris lectione

μὴ πρὸς ξενίας ἀνοίξῃς
τὰς σᾶς, ἃ πέπονθ᾽, ἔργ᾽ ἀναιδῆ,

vera lectio, uno vocabulo *ἔργα* omisso, restituta est. Cf. I. cap. I. §. 4. Insuavis enim et fracta est oratio, si interpunctio quoque auctore Hermanno, qui post *πέπονθ᾽* punctum posuit, mutatur.

524. *Κακᾷ μὲν εὐνᾷ*
πόλις οὐδὲν ἴδριν
γάμων ἐνέδησεν ἄτᾳ.

Quia *μέν* h. l. ineptum est, Reiskius probatus a plerisque *μ᾽ ἐν* scripsit. Et *μ᾽* certe, etsi omissa praepositione, Lb. habet, pronomen, ut videtur, schol. quoque enarrans: *ἐνέδησέ με τῇ τοῦ γάμου ἄτῃ.*

583. *τὰ λοίσθι᾽ αἰτῇ τοῦ βίου.*

in codd. est, nisi quod in Par. a. *λοῖσθ᾽* legitur. Schol. *γρ. Τὰ λοῖσθ᾽ ἄρ᾽ αἰτῇ τοῦ**) *βίου.* Quod plerique receperunt.

768. *ἀλλ᾽ ἡνίκ᾽ ἤδη μεστὸς ἦν θυμούμενος,*
καὶ μάνθανον s. *κἀμάνθανον τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι,*
καὶ τοὐν δόμοισιν ἦν διαιτᾶσθαι γλυκύ,....

Medius versus quia jam ante (v. 438.) legitur neque h. l. est aptus, praeeunte Valck. ab omnibus ejicitur, et, ut recte Herm. annotat, ignotus erat interpreti, enarranti: *ὅτε κορεσθεὶς τοῦ θυμοῦ, λοιπὸν τὰ συμφέροντα ἐβουλευόμην, καὶ οὐκ ἔτι ἤθελον φεύγειν.*

785. *ὡς..... οἰκίσῃς· πόλις δέ σοι*
κακῶν ἄνατος τῶνδ᾽ ἀπαλλαχθῇ χθονός.

---

*) *τοῦ*, omissum a librario codicis in scholiis ut in textu, additum est ab Elmslejo.

Ex scholio: *Καὶ ἵνα Θήβη ἀβλαβὴς ἔσται ἐκ ταύτης τῆς γῆς*, jam Scaliger et post eum plerique *τῆςδ'* pro *τῶνδ'* receperunt.

808. *χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.*

Hanc codd. omnium lectionem nemo vituperet, nisi quod *τὰ πολλά τ' εἰπεῖν* potius exspectatur. Sed scholiasta *τὸ καίρια* legit; ait enim: *Ἄλλό ἐστι τὸ φλυαρεῖν καὶ ἄλλο τὸ ἀναγκαῖα λέγειν*. Idemque Suidas ex Sophocle affert; quare a multis et doctis viris est praelatum, praesertim quum, ut suo jure Elmsl. monet, exquisitius esset, quam quod a librariis proficisci potuisset. Quibus Reisigius, merito quidem Seidleri sententia, qui articulum vix deesse posse censuerat, rejecta, objecit, facilius *τό* ab emendatore grammaticam vulgatis legibus adstrictam observante scribi potuisse, quam *τά*. Immo vero illud ultro paene in *τά* transiit, quoniam *καίρια* statim sequebatur. Quin ne tum quidem *τὸ καίρια* testimonio commentatoris nostri destituemus, si cum Turnebo et Brunckio in ejus annotatione *τὸ τὰ καίρια* restituerimus, quia sic scholium in Par. a. et t. legitur.

815. *Οἰδ. τίς δ' ἄν με τῶνδε συμμάχων ἕλοι βίᾳ;*
Κρέων. ἢ μὴν σὺ κἄνευ τῶνδε λυπηθεὶς ἔσει.

Herm.: „Non est verisimile ita scripsisse Sophoclem, quia id nemo non ad *τῶνδε συμμάχων*... relaturus esset. Itaque recepi Musgravii conjecturam *τοῦδε*. Ac legit ita, ni fallor, schol., apud quem sic scriptum videmus: *Καὶ χωρὶς τοῦ λαβεῖν σε εἰς Θήβας.*"

864. *Οἰδ. μὴ γὰρ αἵδε δαίμονες*
θεῖέν μ' ἄφωνον τῆςδε γῆς ἀρᾶς ἔτι.

Sic inepte libri; sed schol.: *μὴ ἄφωνος γενοίμην εἰς τὸ καταρᾶσθαί σε*, ex quo Reisigius pro *γῆς* restituit *σῆς*. Sed potest vetus interpres etiam *τῆς* habuisse, quod ceteri e conj. anonymi editoris Londinensis posuerunt.

878. *Χορ. .... εἰ τάδε δοκεῖς τελεῖν.*
Κρ. δοκῶ. Χορ. τάνδ' ἄρ' οὐκέτι νέμω πόλιν.

Ταύτην δ' ἄρα οὐκέτι νομιῶ πόλιν, εἰ σὺ ἀπάξεις τοῦτον. Ita schol., ex quo Suidas s. v. *νέμω*, Sophoclis versu allato, exscripsit *νομιῶ*. Quare praeeunte Heindorfio ad Plat. Protag. 73. p. 939. c. Reis. Elmsl. Wund. alii *νεμῶ* receperunt, — et recte quidem. Nam versu Eur. Hel. 1657. *ἀρχόμεσθ' ἄρ', οὐ κρατοῦμεν* praesens tempus ab Herm. nondum satis defensum videtur: is enim versus nostro non omnino respondet. — O. Franckium vero, qui in cens. Oed. Col. Wunderianae in Zimm. ann. phil. 1834. p. 543. *νέμω* conjunctivum esse et ab interprete per futurum explicari contendit, non opus est ut multis refellamus.

973. Codd. ἦν pro prima persona praebent, sed ἦ ex scholio ἔα, ἦ, restitutum est ab Elmsl. Gaisf. Dind. Wund. Eadem forma ab iisdem et Herm. et Neuio in O. Col. 1366., ab omnibus fere secundum duo Homeri scholia in Oed. Tyr. 1123., ibidemque 1389. secundum codd. Lips. a. b. Laud. edita est. — Scilicet formam veterum Atticorum (cf. Matth. gr. gr. §. 216. 4.) librarii, ut fit, vulgari commutarunt.

1075. *προμνᾶταί τί μοι*
γνώμα, τάχ' ἂν δώσειν
τὰν δεινὰ τλᾶσαν, δεινὰ δ' εὑροῦσαν
πρὸς αὐθαίμων πάθη.

Plurimi editores ex scholio: *Τάχα ἐνδώσει, φ., ὁ Κρέων* — dederunt *ἐνδώσειν*, quod etiam in marg. Turn. legitur, ubi saepissime scholiorum Laur. variae lectiones annotatae sunt. Cum interpretatione quoque grammatici Herm. consentit; sed non solum durum est Creontem supplere, is ut sententiae subjectum sit, etsi de eo ne sermo quidem in anterioribus fuerit, sed etiam ita subst. *πάθη* positum est, ut consulto ab adj. *δεινά* separatum esse videatur. Quare multo simplicissimum est, ut arbitror, *τὰν τλᾶσαν*, i. e. Antigonam, facere subjectum, atque vertere: divino (virginem) gravia perpessam graviaque a fratribus expertam mox mala redditurам esse, i. e. raptum Antigonae raptoribus fore damno. Nam quia propter Antigonam ab Atheniensibus impugnantur, quasi ipsam per Antigonam poena afficiuntur.

Deinde mira ista choreutarum foret grandiloquentia: *προμνᾶταί τι μοι γνώμα*, et: *τελεῖ, τελεῖ Ζεύς τι κατ' ἆμαρ*, si nihil aliud dicturi fuissent, quam redditum iri Antigonam. Aptissima vero illa est, si majora choreutae mala praesagiunt. Et nonne revera Creo bellum Thebanis atque Atheniensibus fore minitans v. 1036 et 37. discesserat?

Et quod de sola loquuntur Antigona, nihil hac in re mirum esse jam Herm. annotavit. „Hanc enim, inquit, ipsi oculis abstrahi viderant, de altera autem audiverant tantum v. 818.“ Quare iis accedendum non est, qui genitivos receperunt ex his veteris commentatoris verbis: *δύναται δὲ καὶ ἑτέρα εἶναι ἡ προσῳδία, τᾶν δεινὰ τλασᾶν, δεινὰ δ' εὑρουσᾶν.*

1153. *πρᾶγος δ' ἀτίζειν οὐδέν* s. *οὐδὲν ἀνθρώπων χρεών* in libris legitur; sed ex scholio: *Ἄνθρωπον δέ φ. ὄντα οὐδὲν πρᾶγμα κακίζειν δεῖ*, plerique *οὐδὲν ἄνθρωπον* receperunt.

1217. *τὰ τέρποντα δ' οὐκ ἂν ἴδοις,*
ὁπότ' ἄν τις s. *ὁποτάν τις ἐς πλέον πέσῃ*
τοῦ θέλοντος.

Hoc est in libris; sed metri gratia, praeeunte Elmslejo, omnes quod schol. affert: γρ. ὅπου ὅτ' ἄν τις, praetulerunt, nisi quod ὅταν scripserunt. Sic in Oed. Col. 238 La. et Lb. ὅτ' ἄν pro ὅταν.

Sed praeterea ad verba τοῦ θέλοντος annotatur: Ἐς πλέον τοῦ προσήκοντος ..... ἀ. τ. μετρίου, τοῦ ἱκανοῦ. Hoc, ni fallor, ad τοῦ δέοντος pertinebat, quae lectio et simplicitate et convenientia sententiae maxime commendatur. Ne quis vero posterius scholium: λέγει ὁ χορὸς τῷ πλεονεκτεῖν ἐθέλοντι παρὰ τὸ καίριον καὶ τὸ μέτριον.... ad lectionem θέλοντος referat, ea verba moneo ad hos versus pertinere:

ὅστις τοῦ πλέονος μέρους
χρῄζει, τοῦ μετρίου παρεὶς ζώειν.

1248. οἱ δὲ νυχίαν ἀπὸ ῥιπᾶν, codd.

Restitutum est νυχιᾶν et Ῥιπᾶν ex scholiis: Τὰ ἀπὸ τῶν ὀρῶν φ. τῶν προσαγορευομένων Ῥιπῶν .... καλοῦσι Ῥίπαια ὄρη. Λέγει δὲ ταῦτα ἐννύχια .... Ad idem inciderat grammaticus, cujus recensionem Par. b. t. Vat. Farn. praebent: hi enim libri νυχιᾶν habent, nisi quod Farn. e calami lapsu νυχᾶν.

1455. ὁρᾷ, ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ χρόνος, ἐπεὶ μὲν ἕτερα
τάδε πήματ' αὖθις αὔξων ἄνω.

Codd. τάδε πήματ': soli Ven. Par. b. Vat. (non Par. t. Farn.) iisdem litteris τάδ' ἐπ' ἦματ'. Utrumque tamen et sensu omni caret et una eget syllaba, ut ex antistr. apparet. Sed schol. aliis praemissis haec scribit: ἐπειδὴ ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ χρόνος, ἕτερα μὲν αὔξων ἄνω, τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις (ὅ ἐστιν, εἰς τὸ ἔμπαλιν) τρέπων τὰ ἤδη αὐξηθέντα. Habuit igitur τὰ δὲ παρ' ἦμαρ pro τὰ δὲ πήματ', id quod neminem latuit. Sed mira ejus est enarratio. Nempe inciso ille et post ἕτερα et post αὖθις posito, inepte ita sententiam construxit: ἐπεὶ ἕτερα μὲν αὔξων ἄνω, τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις, — ex participio αὔξων verbum aliquod illi contrarium et voce τρέπων significatum supplens. Neque aliter sequens interpres, nisi quod παρ' ἦμαρ, si quid video, ex hyperbato in secundam sententiae partem translatum esse putavit, et quod, ut jam Canterus cognovit, etiam ὁρᾷ ὁρᾶται τ' habuit. Ait enim: τὰ μὲν ὁρᾷ, τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ὁρᾶται· τὰ γὰρ πραττόμενα τῷ χρόνῳ φαίνεται· τουτέστιν, ἐν τῷ χρόνῳ πολλαὶ μεταβολαί, καὶ ὁρᾶται ὁ χρόνος πολλὰ μὲν αὔξων παρ' ἦμαρ, πολλὰ δὲ εἰς τὸ ἔμπαλιν τρέπων. Uterque igitur commentator, etsi ineptissime interpretans, tuetur tamen lectionem:

ἐπεὶ μὲν ἕτερα,
τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις, αὔξων ἄνω,

quam Herm. recepit, sublato inciso post αὖθις.

Sed hujus viri illustr. rationem, qua haec verba explicet, fateor tam difficilem, et si dicere fas est, tam quaesitam esse adeoque ab omni simplicitate recedere mihi videri, ut facere non possim, quin emendatione opus esse censeam. Nam ne eam quidem viam, quam idem Hermannus in Zimm. ann. phil. 1841. p. 885. iniit, ad verba ἐπεὶ μὲν ἕτερα supplens ἦν, conventiorem esse credo; immo H. Kuhnhardtio assentior, qui, teste Herm. in ann. l. l., in commentatione de Oed. Col. Lubecae 1840 edita conjunctionem ἐπεί corruptam esse censet. Repono igitur ἐφείς: „videt haec semper aetas, aliis neglectis omissisque alia in proximum diem rursus erectura;“ sive, ut Latine loquamur: Non latent haec aetatem, sive non praetermittuntur tempore atque aetate, quae quum alia neglexerit, i. e. aliquamdiu non videatur ad praedictum eventum perductura esse, alia jam in proximum diem eriget, i. e. sustinebit atque firma et obstringentia esse demonstrabit. Illa autem decreta hîc significari Hermannus docuit. — Et ita lenius Sophocli medebimur, quam si ὁ πρίν pro ἐπεί auctore Pflugkio in Zimm. ann. phil. 1841. p. 913. posuerimus.

Has res, quas proprie in cap. 7. §. 2. tractare debebam, h. l. adjeci, ne bis de iisdem verbis agerem.

1466. *ἔπτηξα θυμόν· οὐρανία γὰρ ἀστραπὴ φλέγει πάλιν.*

Priori versui respondet v. **1451.**:

μάτην γὰρ οὐδὲν ἀξίωμα δαιμόνων.

Sed quum neque quartus pes trimetri jambici apud. Soph. anapaestus esse posset, neque synizesis νια placeret, optimi hujus aetatis critici vocem οὐρανία corruptam censuerunt. Et Herm. quidem retracto tantum accentu οὐράνια scripsit, quod pro adverbio esset. At dicendum non erat, fulmen rursus esse vehemens, sed potius alterum fulmen apparuisse. Hanc autem sententiam ipsam adj. praeberet, quod. schol. glossa ἀ. τ. ταχεῖα explicuit. Cujusmodi adjectivum, quod simul a lectione οὐρανία non nimis recedat, vix aliud possit inveniri, quam ο ὐ ρ ί α, quod Elmslejus a compluribus probatus recepit. Id autem, ut jure Herm. monuit, Oedipo potius, quam choro dicendum erat, — nam opportunitatem proprie significat. — Quid vero, si οὐρία εὐφημίας causa h. l. scriptum est? Scilicet fulgur, quod magnum senibus terrorem incusserat, ut bonum sit omen precantur. Sic Ζεὺς ipse nominatur Οὔριος, de quo epitheto cf. O. Jahnium in Zimm. ann. phil. 1841. p. 979.

1488. Codd.: *τί δ' ἂν θέλοις τὸ πιστὸν ἐμφῦναι φρενί*; Sed schol.: *Τί τὸ πιστὸν θέλεις ἐμβαλεῖν τῇ φρενὶ ἐκείνου ..... ἀ. τ. τί βούλει πιθανὸν ἀνακοινώσασθαι*

τῷ Θησεῖ; Quare Herm.: „Aperte, inquit, schol. veram scripturam habuit ἐμφῦσαι, quam restitui.“ Quam miror non a ceteris quoque Sophoclis editoribus praelatam esse.

1518. ἐγὼ διδάξω .... ἅ σοι
γήρως ἄλυπα τῇδε κείσεται πόλει.

γρ. σῇ τε κείσεται, schol. Quod rectissime videtur Wunderus praetulisse, quamquam causarum, quas in diss. de auct. schol. p. 13. affert, ea una aliquid valet, quod constanter denuo affirmetur, non solum Athenis, sed etiam Theseo Oedipi receptum saluti fore. Cf. v. 634. 1124. 1496. 1508. Accedit vero, quod ita demum γήρως recte ad res urbanas pertinere potest, si ad eas quoque res per zeugma id refertur, quod de homine dictum erat (σοί). Sed γῆρας de urbe usurpari vix potest. Reisigius quidem ait, id apud poëtas simpliciter temporis longinquitatem, qua mutatio efficiatur, significare; at quae in enarratione exempla affert, hujus fabulae v. 954: θυμοῦ γὰρ οὐδὲν γῆράς ἐστιν ἄλλο, πλὴν θανεῖν, et Aesch. Sept. 684. οὐκ ἔστι γῆρας τοῦδε τοῦ μιάσματος, i. e. caedis fraternae, ea aliter se habent. Nam οὐκ εἶναί τινι γῆρας de re dicitur, quae non γηράσκει, non abolescit: qui tropus nondum ita in Graecum sermonem transiit, ut non sentirent, eam esse imaginem. Itaque Sophocles v. 954. fere hoc canit: iram non senectus, sed sola mors exstinguit: et Thucyd. II. 44 ait: Τὸ γὰρ φιλότιμον ἀγήρων μόνον, καὶ οὐκ ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας τὸ κερδαίνειν .... μᾶλλον τέρπει, ἀλλὰ τὸ τιμᾶσθαι, ipsam illam imaginem altera sententia apposita explicans. Sic Aesch. l. l. illud nefas abolescere, i. e. unquam ex deorum memoria excidere negat. In eo vero Sophoclis versu, de quo hic agimus, si τῇδε scribitur, ipsa senectus saluti urbis tribuitur, tributa quidem illa urbi, si σῇ τε reposuerimus, — sed tum translatio quasi mitigata est illo zeugmate. Quod zeugma quum omnibus scriptoribus, tum poëtis commune est. Restituta enim lectione σῇ τε, haec evadit sententia: salutem tibi praedico, quae tua senectute non simul afficietur, eandemque huic urbi praedico.

1560. Codd.: λίσσομαι, μήτ' ἐπιπόνῳ μήτ' ἐπὶ βαρυαχεῖ.
ξένον ἐκτανύσαι μόρῳ ....

Quibus versibus respondent hi:

(κνυζᾶσθαι) ἐξ ἄντρων ἀδάματον*) φύλακα**) παρ' Ἀΐδα
λόγος αἰὲν ἀνέχει· ὅν ὦ .....

---

*) Plurimi codd. ἀδάμαστον. **) Cerberum.

Itaque metro consulendum est, quod variis modis a viris doctis est factum. Quos ex parte aut juvit aut juvare poterat certe vetus interpres: *Τὸ δίδου μοι τοῦτο ἀσυνάρτητόν πως φαίνεται ἡμῖν. ἐπιστῆσαι οὖν ἄξιον, λαβόντας καλὸν ἀντίγραφον.* Is igitur pro *λίσσομαι* habuit *δίδου μοι*, sed id ipsum an falsum esset dubitavit, imprimis quia cum reliquis verbis non cohaereret, i. e. quia chorus sic orsus: „si mibi fas est vos precari," ita deberet pergere: „precor vos, ut ....," non: „da mihi, ut..." Itaque verbum quale ille desideravit, *λίσσομαι* quidem est, sed hanc et numeris et altera lectione *δίδου μοι* antiquam glossam fuisse evincitur. Tum *δίδου μοι* explicandi causa adscriptum esse nequit, etiamsi quibusdam viris ita videbatur. Nam ea explicatio nimis foret exquisita, et grammatici *αἰτῶ* potius vel tale quid apposuissent. Quare cum Erf. Reis. Wund., quibuscum Herm. quoque olim consensit, facio, *δίδου μοι* veterem corruptionem esse censens. Sed illi viri *αἰδοῦμαι* scripserunt, quod hac significatione legi Elmsl. et Herm. negant: ego *α ἰ τ ο ῦ μ α ι* conjicio, quod ita ab ipso Sophocle usurpatur in Antig. **774.**: *Ἅιδην αἰτουμένη*, et ab Eur. in Alc. **320.**:

μὴ δῆτα δράσῃς ταῦτά γ', αἰτοῦμαι σ' ἐγώ.

Atque proxime sic ad traditam lectionem accedimus. Etsi in antistr. tum articulus est addendus; quo facto jam metra habemus dochmiaca, quae in tota priore strophae parte dominantur:

1556. – ⏖́ –́ ⏑ –, – ⏖́ –́ ⏓ –
– ⏖́ –́ ⏑ – – (dochm. syllaba productus)
– ⏖́ –́ ⏓ –
–́ – –, –́ – – (fort. irrationales cretici; sed hunc v. diversis modis metiri possumus).
1560. – –́, – –́ ⏖́ ⏑ –
⏖ –́ ⏖́ ⏑ – (hi versus frequenter dochmiacis inseruntur.)
⏑ –́ –́ – –, –́ ⏑ –

Postremus versus ita cum ceteris magis concinit, quam si cum A. Boeckhio (de Antig. II. p. **102.**) metimur: ⏑ –̽ – –̽ – –́ ⏑ –

De ceteris, quae recipienda ducam, disserendi locus hic non est; sed versum **1561** emendare eodem illo scholio licebat. Quum enim ibi annotaretur: *δίδου μοι τὸν ξένον κ α τ α ν ύ σ α ι....* in libris vero legeretur *ἐκτανύσαι*, optime Herm. *ἐγκατανύσαι* restituit.

1578. *σέ τοι κικλήσκω τὸν α ἰ έ ν υ π ν ο ν,*

i. e. mortem. Editur ita nunc vel metri gratia ex scholiis: *τὸν διαπαντὸς κοιμώμενον... Ὑφ' ἓν ἀναγνωστέον α ἰ ένυπ-νον, ἀείυπνον. Οὕτως ἀποδιδόασι* (i. e. hypomnematistae).

Quae Suidas s. αἰέννπτος excerpsit; legitque ita Eustath. quoque atque αἰέννπνον annotatum est in La. Ceteri τὸν s. τίν' αἰὲν ἄϋπνον s. ἔννπνον praebent.

1583. Ἀγγ. ὡς λελοιπότα
κεῖνον τὸν ἀεὶ βίοτον ἐξεπίστασο.
Χορ. πῶς; ἆρα θείᾳ κἀπόνῳ τάλας τύχῃ;

Ita codd. omn., Suid., Eustath., ille denique interpres, qui ait: Τὴν ζωήν· εἰώθασι γὰρ τὸ ἀεὶ καὶ ἐπ' ὀλίγου χρόνου τάσσειν. Ὅμηρος (Ἰλ. ν. 517) ἔχων κότον ἐμμενὲς αἰεί. Quibus significare voluit, non aeternam, sed longinquam dici vitam. At haec inepta sunt. Recentiorum V.V. D.D. quidam χρόνον suppleverunt, quod cur h. l. fieri nequeat, G. Herm. in ed. noviss. docet: plurimi de lectione dubitarunt. Quare Herm. γ' ἐςαεί, Schaef. τό γ' ἀεί conjecit. Accedit quod necessario aliquid praecessisse debet, unde chorus Oedipi mortem fuisse divinam doloribusque liberam concludere posset. Quomodo enim talem exitum tam diserte poterant significare, si nihil ejusmodi audivissent? Sed quod desideramus, altera praebet vetus annotatio: Τὸ μακρὸν γῆρας. Quaerendum igitur adjectivum est, quod de magna sive molesta senectute dici, glossa τὸν ἀεί explicatum esse, sequentibus bene adaptari possit. Quale est αἰανόν: quod quum alii ab αἰεί, alii, velut schol. Soph. El. 506., ab αἶ αἴ ducerent*), Hermannus ad Aj. 657. (672 Br.) exposuit, quomodo fieret, ut et i. q. longinquum, et i. q. triste ac molestum esset; ibidemque vir doctissimus laudat Hesych. αἰανόν. χαλεπόν, αἰνόν, et Phavorin. αἰανόν. τὸ δεινὸν καὶ χαλεπόν. Atque ita boni codd. v. Aesch. Eum. 413 (Schütz.) praebent hoc modo:

ἡμεῖς γάρ ἐσμεν Νυκτὸς αἰανῆς τέκνα.

Tum in Stephani ed. Paris. Eust. ad Od. ξ. 508 p. 1769 et glossae superioribus similes Ps. Herodiani, Etym. Magni, Cyrilli afferuntur, quae αἰανόν tuentur. Cf. etiam Aesch. Pers. 936. cum interpp. Tum mediam syllabam produci versu Electrae apparet, prima vero h. l. corripitur velut in adjectivis δείλαιος et γεραιός. Denique γ' cum Herm. est inserendum, quae particula eodem plane modo in Electr. v. 924 legitur:

τέθνηκεν ..., μηδὲν ἐς κεῖνόν γ' ὅρα.

Quodsi nuntius Oedipum molesta liberatum esse vita dixit, convenientissime jam chorus conjicit, mortem certe molestam non fuisse.

---

*) Ita adjectivum schol. Pind. Isthm. 1. 69 aut ab αἶ αἴ, aut ab αἰεί ducendum ait.

1595. Cf. II. cap. 3.

1662. γῆς *ἀλύπητον* βάθρον. γρ. *ἀλάμπετον* schol., idque in Par. f. legitur. Quod cur praeferendum sit, Hermannus exponit.

1679. Antigona feliciter patrem decessisse ait:

> Τί γάρ; ὅτῳ μήτ' Ἄρης
> μήτε *πόντος* ἀντέκυρσεν,
> ἄσκοποι δὲ πλάκες ἔμαρψαν
> ἐν ἀφανεῖ τινι μόρῳ *φαινόμεναι*.

Itane vero? Ea igitur ejus mortis felicitas est, quod in mare non deciderit? At quis de mari cogitat, quum praematurae mortes enumerantur? Nam quod v. 1657 de eodem Oedipo dicitur:

> οὐ γάρ τις αὐτὸν οὔτε πυρφόρος θεοῦ
> κεραυνὸς ἐξέπραξεν, οὔτε ποντία
> θύελλα κινηθεῖσα τῷ τότ' ἐν χρόνῳ·
> ἀλλ' ἤ τις ἐκ θεῶν πομπὸς, ἢ τὸ νερτέρων
> εὔνουν διαστὰν γῆς ἀλάμπετον βάθρον;

haec alia prorsus res est. Ibi enim duo nominantur genera, quibus dii e sententia veterum homines abripere solebant, fulgur atque tempestas. Nostro vero loco abductioni senis divinae opponuntur violentae mortis genera, inter quae morbus deesse vix poterat, siquidem frequentissimae mortis virorum causae non bellum ac mare, sed bellum et morbus sunt. Et recte Reisigius, qui et ipse morbum hic desideravit, versum 1563 sqq. in memoriam revocavit:

> ἀνὴρ γὰρ οὐ στενακτὸς, οὐδὲ σὺν νόσοις
> ἀλγεινὸς ἐξεπέμπετ', ἀλλ' εἴ τις βροτῶν
> θαυμαστός.

Quid vero, quod id ipsum, quod quaerimus, vetus interpres habuit? Nam: πρὸς τὸ ἄνω, inquit; (i. e. pertinet hoc, inquit, ad v. 1277. οὐκ ἔστιν μὲν εἰκάσαι·) τί γάρ ἐστιν εἰκονίσαι ἐκείνῳ πάνυ, ᾧ τινι μήτε πόλεμος, μήτε νόσος ἐπῆλθεν, ἀλλ' ἀφανῶς διὰ χάσματος ἀπολομένῳ; Ad quae Elmsl.: „scholiastae scripturam *πόνος* servavit Vat.," idque jampridem ab Orvillio cognitum esse Herm. monet. Hoc igitur si receperimus, in antistr. pro νέρθεν scribendum erit νέρθ', ut numeri sint hi:

⏑́⏑ ⏑ –, –́ ⏑ – –, ⏑́⏑ ⏑ – ⏑, –́ ⏑

Praeterea Herm. ac Martinus in syll. pro φαινόμεναι metri causa *φερόμεναι* restituerunt; ille tamen vir doctissimus in Zimm. ann. phil. 1841. p. 886. addit, non male Kuhnhardtium (de Oed.

Col. progr. Lubec. 1840) *φερόμενον* conjecisse. Id autem fort. postremis scholii nostri verbis confirmari videatur. Quamquam hoc incertissimum esse sentio. Ac ne in solutione syll. longae quis haereat, ita versui

1685 *πῶς γὰρ ἢ τιν' ἀπίαν γᾶν*

respondet hic:

ἀφανίσαι τοσόνδ' ἄχος· τῷ .....

Ceterum cur scholium Hermanno mendo non vacuum videatur, nescio.

1703. Codd. *οὐδὲ ... ἄφιλητος ἐμοί ποτε*
καὶ τάδε μὴ κυρήσῃς.

Ex solis Par. t. et Farn., qui minimae sunt auctoritatis, et ed. Turn. *τᾷδε* nunc receptum est. Sed habuit id scholiasta quoque, etsi falso eam vocem ad tempus rettulit annotans: *καὶ ταννῦν μὴ γένοιό μοι ἄφιλος.*

1752. *ἐν οἷς γὰρ*
χάρις ἡ χθονία ξυναπόκειται,
πενθεῖν οὐ χρή.

Haec Theseus de mortuo Oedipo. Sed neque metrum est integrum, neque consentiunt scholia: *ᾧ τὰ τῆς τελευτῆς κατὰ χάριν ἀπέβη ...... οἷς κεχαρισμένον ἐστὶ τὸ ἀποθανεῖν.* Quorum sententia quum et planissima sit et aptissima et h. l. paene necessaria, ex iis veram lectionem repetendam esse arbitror. Possit conjici:

ἐν οἷς γὰρ χάρις, ᾗ χθόνια ξένὶ ἀπόκειται,

i. e. apud quos sive quibus favor vel commodum illud est, s. quibus illud esse commodum, non malum videtur, quo subterranea dona impertiuntur, — eos lugeri non oportet. — Quamquam ne mihi quidem haec valde placere confiteor.

CAPUT II.

DEFENDUNTUR SCHOLIASTARUM LECTIONES CUM LIBRIS CONSENTIENTES, SED A RECENTIORIBUS INTERPRETIBUS IMPUGNATAE.

ELECTRA.

122. *τίν' ἀεὶ τάκεις*
ὧδ' ἀκόρεστον οἰμωγάν.

Plur. codd. *ἀκόρεστον*, neque aliter schol. annotans: *διὰ τί τήκῃ τῇ ἀκορέστῳ οἰμωγῇ*; Nonnulli tamen editores ex quibusdam libris *ἀκόρετον* receperunt, ut versus antistrophico versui

οὔτε γόοις οὔτε λιταῖς

responderet. At quum insuavissime ita prioris choriambi syll. postrema soluta esset, posteriorisque mediae essent contractae, multo praeferenda videtur Hermanni restitutio antistrophae: *οὔτ' ἄνταις*. Qua probata ne a schol. quidem recedimus.

180. *ὁ τὰν Κρῖσαν*
βουνόμον ἔχων ἀκτάν

ex La. Lips. a. b., editionibus nonnullis vett., denique e scholio *βοῶν θρεπτικήν* ab Herm. et aliis editum est. Ceteri *βούνομον*. Sed *βουνόμον* magis est poëticum, quippe quo epitheto ipsis pratis quasi actio tribuatur.

495. Libri: *πρὸ τῶνδέ τοί μ' ἔχει,*
μήποτε, μήποθ' ἡμῖν
ἀψεγὲς πελᾶν τέρας . . . .

Sed in Aug. c. et Γ post *ἔχει* additur *θάρσος*, quod ex interpretatione profectum esse et Herm. cognovit et scholium demonstrat: *λείπει τὸ ἐλπίς· ἢ θάρσος με ἔχει*, quod alter interpres secutus *Ἔχει θάρσος* adscripsit. Hi scilicet grammatici

suo more suppleverunt, quae suppleri non possunt. Nec tertium denique interpretem a primo per ἄλλως sejunctum et θαῤῥῶ ὅτι ... annotantem arbitror ἔχει θάρσος legisse, immo optime ἔχει με, i. e. tenet me illa res, confidendi verbo reddere potuit. Itaque ad scholia certe nos referre Wunderus non debebat, quum πρὸ τῶνδέ τοι θράσος conjiceret. Et quod ἔχει με glossam fuisse censet, quis, quaeso, hanc, neque potius ἐστί μοι adscripsisset? Sed ἔχει με illud, cujus subjectum tota sententia sit, ne Graecum quidem esse vir doctiss. contendit. At Graece dictum visum est et Hermanno et Ellendtio s. v. ἔχω et Neuio et Th. Bergkio in Zimm. ann. phil. 1836. p. 47. et Reisigio in comm. crit. ad Oed. Col. p. 242. Et nonne simillime Plato a Reisigio citatus in Phaed. p. 58. e. dixit: ὥστ' ἔμοιγ' ἐκεῖνον παρίστασθαι μηδ' εἰς Ἅιδου ἰόντα ἄνευ θείας μοίρας ἰέναι? Ubi Stallb. complures similium exemplorum collectores laudavit. Itaque jam illud quoque concidit, quod Wund. addit: „accedit, quae res maximi momenti est, quod vocabulo θάρσος (at Wund. θράσος scripsit) jam idem vocabulum in stropha positum respondet." Haec vero causa non tantum valet, ut a libris recedamus.

Praeterea Bergk. l. l. et Dind. ἀψεφές scribunt pro adj. ἀψεγές, quod et in libris est omn. et a duobus scholiastis per ἄψεκτον explicatur et optimam praebet sententiam, dummodo vett. interpp. secuti id cum verbis τοῖς δρῶσιν conjungamus, dativo ἡμῖν ad πελᾶν relato.

686. δρόμου δ' ἰσώσας τῇ φύσει τὰ τέρματα.

Sic et codd. omnes et scholiasta, enarrans: κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν .... ἐπὶ τῇ μορφῇ .... ἐπὶ τῷ εἴδει, neque aliter τινές (i. e. hypomnematistae) ab hoc laudati, qui: ὥστε τῇ φύσει ἴσα .... annotarunt. Quam lectionem quum optime E. Wunderus interpretatus esse videatur, emendatione τῇ ἀφέσει a plerisque recepta carere possumus.

851. πανσύρτῳ παμμήνῳ πολλῶν
δεινῶν στυγνῶν τ' ἀχέων.

Sic alii codd., alii Ἀχαιῶν, unde G. Dind. praeeunte ex parte Hermanno praeclare ἀχέων αἰῶνι elicuit. Sed ejecit simul πολλῶν, quod et schol. habuit, praeter alia τῶν πολλῶν ἀχέων annotans, neque facile ab interprete addi potuit. Potius δεινῶν ut glossa ad στυγνῶν adscripta est ejiciendum.

915. ἀλλ' ἔστ' Ὀρέστου ταῦτα τἀπιτίμια.

τὰ ἐπὶ τῇ τιμῇ γιγνόμενα τοῦ πατρός, schol., ex eoque Suid. ἐπιτίμια, ἐπὶ τιμῇ τινος γενόμενα, laudato Sopho-

dis versu. Sed G. Dindorfius Ammonium p. 56*) secutus et Wundero probatus, illa voce semper poenam, nunquam honorem significari contendit, ideoque ἐπιτύμβια scribit; cui Kayserus in act. semin. Heidelberg. (1839) adversatus Herodoti VI. 39 laudat, — at ibi ἐπιτιμᾶν tantum idque pro ulciscendo usurpatur, — et Theocr. epigr. 17. 18, — etsi in toto Theocrito nihil ejusmodi legitur. Sed afferre poterat Aesch. Sept. 1022:

οὕτω πετεινῶν τόνδ' ὑπ' οἰωνῶν δοκεῖ
ταφέντ' ἀτίμως τοὐπιτίμιον λαβεῖν,
καὶ μήδ' ὁμαρτεῖν τυμβοχόα χειρώματα.

Ubi acerba quadam cum ironia sepulcrales videtur honores significasse, quos Polynici non homines, sed vultures atque corvi delaturi essent; alias enim, ni fallor, non λαβεῖν, sed δοῦναι dixisset. Tum Orio Thebanus in ed. Sturz. p. 177. 27 habet: Ἐπιτίμιον· τὸ ἐπὶ τιμῇ ὑπάρχον. Itaque nulla idonea causa erat, cur ab omnibus fontibus recederetur, praesertim quod. adj. ἐπιτίμιος saepe ad ea pertinet, quae in honorem alicujus fiant.

1075. Ἠλέκτρα, τὸν ἀεὶ πατρὸς
δειλαία στενάχουσ'.

Sic libri ac schol. annotans: ἀεὶ τὸν τοῦ πατρὸς μόρον στενάχρυσα· ἢ τὸν ἀεὶ, εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον. Scilicet aut μόρον aut χρόνον supplendum esse censuit, quorum posterius ab editoribus probatur, excepto Dindorfio, qui pro πατρός conjecit πότμον, quo videtur scholium illud rettulisse.

1080. In La. et textu et scholiis Ἐρινύς scribitur, quod nunc scripturae Ἐριννύς praefertur.

1086. De schol. et codd. lectione κοινόν a Th. Bergkio in κλεινόν mutata in II. cap. 1. (p. 35.) locuti sumus.

1277. μή μ' ἀποστερήσῃς
τῶν σῶν προςώπων ἡδονὰν μεθέσθαι.

Postremum verbum in scholiis quoque usurpatum sine idonea causa a Pflugkio in Zimm. ann. phil. 1836. p. 304 in μ' ἑλέσθαι mutatur.

1350. οὐ̃ ὑπεξεπέμφθην, σῇ προμηθείᾳ, χεροῖν.

Ita alii editores cum plur. libris, alii suavioribus numeris ex La. pr., Γ., schol., itaque optimis ex fontibus, recte προμηθίᾳ receperunt.

---

*) Qui descriptus est in Etym. Gud. p. 208. 3. 1. (Sturz.)

1394. Orestes occisa matre domum dicitur ingredi

νεακόνητον αἷμα χειροῖν ἔχων.

Adj. illud et in libris omnibus legitur, et a schol. per *ἠκονημένον* explicatur; tamen ex lemm. ed. Rom., — in La. nullum h. l. lemma est, — multi *νεοκόνητον* ediderunt. V. quidem antistr.

μετάδρομοι κακῶν πανουργημάτων

a neutra lectione abhorret; sed antiquam scripturam satis Neuius defendit, quem vide. Et hunc virum Wunderus in aliis secutus est, sed mire sentit, *αἷμα* etiam gladium significare posse. Immo caedem, ut saepe, significat, translato epitheto rei efficientis ad effectum, id est gladii, qui caedem efficit, ad ipsam caedem. Quae translatio nobis quidem insolens videtur, veteribus a poëtis mirifice amabatur. Cf. II. cap. 1. ad Trach. v. 840.

1466. *Ὦ Ζεῦ, δέδορκα φάσμ᾽ ἄνευ φθόνου μὲν οὐ πεπτωκός . . . . .*

Sic libri et schol. enarrans: *οἷον, ἐφθονήθη καὶ ἔπεσεν ὁ Ὀρέστης.* Quo doctius Hermannus ita rem explanavit, ut conjectura, qua *εὖ* pro *οὐ* a compluribus positum est, jam carere possemus.

AJAX.

80. *Ὀδυσσ. Ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ τοῦτον ἐς δόμους μένειν.* Ubi *ἐς δόμους* La. pr. Lb., *εἰς δόμους Γ.* Dresd. a. Jen. itaque non, ut Wund. de Lob. ed. Aj. p. 92 ait, pejores codd.; schol.: *ἐς δόμους· ποιητικῶς εἴρηται ἀ. τ. ἐν δόμοις.* Probarunt hoc Herm., Apitzius, Bernh. in synt. p. 215 ut exquisitius; sed ceteri editores assentiente Matth. in gramm. §. 578. not. o. ex reliquis codd. *ἐν δόμοις* receperunt, quod glossae sive correctioni si quid aliud est simile. Tum recte videtur Apitz. ad Trach. v. 192 ed. suae monuisse, si Aeschylo Sept. 234 dicere licuisset:

σὸν δ᾽ αὖ τὸ σιγᾶν καὶ μένειν ἔσω δόμων,

et Euripidi Heracl. 477:

γυναικὶ γὰρ σιγή . . .
κάλλιστον, εἴσω δ᾽ ἥσυχον μένειν δόμων,

aliisque *οἴκαδε μένειν* *), Sophocli quoque *ἐς δόμους μένειν* usurpare concessum fuisse. Idem similes ibi locutiones, etsi non digessit, congessit tamen, quas conferant, qui Wundero, l. l. *ἐς δόμους* rejicienti, obsequendum censuerint.

97. *ἦ καὶ πρὸς Ἀτρείδαισιν ἤχμασας χέρα;*

Schol. *Σὺν αἰχμῇ ἐκίνησας.* Wund. cum Musgr. scribit *ἤιμαξας*, quia, ut in cens. Actis Lobeckianae p. 35 ait, *αἰχμάζειν* nullum acc., nisi *αἰχμάς*, regere possit, et quia absurda sit locutio: die Hand schleudern wie einen Wurfspiess, et quia *πρός* c. dat. solum significet: an den Atriden. Atqui nonne dixit ipse Soph. Oed. T. 1302. *τίς ὁ πηδήσας . . . δαίμων . . . πρὸς τῇ δυςδαίμονι μοίρᾳ?* Nimirum saepissime Graecis, quum de motu agebant, jam quietus status obversabatur, qui motum sequitur. Velut autem dicebant: *αἰχμὰς αἰχμ.*, ita nunc commode manus objectum sunt, quia pro jaculis manus jactari dicuntur; quae ipsa imago est poëtica et significans et minime vituperanda.

148. *Χορ. Τοιούςδε λόγους ψιθύρους πλάσσων*
εἰς ὦτα φέρει πᾶσιν Ὀδυσσεύς,
καὶ σφόδρα πείθει· περὶ γὰρ σοῦ νῦν
εὔπιστα λέγει.

Dixerat autem Ulysses greges ab Ajace caesos esse. Ubi *εὔπιστα* legitur in La. pr. Γ. Harl. Dresd. b. Mosq. b. Par. d. cod. Brunckii, eodemque scholium ad. v. 154 *πιστὰ οὖν τοῖς ἀκούουσιν . . .* spectat. Atque omnes hoc receperunt praeter Herm. et Lob., qui *εὔπειστα*, quod in cett. libris est, praetulerunt, quia rumor ille non tam credibilis fuisset, quam facile creditus ab hominibus summo cuique invidentibus. At hoc jam verbis *καὶ σφόδρα πείθει* dictum est, itaque voce *εὔπειστα* moleste repeteretur; valde credibilis vero Ulyssis narratio erat, quoniam Ajax cum gladio sanguineo per campos currens repertus erat. Cf. v. 29. Cur igitur tandem optimis a fontibus recedamus?

154. *τῶν γὰρ μεγάλων ψυχῶν ἱεὶς*
οὐκ ἂν ἁμάρτοι· κατὰ δ' ἄν τις ἐμοῦ . . . .

Ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ τίς. Κατὰ μὲν τῶν μεγάλων ψυχῶν ἱεὶς τις οὐκ ἂν ἁμάρτοι **), *κατ' ἐμοῦ δὲ ἱεὶς τις . . . .* Schol. igitur cum codd. omn. excepto La. pr. habuit *ἁμάρτοι*.

---

*) Ad Lob. Phryn. p. 44 quidem ea de re nos delegare non debebat, quum ibi ex recentibus tantum sriptoribus exempla afferentur. Sed locutio nota est.

**) Cod. *ἁμάρτοις* aperte vitio, quod editor Rom. et Dind. correxerunt. Idem vitium librarius codicis in textu commisit, sed emendavit ipse.

Sed Elmsl. et Dind. ex La. pr. et Suid. s. κλύει receperunt ἁμάρτοις, — quamquam Suid. ipse s. ἴεις tertiam praebet personam, et secunda omnino correctorem sapit. Saepe autem nostrum „man" tertia persona significatur, velut in ipsius Sophoclis Aj. 1031: δρᾶν θ' ἃ βούλεται, in Oed. Tyr. 612. βίοτον, ὃν πλεῖστον φιλεῖ, in Oed. Col. 1227. τὸ δ', ἐπεὶ φανῇ

Βῆναι κεῖθεν, ὅθενπερ ἥκει
Πολὺ δεύτερον, . .

in Trach. 93. ἐπεὶ πύθοιτο, ibid. v. 2. ἐκμάθοι, quod non magis in ἐκμάθοις mutandum erat.

194. ὅπου μακραίωνι
στηρίζει ποτὲ τᾷδ' ἀγωνίῳ σχολᾷ.

Particula ποτέ soli Wundero inepta visa est. Ait ille de Lob. ed. Aj. p. 98, ridiculum esse, si chorus, tamdiu ante tentorium ad Ajacem locutus, dubitet, num in tentorio versetur dicatque: ubicunque quiescis. At collocutus scilicet cum Ajace chorus non est, sed apostrophe est poëtica; consentaneum autem erat, milites duci timentes ad ejus tentorium accedere, etsi non certo scirent, num ibi versaretur. Frustra igitur Wund. conjecit ποτέ. Cum codd. consentit schol. annotans: Ὅπου στηρίζῃ μακραίωνι σχολῇ et ἐν ἀγωνίᾳ πολλῇ ὤν.

197. ἐχθρῶν δ' ὕβρις ὧδ' ἀτάρβηθ'
ὁρμᾶται ἐν εὐανέμοις βάσσαις.

Sic Lobeckius, proxime ad codd. accedens, qui ἀτάρβητα et ex parte ὁρμᾶτ' habent. Et ad ἀτάρβητα sive ἀτάρβηθ' scholium quoque spectat: ἀ. τ. ἀταρβήτως, ὅ ἐστιν ἀνειμένως. Dubia lectionis ἀτάρβητος est auctoritas, quam multi ex nonnullis codd., quorum solus Par. d. nominatim affertur, receperunt. Neque ad eam scholium: ἡ . . . ὕβρις . . . οὕτω μᾶλλον ἄφοβός ἐστι, καὶ ἀδεῶς εἰς τὸ βλασφημεῖν σε pertinere concludi potest, quum aliud verbum aliam exigat constructionem: immo videmus post adj. ἄφοβος ibi etiam adverbium ἀδεῶς explicandi causa afferri. Itaque praeferenda videtur Lobeckii scriptura per se aptissima.

301. τέλος δ' ὑπάξας διὰ θυρῶν.

Ita Ajax a Tecmessa ex tentorio abiisse dicitur. Ibi ὑπάξας optimi et plurimi libri, alii ἐπαΐξας, inter quos La. pr., si tuta ex Elmsleji silentio conclusio est. Sed La. in lemm. ac scholio ἀπαίξας habet, quocum Lb. et Cant., ἀπαΐξας praebentes, consentiunt. Et minime hoc, dummodo ἀπάξας scribamus, lectioni ὑπάξας est posthabendum, siquidem Tecmessa quoque in

tentorio versabatur. Tum in v. 305, quo Ajax rursus intrasse dicitur, ex plurimis codd. ἐπᾴξας cum potioribus editoribus reponendum est pro ἀπᾴξας, quod nonnulli libri praebent, inter quos sane quidem La. et Ald., et quod mire impugnat Wund. de Lob. edit. Aj. p. 118.

360. Cf. cap. VII. §. 2.

553. ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος.
τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακὸν,
ἕως τὸ χαίρειν καὶ τὸ λυπεῖσθαι μάθῃς.

Et versum 553. et 554. interpretes legerunt enarrantes: Ἐν τῷ μὴ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν κακῶν .... ἐν τῷ νηπίῳ κακὸν μὲν τὸ μὴ φρονεῖν, κακὸν δὲ ὅμως ἀνώδυνον. Sed Stobaeus alterum v. omisit, quem plerique editores secuti sunt, quum Dind. priorem ejiceret. Utrumque vero Hermannus ita defendit, ut, quid adderem, nescirem; nisi quod ex parte Neuium secutus, ut statim appareat medium v. parenthetice ceteris immisceri, ita interpungere malim:

τὸ μὴ ... βίος, — τὸ μὴ φρ ..... κακόν, —
ἕως ....

Quorum verborum sensum jam vetus commentator, cum Herm. fere consentiens, perspexit; annotat enim: οὐ .... καθόλου τὴν ἀφροσύνην προκρίνει· ὁ δὲ νοῦς· ἐν τῷ ... et cetera, quae supra descripsi. Itaque ne falso intelligeretur, poëta versum addidit, quo inscitiam sane malum esse affirmavit; ejusque laudem eo magis debebat restingere, quo saepius ipse doctrinam praedicavit, velut Antig. v. 710.

ἀλλ' ἄνδρα, κἤν τις ᾖ σοφὸς, τὸ μανθάνειν
πόλλ' αἰσχρὸν οὐδέν,

et 1031: τὸ μανθάνειν ἥδιστον εὖ λέγοντος.

Unicam vero illam versuum servandorum rationem Apitzius conjectura κακῶν nobis praecludit, quare de ea verba non faciam.

Similiter a compluribus v. 571 ejicitur, ubi legitur

(570.) ὥς σφιν γένηται γηροβοσκὸς εἰςαεὶ,
μέχρις οὗ μυχοὺς κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ.

Habuit eum Suid. et schol. ἕως τελευτήσωσιν annotans, et propter unum μέχρις οὗ damnatus est. Quanto consideratius igitur Herm. et Lob. ἔστ' ἂν scripserunt, servato versu!

594. μῶρά μοι δοκεῖς φρονεῖν,
εἰ τοὐμὸν ἦθος ἄρτι παιδεύειν νοεῖς.

Sic codd.; *ἄρτι* a schol. quoque explicatur per *νῦν*. Doederlino in var. lectt. hebdomade (Erlang. 1837. 4) *ἄρ' ἔτι* conjicienti responderunt F. W. Schneidewinus in Zimm. ann. phil. 1837. n. 136 ibidemque 1838 in cens. Ajacis Wunderi G. Hermannus.

703. *μολὼν ἄναξ Ἀπόλλων*
ὁ Δάλιος, εὔγνωστος
ἐμοὶ ξυνείης διὰ παντὸς εὔφρων.

Wunderum, qui *Ἄπολλον* conjecit, Herm. in cens. modo laudata refutavit, ipse nunc *ξυνείη* probans, quod in La. pr. Lb. Aug. b. Par. d. Turn. legitur, et propter antecedens *ὁ Δάλιος* utique simplicissimum est. Et *Ἀπόλλων* autem et *ξυνείη* schol. habuit, enarrans: *Παραγένοιτο δὲ καὶ ὁ Ἀπόλλων.... καὶ συνείη μοι εὔφρων.....*

710. *θοῶν ὠκυάλων νεῶν.*

Exquisitius est *θοᾶν*, quod ex La. Lb. *Γ.* scholio (*ἀ* τ. *θοῶν*) Dind. restituit.

801. (*μαθὼν*) *τοῦ Θεστορείου μάντεως, καθ' ἡμέραν*
τὴν νῦν ὅτ' αὐτῷ (Ajaci) *θάνατον ἢ βίον φέρει.*

Schol. *Ὅτ' αὐτῷ θάνατον ἢ βίον: Εἰ μὲν ἔνδον μένει, σωθήσεται, εἰ δὲ μή, ἀπόλλυται· διὰ τούτου δὲ τὸ διττὸν τοῦ μοιριδίου δηλοῖ* .... O. Schneiderus in Zimm. ann. phil. 1842. p. 296 pro *ἢ βίον* conjecit *ἡ Δίος*. „Plura," inquit, „voluit addere, quibus fort. Minervam accuratius significaret; sed interrumpit sermonem Tecmessa." At non interrumpuntur ap. tragg. poëtas orationes, nisi postea continuantur, neque satis videtur Schneid. explicationem ab Herm. in cens. Aj. Wund. datam refutasse. — Cęterum schol. certe non obstet, si quis cum Wund. de Lob. ed. Aj. p. 163 *ὅς* pro *ὅτ'* ponat: quamquam necessarium hoc non esse Herm. l. l. demonstravit.

840. *Αἴας. ὥσπερ εἰςορῶσ' ἐμὲ*
αὐτοσφαγῆ πίπτοντα, τὼς αὐτοσφαγεῖς
πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο.

Hanc Ulyssis Atridarumque exsecrationem a multis impugnatam conjecturisque tentatam victor defendit Herm. in cens. Ajac. Wunderianae. Ad exempla, quibus ostendit, *τὸν αὐτοσφαγῆ* non semper hominem sibi ipsum manus inferentem significare, addo Eur. Med. 1244:

πρὶν φοινίαν τέκνοις προςβαλεῖν χέρ' αὐτοκτόνον.

Sed Wunderus et Dind. facili ista emendandi ratione v.v. 839—42 ejecerunt secuti scholium: *Ταῦτα νοθεύεσθαί φασιν, ὑποβληθέντα πρὸς σαφήνειαν τῶν λεγομένων,* quod tantum

abest ut interpolationem patefaciat, ut antiquos etiam esse versus testetur. Sequens vero scholium: τοῦτο ἀπέβη τῷ Ἀγαμέμνονι· ὑπὸ γὰρ τῶν φιλτάτων ἀπώλετο, jam significat, quod Heim. planius exposuit, magis ad carissimorum quam ad filiorum commemorationem spectandum esse *),

866. Πόνος πόνῳ πόνον φέρει.
πᾶ, πᾶ,
πᾶ γὰρ οὐκ ἔβαν ἐγώ.

Ad. Schoellio in nota versionis Ajacis primus v. propter sequens γάρ interpolatus videtur, neque enim esse versum, cui respondeat, et lusum illum displicere. At lusus illos vel amat Sophocles, qui πόνοι πρόγονοι πόνων in Aj. 1197 canit, quem versum etiam inconsideratius Schoell. ejicit, et χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ᾽ ἀεί, et alia ejusmodi, quia etiam severus Aesch. Pers. 1035. δόσιν κακὰν κακῶν κακοῖς. Quem vero proodus illa offendat, quum epodus quoque duorum versuum sequatur? Ceterum v. noster, etiam a schol. tractatus, mirum profecto foret additamentum grammatici.

884. Sqq. Cf. II. cap. I. ad h. v. (p. 44.)

890. ἀλλ᾽ ἀμενηνὸν ἄνδρα μὴ λεύσσειν ὅπου.

Ad. Schoellius in vers. Aj. ejecit ἀμενηνόν, quod interpres omisso articulo offensus addidisset. At alias art. omissus grammaticos non offendit. Habet vocem illam schol., a quo ad chorum refertur: de Ajace mente debilitato dici cognovit Herm., id q. frustra displicet Schoellio. Metro autem verisimilius consuluerunt, qui in antistr. χρυσοδέτων adjecerunt.

955. ἦ ῥα κελαινώπαν θυμὸν ἐφυβρίζει
ὁ πολύτλας ἀνήρ.

οἷον ... ἐν σκότῳ ἤδη βλεπόμενον .... καὶ οὐχ ἁπλοῦν θυμὸν ἐφυβρίζει· ἔξωθεν δὲ ἡ κατά· τὸ δὲ ἡμᾶς λείπει, ἵν᾽ ᾖ, κατὰ τὸν θυμὸν ἐφυβρίζει ἡμᾶς. Schol. igitur accusativos habuit, sicut κελαινώπαν Tzetz. et omnes codd. praeter Δ., ubi, ut ap. Eustath. et, si quid ex corruptis verbis judicari potest, ap. Hesych. ac Suid., κελαινῶπα legitur. Sed accusativum θυμὸν Herm. in censura illa inauditum nominat, neque eo servato articulum ait deesse posse. Quare κελαινώπας scribit. At accusativum non insolentiorem esse credo, quam in his: gaudens de Ajacis calamitate superbit animum, quae si poëta

*) Erit fort. aliquis, qui quum ἔκγονοι a schol. omittantur, olim ἐκ γενῶν scriptum fuisse conjiciat, quod sane et ad Ulyssem et ad Agamemnonem quadret.

Latinus dicat, neminem offendant. Appositum vero adj. hac in re nihil potest mutare. Et talis etiam accusativi exempla quaedam haud valde dissimilia nostro versu laudato Bernh. in synt. p. 119 attulit. Articulus porro ne deest quidem, immo in omn. codd. exstat, ejectus autem est ob hiatum ac metrum, — sed frustra. Nam hiatus nihil demonstrat, nisi versum ibi finiri, et relictus est ab ipso Herm. in hujus ipsius cantici v. 889: δρόμῳ, Ἀλλ'...., quin adjectus ab eodem in v. 930: ἄρα Ἀνεστέναζες ... Tum in v. dochm. ὁ πολύτλας ἀνήρ respondente versui

ἄφρακτος φίλων

minime est haerendum. Quare non est, quod a librorum commentatorisque lectione recedamus.

978. Ἆρ' ἠμπόληκας, ὥσπερ ἡ φάτις κρατεῖ;

Ita Teucer mortuum Ajacem alloquitur. Schol.: ἐνεπόλησας, ἐκέρδανας ..... Sed Dind. usu illius verbi offensus, verbum, quale ἐξέπνευσας in v. 1026 est, mavult. At si quid omnino mutandum, potius ὤνπερ scribendum est, ut sensus sit: num mercatus es, num acquisivisti (ea), quorum fama grassatur?

1237. Ποῦ βάντος ἢ ποῦ στάντος

et a schol. ad v. 1237 affertur et in omn. legitur codd. praeter cod. Brunckii et Dresd. b., qui ποῖ β., et Ven. qui πῇ β. praebet. Illud vero ποῦ ita Lob. defendit, ut, quod addam, non habeam.

V. 1352 et 53 A. Schoell. in versione Aj. translocat, etsi ne vulgarem quidem ordinem vituperat: v.v. 1356 et 57 ejicit; habuit hos schol., illorumque servat ordinem, quem libri praebent. Atque qui simplici, neque praecepto animo accesserit, minime haerebit. Nam nexus versuum 1356 sqq. hic est: Ag. Num revera Ajacem sepelire vis? Num adeo honoras mortuum hostem, ut sepelire velis? Ul. Honoro ita; ejus enim virtus major est mea inimicitia. A. Qui tam facile inimicitiam mittit, ne amicus quidem est constans. Od. At hominum in vitis omnino amicitia et inimicitia haud raro alternant.

1358. τοιοίδε μέντοι φῶτες ἔμπληκτοι βροτοῖς s. βροτῶν codd.*) Horum utrumque pari fere auctoritate librorum nititur; sed dativum ut exquisitiorem Herm. ac Lob. praetulerunt tuenturque scholiastae, — nam duos esse ἄλλως docet, — enarrantes: .... ἄφρονες παρὰ τοῖς ἀνθρώποις. Ἄλλως..... ἔμπληκτοι παρὰ τοῖς βροτοῖς . . .

---

*) Libris qui dativum habent a Lob. nominatis adde cod. Brunckii et, qui οἷς et ὧν praebent, Dresd. a. atque Aug. c. ex Martini sylloge. Martinus vero Lips. b. omisit, quem Herm. commemoravit.

1403. οἱ μὲν κοίλην κάπετον
χερσὶ ταχύνετε, τοὶ δ'.... τρίποδ'... θέσθ'...

Dind. et Wund. ex aliquot etsi non optimis codd., quorum quinque Lob. enumerat, et ex edd. nonnullis vett. ταχύνατε receperunt, quod quum sequente aoristo θέσθε, tum scholio μετὰ σπουδῆς ὀρύξατε admodum commendatur.

TRACHINIAE.

12. Οἱ ποταμοὶ ταυρόκρανοι διετυποῦντο, inquit schol. Itaque legit quod codd. omn. habent:

ἀνδρείῳ τύπῳ βούκρανος,

non legit, quod plurimi editores e Strabone receperunt

ἁ. κύτει βούπρωρος,

nisi forte scholiastae ταυρόκρανοι et codicum βούκρανος glossae adjectivi βούπρωρος erant, quod adj. Hesychius quoque, ab interpp. laudatus, hinc videtur repetiisse, scribens: βούπρωρον· σημαίνει δὲ καὶ τὸ βουπρόςωπον, et Philostratus minor in imagg. 4, de ipsius Acheloi imagine agens, qui: βούπρωρα μὲν γὰρ αὐτῷ, inquit, πρόςωπα καὶ γενειὰς ἀμφιλαφὴς, πηγαί τε ναμάτων ἐκπλημμυροῦσαι τοῦ γενείου. Quibus verbis aperte ab Sophocle ductis mire Apitzius, qui librorum scripturam cum Neuio servat, opponit Lycophr. Alex. 730: λούσει δὲ σῆμα βουκέρως νασμοῖς Ἄρης. — Vocem βούπρωρος igitur et ipse praetulerim; κύτει vero rejecerim. Neque enim demonstrarunt κύτος solum hominum de corporibus dici posse. Hesych. quidem annotat: κύτος. σῶμα, ὄγκος, — sed in exemplis, quae exstant, omnibus genitivus additur, velut τοῦ σώματος, τῆς κεφαλῆς. Cf. Steph. ed. Paris. Notum autem vel ex Plutarcho est, quam frequenter poëtarum verba a vett. scriptoribus memoriter laudentur, et saepe ita quidem, ut, quae ab his substituantur, ne ipsum quidem poëtam dedeceant. Quis vero hoc a doctis elegantibusque hominibus vel invitis factum esse miretur? Neque tamen a tradita lectione ideo statim recedendum est.

103. ποθουμένᾳ γὰρ φρενὶ πυνθάνομαι
....Δηϊάνειραν.... οὔποτ' εὐνάζειν.... πόθον....

Participium illud schol. quoque legit annotans ἁ. τ. ποθούσῃ. Tamen Musgr. Wakef. Erf. Wund. πονουμένᾳ scribunt, quia, ut Wund. ait, molestum foret, si vocabula ποθουμένᾳ et πόθον ita a Soph. essent composita. At hac in re Graecorum aures nostris minus erant delicatae. Sed propria mutandi causa medium erat, quod qui corrigere audeat, temerarius ab Hermanno nominatur. „Defendit," inquit vir illustr.," Eustath. 806. 37 (727. 11),

allatis pluribus similibus exemplis.“ Ipse praeterea ex uno Sophocle plus quadraginta exempla medii contra ceterorum scriptorum morem pro activo vel nullo vel minimo certe discrimine positi collegi, quae longum est hic enumerare *). Sed pleniorem poëta formam gravitatis causa videtur praetulisse.

De posteriore hujus versus scholio in p. II. cap. 4. §. 1. egi.

122. Chorus virginum descriptis Dejanirae querelis ait:

ὧν ἔπι μεμφομένα σ' ἁδεῖα μὲν, ἀντία δ' οἴσω:

neque enim semper mala remanere, sed ad bonum deduci exitum. Ubi Wund. e conj. Musgr. *αἰδοῖα* recepit, etsi *ἁδεῖα* non solum in libris est omnibus, sed ab interprete etiam commemoratur annotante: *ἡδεῖα δὲ* ..... Sed jam Herm. miratus est, in adj. *ἁδεῖα* editores haesisse. Esse i. q. laetum, lubens. Quod exemplis probari posse frustra Wunderus negat; nam ut concedamus ei, in Oed. Tyr. 82. *ἡδύν* acceptum significare, Eurip. certe Bacch. 122 cecinit: *αἷς χαίρει Διόνυσος ἡδὺς ἐν οὔρεσιν*, i. e. laetus; aliter enim hoc intelligi totius cantici contextus vetat, quo tantum de gaudio ac laetitia agitur. Ita apud eundem in El. v. 1062. Clytaemnestra Electrae dicendi potestatem datura ait: *τῇ σῇ δ' ἡδὺ προσθήσω φρενί*, ubi *ἡδύ* adverbio libenter vertitur **). Atque ita Plut. in vit. Camilli c. 32 *ἡδίους ἐγένοντο ταῖς ἐλπίσιν* et alibi.

Sed significationem illam h. l. ne aptam quidem esse Wund. censet, multis argutiis studens demonstrare, quae simplicius jam Ellendt. s. v. *ἡδύς* ita enuntiaverat: „Quomodo .... bene in nos animatus lubens et laetus nos reprehendat?“ Immo „nobis obloquatur“ vertere debebat. Quid vero? Nonne lubens nobis obloquatur, si quis ea re nobis prosit? Nonne prodest autem chorus Dejanirae et solatio allato et bona spe erecta? — Porro Wunderus virgines tum demum ait lubentes potuisse contradicere, si, nullum Herculi accidisse malum, re ipsa, neque argumentis tantum, quae ipsa Dejanira teneret, probare licuisset. At ea mera sunt sophismata. Denique „et partic. *μέν — δὲ* collocatio,“ inquit, „et verbi *φέρειν* usus id nos statuere necessario cogit, ut *ἀντία* adj. gen. neutr. est, ita quod praecedat adj. ejusdem generis et numeri esse.“ Quis vero non videat sententiam hanc esse: *ἁδεῖα μὲν ἀντία οἴσω, ἀντία δὲ οἴσω*? — De aliis rebus in praeced. cap. dixi.

---

*) Ipsum quidem nostrum verbum a Dindorfio ex Procop. bell. Pers. II. 4. 96. b. affertur, ubi legitur: *ἀξυνέτων δὲ καὶ τὰ τοῦ θεοῦ σφίσιν αὐτοῖς ποθουμένων ῥᾷστα ... (ἔστιν) ἐπιτεχνᾶσθαι.* Sed ibi medium propriam sibi cupiendi sententiam servat.

**) Nutrix ad afflictam Phaedram Eur. Hipp. 288. *καὶ σύ θ' ἡδίων γενοῦ, στυγνὴν ὀφρὸν λύσασα*, i. e. hilarior. Phoen. 771 *ἡδύς* i. e. libenter, ut oppositio docet.

129. ἀλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ
πᾶσι κυκλοῦσιν.

Sic plur. libri, sed La χαρᾷ, et dativum schol. quoque habuit, qui ter in expl. πήματι καὶ χαρᾷ affert; — illud quidem, quia ridicule πῆμα κ. τ. πήματι κατ' ἀποκοπὴν dictum censuit: hoc vero, quia ΧΑΡΑΙ legit. At hic non dativus h. l. est, sed num. plur., qui singulari vel ut exquisitior praeferendus est. Nomina abstracta in plur. num. posita, ut alios mittam, Bernhardius synt. p. 63., nomina affectuum Keilius in Jahnii nov. ann. phil. et paed. a. 1840. vol. 29. tom. 2. p. 180 collegit. Romanorum vero non solum poëtae gaudia dicebant, velut Virg. Aen. 10. 325 „Clytum, nova gaudia," — sed prosae etiam orationis scriptores, velut Cic. Cat. 1. 10. 26. „quibus gaudiis exsultabis?" — In sing. denique num. πῆμα cum plur. χαραί composito vix quisquam haerebit: de ceteris autem rebus ad Hermannum relego.

239. Dejanirae quaerenti num Hercules sacrificet
εὐκταῖα φαίνων ἢ 'πὸ μαντείας τινός,
v. 240 Lichas respondet:
εὐχαῖς, ὅθ' ᾕρει . . . .

Εὐχαῖς La in textu et lemm., Vat., Par. b., Ven. (quem Herm. hic Par. nominat. Cf. ejus praef. ad Oed. Col. p. VII), denique schol. enarrans: κατευχαῖς φ. αὐτοῦ τελεῖσθαι τὰς θυσίας. Neque video, quomodo dativus possit ortus esse, si εὐκταῖ', quod in cett. codd. est, genuina erat lectio; immo hoc adj. correctorem prodit, qui eandem vocem in responsione atque in interrogatione quaesiverit ex usu sane vulgari, neque tamen generali ac stringente. Licebat autem sine dubio poëtae dativum ita, ut schol. docuit, cum praecedente verbo connectere.

394. δίδαξον, ὡς ἕρποντος εἰσορᾷς ἐμοῦ.

Haec sic schol. quoque legit, quamvis perverse annotet: Ὡς τὸ, κατεάγη τῆς κεφαλῆς. Wunderus quidem de Lob. ed. Aj. p. 116 sq. emendat ὡς ὁρᾷς, idque recepit; sed jamdudum rem ab Herm. ad nostrum v. confectam puto.

516. Ταυρείων τ' ἀνάμιγδα κεράτων·
ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι
κλίμακες, ἦν δὲ μετώπων ὀλόεντα
πλήγματα καὶ στόνος ἀμφοῖν.

Ita libri; sed Wund. scribit:
Τ. τ' ἀ. μετώπων . . . .
κλίμακες, ἦν δ' ὀλόεντα
πλίγματα . . .

At *κεράτων* certe commentator habuit, ad v. **517** annotans, Acheloum *τοῖς κέρασιν* dimicasse, et ad v. **521**: *καὶ γὰρ ταῦροι τοῖς κέρασι καὶ μετώποις μάχονται.* Ut tamen traditam lectionem verissimam esse ostendam, necesse est Wunderi rationes deinceps refutare, quibus, undique pro more suo conquisitis, illam lectionem impugnet. Primum igitur vir doctiss. *μετώπων πλήγματα* unum idemque esse ait atque *πάταγος· ἦν· ταυρείων κεράτων*, quae verba paulo ante leguntur, ideoque Sophoclis illud esse non posse. — Itane vero? Immo non solum bis, sed ter idem Soph. repetit El. **1028**. **1044**. **1057**, ter idem chorus in Oed. Tyr. v. **1303** seqq., ter Lichas in Trach. **234** sqq., bis nutrix Trach. **881** et **891**. Haecne igitur omnia emendanda? Et quid, quod h. l. idem ne repetitur quidem? Nam: sagittarum, inquit, et cornuum fuit strepitus, fuerunt sanguinea vulnera cornibus inflicta.

Sed pergit Wund.: „deinde cum initio epodi *τότ' ἦν — κεράτων* pugilatum descripserit, tum vero a verbis *ἦν δ' ἀμφ. κλίμ.* de lucta dicere coeperit, num quisquam, qui Sophocleum stilum norit, animum inducet, eum subito aliquid, quod ad pugilatum spectaret, inutiliter inepteque additurum fuisse?" Nihil novi magis mirum. Quasi homo cum tauro dimicans ita luctam ac pugilatum distinguere possit, quasi non nunc pugnis, nunc totius corporis habilitate uti debeat. Neque enim quidquam poëta significare voluit, nisi omnia ab illis certaminis genera promiscue esse inita, quare jam v. **516** manuum arcusque strepitum composuit, id quod alias non poterat.

Tertio, inquit Wund., qui vel mediocri metrorum scientia praeditus sit, prorsus *ἄμετρον* esse hunc v. intelliget:

κλίμακες, ἦν δὲ μετώπων ὀλόεντα. —

Hoc si opinabatur, cur non ita numeros instituit?

⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –, –́ ⏑ ⏑ –
x – –́ ⏑ ⏑ –, ⏑́⏑ ⏑ –
– –́ ⏑ – –, –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ –
⏑ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ –

„Postremo nullo cognitum est exemplo, unquam Sophoclem *κεράτων* producta syllaba secunda dixisse, etsi illud non ignoramus, Euripidem aliosque poëtas dativi *κέρατι* et *κέρασι* syll. secundam produxisse videri." Scilicet hoc uno loco Sophocles genitivo *κεράτων* usus est, aliis vero casibus obliquis nunquam. Eorum hos in ceteris tragoediis invenimus: *κέρᾱτε* ap. Eur. in Bacch. **879** in diverbio, *κέρᾱσι* in Aesch. fragm. Perrhaeb. *ἀργυρηλάτοις κέρασι χρυσᾶ στόμια προςβεβλημένοις*, (ap. Athen. XI. **476**. c. et Eustath. ad Il. *ν'*. **21**), in Eur. Jon. **883** *κέρᾱσιν* in anapaestis. Praeterea apud tragicos poëtas solum *κέρας* legitur, neque simillimi substantivi *τέρας* casus obliqui apud eos ex-

stant: ita ut appareat, alpha saepius produci quam corripi. Nihil igitur restat, cur hos versus corruptos esse judicemus.

De vv. 526—28 cf. cap. praecedens.

581. *καὶ πεπείρανται τάδε.*

Sic libri paene omnes et schol. enarrans: *κατείργασται, τετελείωται καὶ ἤνυσται.* Ex solo Ven. et Vat. Herm. *πεπείραται* recepit, quia *πειραίνω* epici modo metri licentia formatum esset. Ellendtius vero s. *περαίνω* illam formam poëtis ex epicorum consuetudine haesisse censet, eamque Dind. quoque servavit. Neque aliter *ἐξεκείνωσεν* se habet, quod Aesch. in Pers. 758. in iambis usurpat; ita *εἱλίσσω* frequentissimum est ap. Aesch. et Eurip.; de *ξεῖνος* et *νοῦνος* cf. Wund. exc. ad Soph. O. C. — Vel *εἰν* in trimetro Antig. 1241 a multis servatur. Illa autem productio non magis certe a vulgaribus regulis discedit, quam *πεπείραμαι* passiva sententia usurpatum, licet hoc aliorum quorundam verborum analogia defendi possit.

Quibus vero disputatione mea non persuasi, — etsi persuasisse me spero, — ne iis quidem gravissimi fontes h. l. deserendi sunt, quoniam ad neutrum *τάδε* etiam pluralis verbi numerus pertinere potest. Apud tragicos enim poëtas hoc fieri, quod Bernh. synt. p. 418 negavit, Matth. in gramm. §. 300. quum aliis exemplis affirmat, tum versu Eurip. El. 500. *μῶν τἀμὰ διὰ χρόνου σ᾽ ἀνέμνησαν κακά;* — Tum igitur verbum *πειρᾶσθαι* habemus.

Ceterum Apitzio *πεπείραται* versibus 586 et 87 propemodum flagitatum videtur. Ibi Dejanira, veste nondum ad Herculem missa, chori judicium exspectans:

μεμηχάνηται τοὔργον, inquit, *εἴ τι μὴ δοκῶ*
πράσσειν μάταιον· εἰ δὲ μή, πεπαύσομαι.

At ibi de mittenda veste est sermo, quod negotium sane nondum tunc perfectum erat, nostri vero versus, ut praecedentia verba demonstrant, de veste tincta agunt, — id vero jam erat factum.

Attulimus v. 587. Ibi *πεπαύσεται* Brunck. et Herm. ex Par. a. Harl. Ald. propter auctoritatem receperunt; postea vero *πεπαύσομαι,* quod ante legebatur, in La. Lb. Par. b. Vat. repertum est, quare ita Neue, Apitz., Dind., Wund. ediderunt. Et sic schol.: *εἰ δὲ μὴ ἐνεργήσῃ, παύσομαι τῆς ἐπιχειρήσεως.*

628. *ὁρῶν προςδέγματ᾽ αὐτὴν ὡς ἐδεξάμην φίλως.*
Pro hac librorum et commentatoris *ὑποδοχάς* annotantis scriptura Dind. ex uno Harl. *προςδέργματα* recepit, sed refutatur a Wund. in emendd. Trach.

653. *Νῦν δ᾽ Ἄρης οἰστρηθεὶς*
ἐξέλυσ᾽ ἐπίπονον ἁμέραν.

Μανεὶς ὁ περὶ Εὐχαλίαν πόλεμος ἐξέλυσεν ἡμᾶς τῆς ἀνίας. Haec scholiasta; sed Wund. participium corruptum esse contendit, quia Mars, bello jam finito, suscepisse furorem dici non possit. Et quum Ven. (qui ap. Herm. Parisinus audit) *οἰστρωθείς* haberet, quam lectionem jam Stephanus commemorat, Musgr. *αὖ στρωθείς* conjecit, Herm. vero nuper teste Wundero *καστρωθείς* proposuit. At formae *καστορνῦσα* et *κάστρωμα*, ad quas Herm. nos monstrat, a tragicis p. non usurpantur, neque, ab iis usurpari eas potuisse, ex forma *κατθανεῖν* concludendum est. Tum *οἰστρηθείς* tam exquisitum est ac poëticum, ut vix e corruptione profectum esse possit. Et ne offensionem quidem habet. Nam quum post bellum Euryto illatum Herculi requiem fore deus cecinisset, optime dici poterat, bellum eo quod exarsisset, requiem illam attulisse*). Nempe si non exarsisset, tempus oraculo destinatum non esset expletum. De Marte bellum solvente, non solum incitante, bene Grauerus de figura personata in Zimm. ann. phil. a. 1842. p. 23 loquitur, p. 22—33 docte similes locutiones tractans.

Porro *ἐξέλυσ᾽* a Wundero metri causa mutatur: at antistrophae et metrum et lectio est incertissima. Cf. de his et aliis II. cap. 1 et cap. 7 §. 2.

719. *καίτοι δέδοκται, κεῖνος εἰ σφαλήσεται,*
ταύτῃ σὺν ὁρμῇ κἀμὲ συνθανεῖν ἅμα.

Ita plur. libri et schol. qui ceterum inepte annotat: *τούτῳ τῷ τρόπῳ, τουτέστιν διὰ τοῦ πέπλου.* In lemmate vero ut in La. sec. Par. a. Harl. *ὀργῇ* legitur. Illud ab Herm. aliisque ea interpunctione, qua usi sumus, servatum est; vetus interpres, ut jam Wund. vidit, falso incisum non post *σφαλ.*, sed post *ὁρμῇ* posuit. Sed pro hoc vocabulo Wund. *ἀκμῇ* conjicit, quia *ταύτῃ σὺν ὁρμῇ* necessario cum anterioribus jungendum sit; — at quae ista est necessitas? Quid tandem nos cogit? — Tum quia Herculis mors non posset conatus nominari. Scilicet mors non potest, sed caedes a Dejanira etsi invita marito inflicta, sed inceptum illud fatale ac mortiferum Herculi, hic sane est conatus.

810. *θέμις δ᾽, ἐπεί μοι τὴν θέμιν σὺ προὔβαλες*

Hyllus matri dicit, idemque scholiasta explicat: *ἐπεὶ σὺ προτέρα τὴν θέμιν ......* Wund. qui, hunc quoque versum frustra tentans, pro *θέμιν* conjecit *ἔριν*, hoc non fecisset, opinor, si verbum *προὔβαλες* prima et propria significatione: vor jemanden

---

*) Billerbeckius enarrat: quamvis Mars fureret, bellum tamen ab eo finitum nunc est. At tum *καίπερ* deesse vix poterat.

werfen, einem hinwerfen, accepisset. Sensus enim est: est autem fas, quoniam hoc ipsum fas, hoc jus, tu mihi porrexisti, i. e. tribuisti atque concessisti patre interficiendo.

834. ὃν τέκετο θάνατος, ἔτεκε δ' αἰόλος δράκων.

Herm. olim has verbi formas sententia differre existimavit, sed refutatus a Lob. ad Aj. 327 ejus conjecturam ἔτρεφε δ' αἰ., teste Wundero in emendd., ipse nunc probat. Sane enim Soph., aoristi illi si idem significant, tali in anaphora diversis formis uti non poterat. Sed ἔτρεφε vetus interpres certe non habuit, immo quum enarraret, τοῦτον τὸν ἰὸν ἐγέννησεν ὁ αἰόλος δράκων, μᾶλλον δὲ ὁ θάνατος, aut aoristos illos eodem sensu dictos putavit, aut utroque loco idem legit verbum. Atque hoc utique sine dubio est simplicissimum, videtur enim ἔτεκε glossa ad τέκετο fuisse, ipsumque medium altera quoque sede esse restituendum, ita ut venenum sagittarum a Morte atque Hydra genitum dicatur. Δέ in anaphora saepe usurpari notum est; tum longa prima secundae dipodiae syllaba, etsi in antistropha brevis legitur, offensionem non habet. Nam illae syllabae sunt ancipites.

835. πῶς ὅδ' ἂν ἀέλιον ἕτερον ἢ τανῦν ἴδοι;

Ἀέλιον a schol. per ἥλιον explicatur, ab Herm. vero, ut Wund. in emendd. Trach. refert, in ἔτι φάος mutatur, ne alpha corripiatur. Hanc enim correptionem jamdudum Herm. in edit. Trach. dixit uno Eur. Med. versu 1242 poëtis tragicis vindicari, ac ne eum quidem satis tutum esse vindicem in cens. lex. Soph. Ellendt. in Zimm. ann. phil. a. 1835. p. 750 contendit. At videtur tamen praeterea versus Eur. Phoen. 169

ἐφόις ὅμοια φλεγέθων βολαῖς ἀελίου,

a Seidlero de vv. doehm. p. 103 laudatus alpha illud correptum habere, non quia, ut Const. Matth. in quaestt. Soph. p. 166. ait, antistrophica vox est περιβαλών, — nam strophica distributio est incertissima, — sed quia insolenter duobus versibus dochm. choriambus foret adjunctus, usitatissimo vero more creticus asseritur, cujus prima syll. h. l. est soluta. Ceterorum exemplorum, quae id. Matth. et l. l. et in lex. Eurip. s. v. ἀέλιος affert, mensura est dubia. Sed equidem non magnopere dubito, eam correptionem tragoediae concedere, praesertim quod poëtae tragici atque epici frequentissime vocalium et productione et correptione differunt, cujus rei ipse ex uno Sophocle undeviginti collegi exempla, et quod tragici ipsi in vocalibus metiendis sibi non semper constant. Nescio igitur an recte Ellendt. s. v. ἥλιος dixerit, de correpto illo alpha non amplius dubitari posse, — quin Boeckhius in ann. crit. ad Pind. p. 343 suspicatus est, alpha vocis ἀέλιος antiqui-

tus breve fuisse et heroici tantum versus necessitate esse productum, quam conjecturam C. Matth. in lex. Eur. praef. p. VIII. etymologia confirmare studet.

841. ὧν ἅδ' ἁ τλάμων .....

844. τὰ μὲν οὔ τι προςέβαλε, τὰ δ' ....

Schol. οὐκ ἔγνω, οὐδ' ξυνῆκεν. Is igitur cum libris προςέβαλε habuit; sed quam ille sententiam esse censuit, eam hujus verbi esse Wund. negavit, ideoque προςέλαβε scripsit. At quod ipsius nostrae fabulae versu 580 sq. legitur:

προςβαλοῦσ' ὅσα ζῶν κεῖνος εἶπε,

recte a pluribus editoribus: „advertens ....“ vertitur. Wund. quidem cum schol. προςμίξασα interpretatur, in praef. ed. Trach. p. 40. Diodori lib. 4. cap. 36., quod jam Billerbeckius citavit, laudans, et Apollod. 2. 7. 6. Ibi enim narratur, Dejaniram praeter sanguinem alia quoque commiscere jussam esse. Ea tamen narratio ad Sophoclem non pertinet, siquidem vestis semper sanguine tincta ab eo dicitur, nulla alia re adjecta; admixtas vero res, si inesse voluit, commemorare certe debebat. Explanatur potius v. 580. versibus 680—82. jam a Schaefero allatis:

ἐγὼ γὰρ ὧν ὁ θήρ με.... προὐδιδάξατο,
παρῆκα θεσμῶν οὐδέν.

Itaque advertendi significatio, ut a verbi analogia atque formatione minime distat, ne exemplo quidem caret*).

Deinde pronomen ὧν Wunderus et quem citat Musgravius recte ad anteriora omnia referunt, etsi non satis considerantes, quid anterioribus contineatur. Nimirum dixit ibi chorus et de oraculo, quod v. 79 sqq. traditur:

ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν,
ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον .... βίοτον εὐαίων' ἔχειν,

et de Nessi medicamento; ad illud pertinet τὰ μέν, ad hoc τὰ δέ. Virgines igitur Dejaniram non satis ad oraculum illud attendisse ajunt. Scilicet non perpendit, quum Herculem facile illo tempore mori posse oraculo edocta esset, fortasse Nessi consilio id effectum iri, omniaque, quae marito nocere possent, tunc removenda esse.

Porro legimus:

ἄοκνον μεγάλαν προςορῶσα δόμοισι βλάβαν,

---

*) Qui ab Ellendtio s. h. v. hunc in finem laudatur Wyttenb. ad Plut. conv. sept. sap. p. 149. d, nihil ostendit, nisi προςβάλλειν etiam i. q. addere esse, de qua re nemo dubitavit.

i. e. instantem, non amplius cunctantem perniciem. Schol. τὴν ἀμέλλητον βλάβην. Recte hoc nunc Hermannus quoque servavit, qui olim ἄοκνος conjecerat, quod vel nunc, sed frustra, Wunderus arripuit.

Tum in v. 845: ὀλεθρίαισι συναλλαγαῖς, quod schol. explicat: Ἢ ὀλεθρίαις καὶ ἐπιβλαβέσι φιλίαις. Ἢ . . . ., Wund. ne basis glyconei v. post diiambum esset soluta, οὐλίαισι scripsit. Atqui si in versus initio basis solvi potuit, — et solvitur ibi saepissime, — quidni post iambos γνώμαις μολόντ' solvatur? Mire vero Wund. contendit, ne scholiastam quidem ὀλεθρίαισι legisse, quia ea ipsa voce in explicatione uteretur. At tota annotatio non ad adj., sed ad συναλλαγαῖς pertinet, cujus vocis postea etiam duae proponuntur explicationes; quare, ut consentaneum erat, interpres illud ipsum adjectivum usurpavit, annexa simul ejus interpretatione ἐπιβλαβέσι. Id enim tantum non semper copula καί fieri notum est. Ac, ne ulla remaneat dubitatio, addit ille: γέγονε δὲ (τὸ φάρμακον) ὄλεθρος Ἡρακλέους.

Denique in v. 855:

οὔπω . . . Ἡρακλέα
ἐπέμολε πάθος οἰκτίσαι,

quem sic commentator quoque legit, etsi falso ita interpretatur: οὐδὲ παρὰ τοῖς πολεμίοις ἀνοίκτιστον, Wund. cum Lorentzio αἰκίσαι conjecit. At illud optimam praebet sententiam, dummodo cum verbo ἐπέμολε conjungatur, hac ratione: Adiit eum res adversa, ita ut deplorares, i. e. miserabilis. Et similiter hoc jam Hermannus interpretatus est, quamquam infinitivum vir summus cum subst. πάθος conjungere videtur.

Alias quasdam res tractavi.

869. ὡς ἀήθης καὶ συνωφρυωμένη
χωρεῖ (ἡ τροφός).

Schol. παρὰ τὸ ἔθος . . . κατεστυγνακυῖα. Sed Wund. ἀηδής scribit, nam „ne dictus quidem, inquit, unquam homo est ἀήθης, nisi addito nomine ejus rei, cujus quis insuetus dicatur.“ Quasi non saepius etiam adj. illud sit id quod insolens! Id autem ultro patet de homine aeque ac de re usurpari posse. De re dixit ipse Soph. Fer. 7. 10. ἀήθη δώματα. Tum vir doct. neque scire nos ait, neque referre nostra, utrum nutrix illa alias hilaris fuerit annon. — Ohe! Num Ed. Wunderus forte negat, hominem sive hilarem sive morosum alio certe ac paulo tristiore, quam soleat, vultu procedere, si quem malum miserumque nuntium afferat? Sed quid multa? Vertendum est:

Vide, quam insueta, i. e. quam insueto habitu, vel, si mavis, quam insueto modo et quam lugubris procedat. Nam his in rebus ubi nos adverbiis, Graeci adjectivis utuntur.

Insigne hypercritices exemplum idem vir in tractandis versibus 878 seqq. ex parte epodicis, qui chori canticum sequuntur, praebet. Nullus enim fere ibi est versus, quem sanum putet atque integrum, immo laudi sibi vertit, quod permulta in suspicionem verterit, in quibus nemo unquam haeserit. Jam nostrum est, eos examinare versus, quos vett. interpretes cum libris concinentes secundum Wunderum falso modo legisse censendi forent. Quasdam vero mutationes commemorasse satis habebo propter taedium refutandi, quae ipsa se refutant.

Primum igitur in v. 879:

σχετλιώτατα πρός γε πρᾶξιν. Χορ. εἰπὲ τῷ μόρῳ, γύναι, ξυντρέχει

pro prima voce *ἄλαστα* conjecit, neque enim illam a scholiasta esse lectam, enarrante: *σχετλιώτατα· σχετλιώτατα ἦλθε πρὸς τὴν ἀναίρεσιν, τουτέστιν ὡς ἄν τις ἰδὼν ἢ ἀκούσας σχετλιάσειε τὴν πρᾶξιν,* quoniam ea voce explicandi causa uteretur. At totam sententiam explicuit, non singula verba, eumque habuisse, quod in textu est, vel suum *σχετλιάσειε* demonstrat. Tum eodem, ut videtur, scholio motus pro verbis *γὲ πρᾶξιν* Wund. substantivum, quod perceptionem significaret, postulavit. At scholiasta ipsum illud *πρᾶξιν* affert, idemque sine dubio per *ἀναίρεσιν* interpretatus est. Aperte enim ejus verba *ἦλθε πρὸς τὴν ἀναίρεσιν*, quae an ad aliam lectionem pertinerent Herm. dubitavit, ad verba *πρός γε πρᾶξιν ξυντρέχει* pertinent. Commentator igitur noster cum libris consentit. Et cur Wund. versum illum obelo notavit? — Quia puri iambi desiderantur, ait. At unde hoc scit vir doctissimus? Neque enim, vel si velis, omnia hinc lyrica metra possis amovere. Tum adjectivi *σχέτλιος* primam syll. a Soph. unquam corripi negat. Itane vero? Immo quater Soph. eo adj. usus est, et bis quidem prima syll. correpta. Cf. Ellendt. s. h. v. Euripides autem Alc. 486 in cantico dixit *σχετλίω* respondentibus verbis *σὺ γὰρ ὦ* in v. 474, et in glycon. v. El. 120 *σχετλίων*, ita ut *δὲ πόνων* in v. 135 responderet, et alias eodem modo. Omnino *τλ.* apud Soph. rarius producit praecedentem syll. quam contra; velut *ἔτλη* iambum efficit in Trach. 71. 898 al.

Haec hic tractavi, ut appareret, quam leviter saepe ac festinanter Wund. scripturam vulgatam in suspicionem vocasset. Ceterum si illam syll. corripi noluit, cur non ita mensus est:

– ◡ ◡́ ◡ ◡ – ◡ – ◡, –́ ◡ – ◡ –?

Deinde γύναι ξυντρέχει ejicit; posterius certe vocabulum interpreti non defuisse glossae ἦλθε et συνέπεσε ostendunt. Tum ἄτη νιν ἠΐστωσε scribit pro verbis

αὐτὴν διηΐστωσε,

quae et in libris sunt, et a schol. explicantur: αὐτὴ ἑαυτὴν ἀφανῆ ἀπὸ τοῦ βίου ἐποίησεν, neque quaestione v. 890 iterata in suspicionem vocantur, ut interpp. ad Aj. 905 docent. Cetera vero Wunderi sophismata omisisse satius duco.

Sequuntur in libris hi v.v.:

Χορ. τίς θυμὸς ἢ τίνες νόσοι
τάνδ' αἰχμὰν βέλεος κακοῦ
ξυνεῖλε;

Ubi unus interpres: τίς θυμὸς συνεῖλεν; aliique alia. Sed τίς ejicitur ab Erf. Herm. Wund., τίνες ab Erf. et Wund. „Non enim, quae ira," inquit Herm., „sed irae ad necem sibi inferendam impulerit Dejaniram interrogare chorus debet, quia praeter ipsam nemo est, cui potuerit irasci." At potuit Hyllo irasci, qui matrem tot conviciis affecerat, potuit Herculi, qui alienam mulierem amavit. Interrogat igitur chorus: Quaenam (est) ira aut quinam (sunt) morbi, scil. qui eam ad suicidium impulerunt? Et ita fere jam vetus enarrator: ἀ. τ. τίνα θυμὸν εἶχε τότε, et omnino sic Billerbeckius.

Sed schol. et ipse, quod in codd. est omnibus, αἰχμὰν legit, annotans: *) Περιφραστικῶς ἀ. τ. βέλος. Βέλος δὲ εἶπεν τὴν Δηϊάν., ὅτι τρόπον βέλους ἀνεῖλεν ἑαυτήν. Recte vero Triclinius ac plurimi editores αἰχμᾷ restituerunt. Defendunt quidem accusativum scholiastae ratione Bothius in ed. 2., Ellendt. s. v. αἰχμή, Apitzius**): sed Dejaniram hastam appellare nimis quaesitum fuisset, et ne aptum quidem, quoniam chorus eam minime inculpare, sed deplorare potius volebat. Tum recte Tricl. Br. Schaef. Gaisf. Billerb. verba τάνδ' — ξυνεῖλε sublato interrogandi signo nutrici tribuunt, ut responsio sit ad chori quaestionem. Sensum autem arbitror hunc esse: „eam Herculis sagitta in Nessum conjecta simul (cum Nesso et Hercule) interfecit." Quae si ita sunt, jam neque num. sing. neque praepositio verbi ξυνεῖλε, neque mortis descriptio in v. 889 demum sequens offendit.

---

*) Lemma τᾶνδ' αἰχμᾶν, sed La. in textu τάνδ' αἰχμάν.
**) Hi viri scholium falso ex ed. Rom., non e cod. descripserunt.

Chorus tum addit:

πῶς ἐμήσατο
πρὸς θανάτῳ θάνατον
ἀνύσασα μόνα.

Τὸν ἑαυτῆς πρὸς τῷ Ἡρακλέους, ait interpres. Ne illis quidem versibus Wund. parcet; metrum enim esse nullum, — quid? nonne usitatissimus trim. dact. cat. et choriambus praemisso iambo? — vocem μόνα autem alienam esse; — at saepissime μόνος est i. q. αὐτός et apud Graecos et apud Germanos.

V. 888 virgines quaerunt:

ἐπεῖδες, ὦ ματαία, τάνδ᾽ ὕβριν;

Ubi interpres quum alia annotat, tum haec: τὸ ματαία κατὰ ἀντίφρασιν. Wund. vero μάταιε et τάνδε τάν scribit, ut interrogatio iisdem procedat numeris atque responsio, — quae causa plane nulla est. Sed ulterius etiam progreditur. Nam quum v. 893 sqq. legatur:

Χορ. ἔτεκεν, ἔτεκεν, μεγάλαν
ἁ νέορτος ἅδε νύμφα
δόμοισι τοῖσδ᾽ ἐρινύν.
Τροφ. ἄγαν γε· μᾶλλον εἰ παροῦσα πλησία
ἔλευσσες, οἷ᾽ ἔδρασε, κάρτ᾽ ἂν ᾤκτισας,

tres priores versus Wunderus omnino ejicit, quos et libri tuentur omnes et scholium: Ἡ νεωστὶ ἐνταῦθα ὁρμήσασα Ἰόλη. Et quantis causis ille motus est! Scilicet ἄγαν γε non posse ad verba modo praecedentia pertinere. At quidni dicatur: ἄγαν γε μεγάλην ἄτην ἔτεκε? Deinde verbi ἔδρασε subjectum eandem tum fore Jolam. Quid vero? Nonne talis subjecti mutatio est frequentissima? Nonne omnis hîc ambiguitas abest, quoniam cunctae istae querelae ad Dejaniram pertinent, et τάνδ᾽ ἐρινύν virgines modo ipsius Dejanirae perniciem dixerant? Ceteras vero causas non opus est ut refellamus.

Sed sequentes versus:

Χορ. καὶ ταῦτ᾽ ἔτλη τις χεὶρ γυναικεία κτίσαι;
Τροφ. δεινῶς γε· πεύσει δ᾽, ὥστε μαρτυρεῖν ἐμοί,

Hermannus ejecit ut ex priore fabulae recensione relictas. At hac de duplicitate quum sententiam nostram supra protulimus Raymanni dissertatione laudata, tum h. certe l. nulla excogitari potest causa, cur Soph. versus, quos primum scripserit, postea mutaverit. Quodsi τὶς offendit, cum Wund. τοί aut cum Schneidewino in ind. docto Gott. 1842. p. 255 δή restituendum est; tum si οἷ᾽ ἔδρασε chorus, ut par erat, ad caedem potissimum rettulit, ex sensu

optime *ταῦτα* usurpare potuit; ita ut ad idem suicidium pronomen referretur. Itaque ne verba *καὶ ταῦτα* quidem difficultatem praebent. Et Wunderus quoque, etsi alia ratione, hos versus tuetur, legitque eos interpres, qui verbum *κτίσαι* per *κατασκευάσαι* et *ποιῆσαι* explicat, et ad v. 899 annotat: *οὕτως ἀκριβῶς διηγήσομαί σοι τὸ πρᾶγμα, ὡς πεισθῆναί σε ὅτι ἀληθῆ λέγω.*

Ad incredibilem paene illam mutationum copiam Wunderus aperte infelici studio puros trimetros iamb. efficiendi permotus est. Sed in numeris haerendum non videtur; dummodo praecedere censeamus trimetros jamb. duobus bacchiis immixtis, velut in O. Tyr. 1465. 1471. 1475. Oed. Col. 318. 1271. al. Trimetrorum illorum postremus tum v. 878 est, qui a Wundero et ipse frustra tentatur et ita est metiendus:

∪ –́ ∪ ∪∪, – ∪́∪ ∪ –, ∪ –́ ∪ –,

Sequentes deinde versus ita constituo:

879. Nutr. –́ ∪ –́ ∪ ∪ –́ ∪ – ∪. Chor. –́ ∪ – ∪ –
(v. glycon. ut ita dicam hypercat. annexo tripod. troch. cat. vel, si mavis, glycon. c. tripod. jamb.)
∪ –́ –́ ∪ –
Nutr. – –́ ∪ –, – –́ ∪ Chor. –
–́ ∪ – ∪, –́ ∪ –
Nutr. –́ ∪ –́ ∪ ∪ –́ ∪ –
∪ –́ ∪ Chor. –, ∪ –́ ∪ ⏓
885. –́ ∪ ∪, –́ ∪ ∪, ⏓
∪ –́, –́ ∪ ∪ –
Nutr. ∪ ∪ –́ ∪ –, ∪ –́ ∪ – –

(Quamquam h. l. pro anapaesto *στονόεντος* fortasse *στονοῦντος* scribendum est, velut *πτεροῦντα* Aesch. in Suppl. v. 1013 dixit, ut v. sit dim. jamb. hypercat.)

Chor. ∪ –́ ∪ – ∪ – –, –́ ∪ –
(dim. jamb. cat. cum cretico).

Sequuntur duo trim. jamb. iterum binis bacchiis adjunctis. Sed versus illos excipiens

ἔτεκεν, ἔτεκε μεγάλαν

quum insolentes videatur numeros habere, nescio an forte scribendus sit:

ἔτεκ', ἔτεκε μ. ἁ, —

articulus enim ex sequente v. assumendus. Tum tres dim. jamb. cat. prodeunt. Salvae igitur in hac epodo librorum scholiastarumque sunt lectiones. —

904.) Nutrix Dejanirae mortem narrans ait:

βρυχᾶτο .... ὅτι
γένοιτ' ἐρήμη, κλαῖε δ' ὀργάνων ὅτου
ψαύσειεν, οἷς ἐχρῆτο δειλαία πάρος.

Haec verba Wunderus se unquam integra crediturum esse negat, quamquam praevidet fore, „qui quum nihil non, quod in codd. scriptum reppererint, defendenda putent, recte dicta opinentur." Quae Wunderi cavillatio nos non impediet, quominus praestantissimum poëtam a delicatis quasi naribus eorum, qui ubique corruptiones odorentur, pro virili parte defendamus. Hic quidem eo onere jam schol. nos levavit; jam ille enim Wundero, clamitanti, minime intelligi posse, cur Dejanira lacrimaverit, quoties aliquod instrumentorum antea usurpatorum attigerit, respondet: *Καὶ* (scr. *κεἰ*) *ἥπτετό τινος ἐργαλείου, ὧν εἰώθειν μεταχαρίζεσθαι, ... ὠδύρετο, ὡς λοιπὸν καταλιμπάνουσα αὐτά.* Eam tamen tunc jam de suicidio cogitasse Wund. negat: neque enim eo querelas spectasse quum aliis verbis apparere, tum v. **904** *βρυχᾶτο ... ὅτι γένοιτ' ἐρήμη.* At quoniam Hercules jam pro mortuo habendus erat, sane poterat se viduam maritoque orbatam dicere: deploravit autem mala, quibus ad suicidium impellebatur. Neque dubitandum est, quin generosa mulier hoc mortis sibi inferendae consilium statim nuntio terribili accepto, quum *σῖγ' ἀφέρπει* (v. **813**), ceperit, velut Euridice, audita filii morte, paulo postquam tacita abiit (cf. Antig. v. **1243**), se interficit. — Omnia igitur bene se habent.

Neque magis turbandus est v. **911**:

ἀνακαλουμένη .. τὰς ἄπαιδας ἐς τὸ λοιπὸν οὐσίας,

ubi schol.: *ἐπεὶ μηκέτι ἔμελλεν παῖδας τίκτειν.... οὐσίας δὲ κοίτας ...*, Herm. tamen *δίπαιδας* conjecit, Wund. plura etiam mutanda censuit, talem fere sententiam desiderans: „liberorum in posterum patre orbatorum sortem miserrimam;" Staegerus denique in versione Germana (Hal. **1841**) vertit: Und klagte .... um ihr Missgeschick, Und dass in Zukunft kinderlos ihr Leben sei. Poterat ita interpretari, si *ἡ οὐσία* simpliciter *τὸ εἶναι* significaret, et numerus pluralis ita inveniretur. Sed *αἱ οὐσίαι* solae opes esse possunt. Deplorat autem infelix mulier, quod opes suae justis haeredibus, qui sunt liberi, careant. Filius enim Hyllus matre modo se abdicaverat (v. **736**. Cf. v. **808**. **817**). De ceteris autem liberis, qui non aderant (v. **1153**), prae dolore non magis cogitavit, quam moribunda Antigona, se *τὴν βασιληΐδα μούνην λοιπήν* nominans.

964. ξένων γὰρ ἐξόμιλος ἥδε τις βάσις.
πᾷ δ' αὖ φορεῖ νιν; ὡς φίλου
προκηδομέναν βαρεῖαν
ἄψοφον φορεῖ βάσιν.

Quum αὖ et sensui et numeris obstet, Herm. δέ scribit, neque Wundero interrogandum erat, quomodo vitium ortum esset: ortum enim est, ut multa, fortuito librarii lapsu. Cetera ab editoribus adhuc servata sunt confirmanturque scholiis: Ἐκ τῆς βαδίσεως συνῆκεν, τὸ φαινόμενον ἄθροισμα ξένων ἀνδρῶν εἶναι. οἷον, βάδισις ξένων ἀνδρῶν ἐστι [ν. Ὁ γὰρ στόλος ἐξ Εὐβοέων]*) καὶ ἄλλου πλήθους συνέστηκεν ...... Ποῦ, φ., καὶ φέρει αὐτὸν ὁ ὅμιλος; ὡς γὰρ ὑπὲρ φίλου κηδομένην, ἄψοφον φέρει τὴν βάσιν. Wunderus tamen et, quem laudat, Suevernius ineptam contendunt quaestionem esse, quonam Hercules feratur, quum eum pateat ad domum suam ferri: neque minus absurdam esse locutionem βάσις φέρει βάσιν. Wunderus praeterea addit, neque ullam anterioris sententiae causam particula ὡς afferri, neque amici curam eos gerere homines, qui taciti procedant. Corruptionem autem, quam inesse putant, Suevernius conjectura infelicissima, Wund. omnino non conatus est sanare. Quod equidem non miror: lectio enim est sanissima. Nam simulac virgines Herculis corpus portari vident, statim extimescunt ne morti ille occubuerit. Nonne igitur suspicari poterant, eum ad rogum ferri? Hoc tamen, ut par erat, edicere veritae, satis habuerunt interrogasse, quonam ferretur, ejus interrogationis causa simul adjecta: (ὡς) tam gravi incessu, tam alto silentio progrediuntur. Ii autem, qui lugubres tristique servato silentio procedunt, quum corpus portant, sane mortuum hominem et curant et honorant. Sententiae subjectum denique non βάσις est, sed ὅμιλος, quod subst. ex vocabulo ἐξόμιλος et schol. et Herm. et Groddeckius supplent, neque minus ipse Suevernius, annotans: weil man sich dies (adjectivum) immer dunkel dachte, fühlte man die Schwierigkeit nicht.

994. Ὦ Κηναία κρηπὶς βωμῶν,
ἱερῶν οἵαν οἵων ἐπί μοι
μελέῳ χάριν ἠνύσω, ὦ Ζεῦ.**)
Οἵαν μ' ἄρ' ἔθου λώβαν, οἵαν·
ἣν μήποτ' ἐγὼ προσιδεῖν ὁ τάλας
ὤφελον ὄσσοις, τόδ' ἀκήλητον
μανίας ἄνθος καταδερχθῆναι.

*) Verba uncis inclusa e conj. adjeci; nam nisi haec vel similia excidisse putas, scholium intelligi nequit.

**) Ita verba ab Herm. sunt restituta.

Postrema verba defendi non posse a plerisque conceditur. Nonnulla certe eorum schol. tuetur, enarrans: ἀνίατον, ἀκαταπραΰντον. Ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ ὤφελον. — Θεωρῆσαι, ἰδεῖν τὴν ἀκμὴν τῆς μανίας. Herm. ibi praesertim metri gratia καταδερχθείς scribit, quo facto sane duo system. anap. sibi respondentia prodeunt, sed nihilominus neque versus 993—96 habent, quibus respondeant, neque sententia sic restituitur, ut argumentis ex parte saltem idoneis Wund. demonstravit. Haec autem facillime emendatur, si pro τόδ' scribimus τὸ δ', ita ut enunciatum pronomine relat. incipiatur, continuetur vero particula δέ, quo anacoluthiae genere nullum est frequentius. Itaque „quam ignominiam, inquit, nunquam videre debebam, et summum atque immedicabilem furorem conspicere.“ Quae epexegesis quaedam est, verba praecedentia simili, sed pleniore sententia accuratius prodens. Anapaestorum vero responsio, quae utique nulla in versibus 983—87 et 993—96 est, ne hîc quidem quaerenda est, ubi sine vehementissimis mutationibus effici nequit. Haec autem ipsa numerorum ratio non dubito quin Wunderum ad summam conjecturarum suarum audaciam compulerit, quamvis obiter tantum in totius disputationis fine (in emendd. Trach.) annotet: „Addo id unum ad commendandam conjecturam meam, aptissime nunc duobus systematis summae aequalitatis hunc locum constare.“ Scilicet ejecit τόδ' ἀ. μ. ἄ. κατ. et in v. 1003 χωρὶς Ζηνός, neque tamen dixit, quid tandem quenquam movere potuisset, ut ea verba adjiceret. Tum verba ἣν μήποτ' .... ὄσσοις post subst. βωμῶν collocavit, ea inepta fore ratus, si pron. relat. ad λώβην pertineret. Nempe λώβην significare Herculis morbum, qui quum nondum evanuisset, Herculem non potuisse cupere, ne ipsum morbum viderit, sed potius, ne videat, — immo ne hoc quidem, sed ne sentiat. Atqui falsa sunt praemissa: λώβη enim hîc non tam morbum significat, quam ignominiam, quod Hercules demens factus sit, idque per mulierem. Sane igitur clamare poterat: utinam nunquam hunc furorem atque ignominiam vidissem, sed antea essem mortuus! Verba χωρ. Ζην. vero paene necessaria sunt, quippe quae causam afferant, cur Juppiter potissimum sit invocatus. Ea tamen hîc dicenda fuisse Wund. negat, quia ad ipsum Jovem tota oratio sit conversa. Quid? Etiam postrema verba? Quis hoc patefecit viro doctissimo?

De verbo ἠνύσω in p. II. cap. I. egimus.

1011. πόθεν ἔστ', ὦ
πάντων Ἑλλάνων ἀδικώτατοι ἀνέρες, οὓς δὴ
πολλὰ μὲν ἐν πόντῳ κατά τε δρία πάντα καθαίρων
ὠλεκόμαν ὁ τάλας.

Ποῦ, φ., ἄρα ἐστὲ, ὦ πάντων Ἑλλήνων ἀδικώτατοι, schol. Sed Musgr. miratus est, quod Hercules, qui ipse homines Graecos appellaret, tamen quaereret, unde essent nati, et Dind. ac Wund. ideo *ἀνθρώπων* conjecerunt, ex cujus subst. compendio *ανων* lectionem *Ἑλλάνων* ortam esse censuerunt. Neque tamen ex hoc compendio facile vox *Ἑλλάνων* fieri poterat; ac sane Hercules comites suos Graecos esse et lingua et adspectu habituque cognoscere debebat. Omnes autem difficultates evanescunt, si enarramus: Ex qua Graeciae parte estis, omnium Graecorum ingratissimi, quippe quos Graecos ubique belluis liberans laboraverim atque me anxerim. — (Nam etsi alias quoque terras, praecipue Graeciam feris liberavit.) Et nunc mihi precanti nemo mortem vult inferre. Id est, alii Graeci, quoniam omnes Graecos maximis affeci beneficiis, hanc gratiam procul dubio mihi non recusavissent: vos vero quum recusetis, omnium estis ingratissimi.

1169. *χρόνῳ τῷ ζῶντι καὶ παρόντι νῦν.*

Τῷ ἐφεστῶτι· ὁ γὰρ παρελθὼν οἱονεὶ διέφθαρται, ὁ δὲ μέλλων πάλιν ἄδηλος. Ita schol. Sed Wund. putat vocem *ζῶντι* glossam esse, quanquam ne ipse quidem habet, quod pro ea reponat. Credo! Nam *ζῶντι* quin a Sophocle ipso profectum sit non dubito. Quidni enim, quum *τὸ ζῆν* perpetuo et hominibus et rebus mortuis atque praeteritis opponatur, *ὁ ζῶν χρόνος* tempori, quod evanuerit, simili modo respondeat? Cf. etiam Ant. 457. Neque Wunderum, quod adjectum est, *ὁ παρών*, offendere debebat, siquidem et apud Graecos et apud Romanos particula copulativa frequentissime verba fere synonyma annectit, ita ut priora posterioribus aut explicentur aut dilatentur aut accuratius definiantur. Cujus rei si exempla afferre velimus, nugas agere videamur. Et genuina esse verba etiam Schneidewinus in ind. doct. Gott. a. 1842. p. 256 in cens. emendationum Wunderi affirmavit.

1255. Hercules comites suos adhortatus, ut rogum construerent, quo moreretur, pergit:

παῦλά τοι κακῶν
αὕτη τελευτὴ τοῦδε τἀνδρὸς ὑστάτη.

Μόνη γὰρ ἀνάπαυσις τὸ παραθεῖναί με τῷ πυρὶ καὶ τοιαύτῃ τελευτῇ χρήσασθαι. Ita schol. enarrat, quem frustra Wund. *ὑστάτη* legisse negat; nam aperte haec vox adjectivo *μόνη* significatur, hoc sensu: Haec mea mors ultimus, qui reliquus est, malorum meorum est finis. Sed Wunderus pro *ὑστάτη* scribit *ἵσταται*, ne alia quidem se recte habere censens, quia *τελευτὴ ὑστάτη* mera sit tautologia. Profecto, si haec verba conjungimus: conjunxit ea autem Herm. posito inciso post pron.

αὕτη, quod adscivit sine dubio, ne articulus post illud pronomen omitteretur. At omittitur in Oed. Tyr. v. 831:

μὴ δῆτ᾽ ..... ἴδοιμι ταύτην ἡμέραν,

in El. v. 223. *οὐ σχήσω ταύτας ἀράς*,

in Trach. v. 80. 720. 1227. O.T. 138. 1036. Ant. 485. 1042. O.Col. 848. El. 1191. Aj. 761, quibus in versibus omnibus neque adjectivum substantivo appositum est, neque pronomen pro substantivi appositione aut substantivum pro appositione pronominis haberi potest.

Postpositus denique est genitivus eadem ratione in nostrae fabulae v. 695:

τὸ γὰρ κάταγμα τυγχάνω ῥίψασά πως
τῆς οἰός,

et in quattuor aliis Sophoclis versibus ab Ellendtio s. v. ὁ C. 5. i (vol. II. p. 245) allatis. — Aeque igitur conveniens ac simplex scholiastae videtur ratio, ita ut *παῦλα* dicatur extrema sive tandem aliquando adducta, die endliche Erlösung von den Leiden.

PHILOCTETA.

141. *Σὲ δ᾽ .... ἐλήλυθεν*
πᾶν κράτος ὠγύγιον.

Hoc schol. quoque habuit, enarrans: ... *ἦλθεν εἰς σέ.* Wund. tamen cum Tricl. *σοὶ δ᾽* scribit, illud negans Graecorum consuetudini dicendi accommodatum esse, quia assequendi notio hic subesse non posset. Quasi poëtae dicere non liceat: te prisca potestas regia assecuta est. Neque quisquam alius h. l. haesit.

145. *ὁπόταν δὲ μόλῃ*
δεινὸς ὁδίτης τῶνδ᾽ ἐκ μελάθρων ...

Ita libri et schol. Sed postrema verba Wunderus ejicit, argutiis ea impugnans, non argumentis. Et quis tandem hujusmodi glossam adscripserit, quis homo sanus? Quamquam sanum quidem interpretem hunc fuisse ipse Wunderus negat; at nonne indecorum paene est, temere generi humano ineptos addere homines? Immo rectissime plurimi editores verba *τῶνδ᾽ ἐκ μελάθρων* cum subst. *ὁδίτης* conjunxerunt, sive sensus est, quem Herm. esse censuit, „qui ex hoc antro abiit," sive simpliciter, „qui ex hoc antro est," i. e. der Wandrer aus diesem Gemach.

164. ταύτην γὰρ ἔχειν βιοτῆς αὐτὸν
λόγος ἐστὶ φύσιν, θηροβολοῦντα
πτηνοῖς ἰοῖς, σμυγερὸν σμυγερῶς,
οὐδέ τιν' αὐτῷ
παιῶνα κακῶν ἐπινωμᾶν.

Schol. annotans ἀ. τ. ἑαυτῷ, cum omnibus libris praeter Flor. verba οὐδέ τιν' αὐτῷ habuit, quae Herm. cum Flor. illo ejecit, quia, si cum plerisque editoribus αὐτῷ reciperetur, verba sic essent explicanda: „neque ullum ei hominem dicunt medicum admovere," hanc vero obscuram fore orationem atque ita expressam, ac si aliqui homines in ista regione vixissent, id quod factum non esset. Atqui neque verba illa interpolationem produnt, neque magna codicis Flor. est auctoritas, neque prae inopia Philoctetae Neoptolemus morbi ingentis potest oblitus esse. Et ita chorus quum v. 174 sq. ejus egestatem deploret, v. 173 de ejus morbo queritur. Nescio denique an victus Philoctetae vix apte medicus suorum malorum dici potuerit, quippe qui victus morbo certe haud medeatur. Quae omnia quum Hermanno obstent, bene, ni fallor, sententia procedit servato pronomine αὐτῷ accusativoque τινά ad παιῶνα relato. Tum sensus est: talem qualem dixi, vitam eum degere fama est, infelicem infeliciter venantem, neque ullum malorum medicum eum sibi advertere, i. e. invenire. — Nisi forte, quamquam refragante Hermanno, ἐπινωμᾶν intransitiva sententia accipere malis, id quod Ellendtius s. h. v. proposuit, laudans v. 719, ubi ipse atque Herm. (in retractt.), Schwenckii sententiam in Zimm. ann. phil. a. 1839. p. 1020 proditam secutus, ita ἐπινωμᾷ explicant, et Soph. fragm. inc. 23. 11.

νωμᾷ δ' ἐν οἰωνοῖσι τοὐκείνης πτερόν,

i. e. ala Veneris.

Sed multo magis, quam causae ab Herm. edictae, anapaesti strophae atque antistrophae sine responsione annexi movisse eum videntur. Quos quum ne omissis quidem iis verbis numero pares esse cognosset, in retractt. inter stropham atque anapaestos veritus non est duos tetram. anap. unumque dimetrum, qui versibus 159—61 responderent, inserere: quae omnia viro summo non prius sunt concedenda, quam de θέσει, responsionem systematum anapaest. canticis insertorum ubique necessariam esse, constet. Nam aliam primi Antigonae cantici rationem esse in cap. praeced. vidimus.

184. στικτῶν ἢ λασίων μετὰ
θηρῶν.

Ita quum in codd. omn. legatur, Herm. ut syll. ancipitem amoveat, scribit:

θηρῶν ἢ λασ. μετ' ἢ
στικτῶν,

improbatus a Selckmanno*). Syllabam brevem in extremo v. glyconeo admitti in cap. praeced. ad Phil. v. 177 ostendisse mihi videor; praepositionem in fine positam C. Lachmannus de chor. syst. p. 20 praeposito adjectivo excusavit; laudans similia quaedam exempla, quibus addas

Soph. Ant. 600 *ἐσχάτας ὑπὲρ*
ῥίζας ἐτέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις.

Et sine ea excusatione praeter ea, quae idem vir summus attulit, Eurip. cecinit

Tro. 836 *Ἔρως, Ἔρως, ὃς παρὰ*
Δαρδάνια μέλαθρά ποτ' ἦλθες, —

nam versum praepositione finiri cognoscimus syllaba brevi, cui longa respondet in v. 819 antistr.:

μάταν ἄρ' ὦ χρυσέαις.

Uberem denique exemplorum copiam ex trimetris jamb. collegit R. Skrzeczka Gumbinnensis in Jahnii tabulario phil. et paed. vol. VII. fasc. 3. p. 325 sqq. (a. 1841) in diss. de pronominibus propter locum, quem obtinent, orthotonumenis.

Haec hîc commemoravi, quia vulgatum verborum ordinem schol. tuetur, annotans: *ποικίλων καὶ δασυτρίχων.*

204. Libri: *ἦ που τῇδ' ἢ τῇδε τόπων;*

Ἆρ' ὧδε ἢ ἐνθάδε; enarrat schol. A quibus recedit Hermannus, *ἦ που* scribens, quod tantum abest ut necessarium sit, ut alacrior etiam oratio fiat, si se ipse chorus interroget, unde clamor ille proficiscatur**). Choro autem hunc v., qui in codd. Neoptolemi est, recte idem Herm. tribuit.

230. *οὐ γάρ εἰκὸς οὔτ' ἐμὲ*
ὑμῶν ἁμαρτεῖν τοῦτό γ', οὔθ' ὑμᾶς ἐμοῦ.

Wund. *τοῦδέ γ'* conjicit, quod „genitivum *τοῦδε* et usus verbi *ἁμ.* requirat, et positum ab Soph. hic esse scholiastae probetur interpretatione, *τῆς προσηγορίας.*“ At non dubito quin commentator ille accusativum legerit: verbum enim pronominis neutr. accusativum admittit, substantivi tamen postulat genitivum. Non minus accusat. alter legit interpres, qui *εἰς τοῦτο* annotat, suo more praepositionem supplens. Usum vero dicendi Wunderus pueros

---

*) De v. glyconeo, progr. gymn. Colon. Berol. 1834. p. 15.

**) *ἦ που* etiam ab Ellendtio s. *ἦ* p. 748 defenditur, sed alio modo.

doceat, non Hermannum ceterosque viros doctissimos, quibus vulgatus casus videbatur rectissimus; quin adeo paene mos est ejusmodi verbis pronominis accusativum annectere, ut ne exemplis quidem opus esse videatur.

324. *θυμῷ γένοιτο χεῖρα πληρῶσαί ποτε.*

Εἴθε γένοιτό μοι ὠργισμένῳ ὅρμησις κατ' αὐτῶν καὶ τὴν δύναμιν ἐνδείξασθαι. — Ὀργῇ. — Πρᾶξιν. — Concinunt igitur libri ac scholia; sed editores plerique *θυμὸν — χειρὶ* e conj. receperunt, quod necessarium esse non credo. Recte enim C. W. Schneiderus monuit, a verbo *γένοιτο* hic acc. c. inf. pendere; objectum autem, i. e. *αὐτόν*, ex praecedente subst. *θυμῷ* suppletur, velut in Oed. Tyr. v. 817 sq. *ᾧ μὴ ξένων ἔξεστι ... τινὰ ... δέχεσθαι*, et alias saepissime.

417. *οὐδ' οὐμπολητὸς Σισύφου Λαερτίῳ*

a plurimis editoribus e Par. a. sec. et Ricc. est receptum: ceterorum codd. lectionem *Λαερτίου*, confirmatam scholio: *τὸ χ ὅτι Λαερτίου κτητικὸν ἀντὶ πρωτοτύπου Λαέρτου*, bene Wund. defendit, substantivum *Σισύφου* dicens ab adj. *ἐμπολητός* pendere, subst. *Λαερτίου* autem a voce *γόνος*. Etsi dativi sensum reprehendere non debebat.

425. Nestor, inquit Neopt., nunc male se habet, quia

Ἀντίλοχος αὐτῷ φροῦδος, ὅςπερ ἦν γόνος.

Schol. *οἱ* (scr. *οἳ*) *μὲν γρ. μόνος, παρ' ἱστορίαν φησὶν* (*φασὶν* recte Rom. et Br.)· *οἱ* (scr. *οἳ*) *δὲ γόνος, τῷ ποιητῇ ἀκολουθοῦντες λέγουσιν.* Utrumque impugnavit Herm., sed neque quod edidit vir summus, *μένος*, neque quod olim conjecerat, *ὃς παρῆν, γόνος*, neque quod in retractt. protulit: *ὅςπερ ἦν μέλων*, neque quod Pflugk. in Zimm. ann. phil. 1841. p. 910 invenit *ὃς προὔστη γένους*, nobis satisfacit. *Μόνος* defendit Ad. Schoell. in vit. Soph. (Frcf. a/M. 1842) p. 330, verba ad Phrynichum, qui Antiphontem suum amiserat, referens. Sed poëtis tragicis ne tum quidem, quum publicas res assignificant, dicere licet, quae ab hominum in fabula productorum condicione abhorrent. Sed facillima ratione Staegerum verba tueri arbitror vertentem: 'ach, er war sein Sohn. Et *γόνος* cum schol. omnes libri habent: *ὅςπερ* autem est „qui quidem."

431. *Σοφὸς παλαιστὴς κεῖνος· ἀλλὰ χαὶ σοφαὶ γνῶμαι . . . . ἐμποδίζονται θαμά.*

Ex corrupto loco Suidae s. v. *παλαιστής* Herm. olim *οὐχ αἱ* recepit, sed vulgatam lectionem bene Wund. aliique defen-

derunt*), eamque schol. quoque habuit, enarrans: *αἱ γὰρ τοιαῦται γνῶμαι καταβάλλονται εὐθέως.* Atque servavit eam ipse Herm. in ed. 2.

465. *ὁπηνίκ' ἂν θεὸς πλοῦν ἡμὶν εἴκῃ.*

Verbum *εἴκῃ*, quod in omnibus paene codd. legitur, ab interprete vetere per *διδῷ, συγχωρήσῃ* explicatur. Solus La *ἥκῃ*, *ï* supra scripto, *Γ. ἥκει*, Harl. *ἥκοι*, unde Herm. *ἥκῃ* recepit, quod quomodo intelligi voluerit equidem haud assequor.

476. *τό τ' αἰσχρὸν ἐχθρὸν καὶ τὸ χρηστὸν εὐκλεές.*
. . . . *τὸ αἰσχρὸν ἐχθρόν ἐστι* . . . schol. Hic igitur vulgatum ordinem tuetur, quem mutavit Herm., *ἐχθρόν* ante *αἰσχρόν* collocans, quia adjectivo *εὐκλεές* non *ἐχθρόν*, sed *αἰσχρόν* responderet. Atqui oppositio tam accurata neque omnino hîc videtur opus esse, neque transpositione efficitur, quoniam ne *τὸ ἐχθρόν* quidem *τῷ χρηστῷ* omnino respondet.

494. Libri praebent *ἱκμένοις*, insolentem participii formam; soli Ricc. Lc. Vat. Ven. *ἱγμένοις* servarunt; schol. *ἄ. τ. διὰ τῶν ἱκμένων καὶ πεπορευμένων.* Sed ab hoc olim *ἱγμένων* scriptum esse apposito perfecto apparet. Neque quisquam fuit quin hoc praeferret.

533. *Ἴωμεν, ὦ παῖ, προςκύσαντες τὴν ἔσω* . . . .

Eodem pertinet scholium: *ἀσπασάμενοι τὴν ἑστίαν.* Sed plur. editores Porsoni monitu *προςκύσαντε*, quod in La ex corr. est, scripserunt, etsi interpunctio praecedit, qua ejusmodi trimetros excusari ipse Herm., qui hîc a codd. omn. recedit, quum alibi, tum ad simillimum v. Phil. 22 dixit.

758. *ἥκει γὰρ αὕτη (ἡ νόσος) διὰ χρόνου πλάνοις ἴσως.*

Ita in codd. paene omnibus legitur, eodemque glossa *Ὁδοιπορείαις* spectat, etsi, quae adduntur, *ἥκει ἡ νόσος, ἴσως ὅτε ἐκορέσθη πλανωμένη*, non minus ad *πλάνης* referri possint, quam vocem Herm. ex *Γ.* et Harl.**) in ed. recepit. Ipse tamen in retractt. utramque lectionem ad idem redire confessus est. Dativus autem quum majore gaudeat auctoritate, utique est servandus.

---

*) Ad. Schoell. in vitae Soph. p. 327. not. vocem *κεῖνος* ad Nestorem refert, quod propter sententiarum ordinem hîc fieri nequit; nam postrema verba, misso jam Nestore, de Ulysse tantum agunt.

**) Hic cod. a Buttm. h. l. codex Porsoni, qui in adversariis suis ejus var. lectt. attulit, nominatur.

799. συλλαβὼν
τῷ Λημνίῳ τῷδ' ἀνακαλουμένῳ πυρὶ
ἔμπρησαν.

Ἀνακαλ. et libri praebent et schol., παρακαλοῦντι interpretans et medium pro activo dici putans. Brunckius vero, Herm., alii ex Toupii conj. ἀνακυκλουμένῳ ediderunt, quod Herm. in cod. Ven. esse ex collatoris silentio parum firme, et ipse dubitans, collegit. Sed utut hoc est, optime vetus lectio explicari potest, quae non ignem saepe invocatum significat, quod Erf. voluit, jam ab Herm. monitus, ἀεί tum apponendum fuisse, — sed ignem, quem tunc quasi invocaverat Philoctoeta, quum eo interfici cuperet.

828. εὐαὴς ἡμῖν ἔλθοις.

Schol. εὔπνους interpretatur. Fuerunt qui εὐαές et εὐαδές conjicerent: sed vulgatam lectionem Herm. optime defendit.

833. ὦ τέκνον, ὅρα ποῦ στάσῃ,
ποῖ δὲ βάσῃ, πῶς δέ μοι τἀντεῦθεν
φροντίδος ὁρᾷς. ἤδη
πρὸς τί μενοῦμεν πράσσειν;

Cum libris concinit vetus enarrator, annotans: ποῦ στήσῃ τῆς γνώμης; ποίας γνώμης κρατήσεις; Wund. tamen Sophoclis verba interpolata censuit, Erf. et Herm. corrupta putarunt; et hic quidem πῶς τέ μοι, τ. scripsit. Omnia vero sana videntur, dummodo interpunctio mutetur. Atque punctum a viris doctis jamdudum sublatum est post ὁρᾷς, positum autem ante id verbum, ita ut ad part. πῶς supplendum esset ἐστίν. Hoc verbum ab Herm. quidem alienum nominatur, quia et futuro opus sit et persona secunda; at futurum voce τἀντεῦθεν significatur, quae id quod inde ab hoc tempore fiat, exprimit: et persona quidni tertia cum secunda conjungatur? — Ego deinde post ἤδη interrogandi signum pono. Tum chorus, qui Neoptolemum v. 833 jussit videre, quid faciendum sit, nunc interrogat, num jussum illud sive consilium jam sequatur.

V. 852 porro plur. codd. habent

οἶσθα γὰρ ὃν αὐδῶμαι,

ad quod glossae δι' ἓν et α. τ. τὸν Φιλ. spectant. In quibusd. libris legitur ὧν, Herm. denique in ed. ἄν, in retractt. ᾧ γ' scribit. Servavit ὃν Wund., in antistr. μένομεν reponens pro fut. μενοῦμεν, — et haec ratio tam facilis est, quam metro conveniens, quod hoc est:

⏒ ⏑́⏑ ⏑ –, –́ –

plane ut v. 832. 835. 847. 851.

Deinde ad verba, quae in codd. sic procedunt:

εἰ ταὐτὰν τούτῳ γνώμαν ἴσχεις,

commentator adscripsit: *εἰ τὴν αὐτὴν τῷ Ὀδυσσεῖ γνώμην ἴσχεις* .... Sed aliter ne tum quidem enarrare poterat, si forte *ταὐτόν* legit, quod acutissime Ed. Wunderus proposuit, assentiente Hermanno quoque in retractt.*). Idem Wund. quum in edit. sua, tum in Zimm. ann. phil. a. 1834. p. 750 sqq. de his strophis egregie disputans, *ὅν* rectissime ad Philoctetam rettulit; sed tum *τούτῳ* fieri non potest quin ad eundem Philoct. referatur, minime vero ad Ulyssem, quem Wund. et schol. significari censuerunt. Dicunt igitur nautae, multa se prospicere mala, si Neopt. idem atque Philoct. sentiat, i. e. Philoctetam domum esse ducendum; neque tamen nomen Philoctetae enuntiare audent, ne, si somnus forte levis sit, (v. 845—47,) homo deceptus adhortationem illam ideoque mala atque dolosa consilia percipiat.

Ad v. 859 denique interpres annotat: *ὁ ὕπνος ὁ ὑπὸ τὴν ἀλέαν τοῦ ἡλίου. Ἀλεὴς, θερμὸς, παρὰ τὴν ἀλέαν.* Habuit igitur cum omn. libris.

ἀλεὴς ὕπνος ἐσθλός,

ubi Herm. in retractt. ex conjectura G. Bernhardii, quam multo ante C. Lachm. de chor. syst. p. 145 fecerat, *ἀδεὴς* scribit. Ipse tamen Herm. admodum probabiliter vulgati adjectivi sensum in editione explicuit, neque inaudita est terminatio, qua tragici poëtae complura adj. vulgo in *ος* terminata protulerunt. Th. Bergk in Zimm. ann. phil. a. 1836 p. 57 ita *δορυσσοήτων* optime in Soph. Aj. v. 1186 reposuit, conferens *δορυσσόητα* in Eur. Heracl. v. 769, et *πλάνης*, et *γυμνής*, et *ψιλής*, quod in Aesch. fragm. ap. schol. Hom. Il. V. 9 legitur**).

971. *πρὸς κακῶν δ' ἀνδρῶν μαθὼν*
ἔοικας ἥκειν αἰσχρά· νῦν δ' ἄλλοισι δοὺς (i. e. *τὰ αἰσχρά*)
οἷς εἰκὸς, ἔκπλει.

Δοὺς τὰ κακὰ οἷς εἰκός, schol. Frustra Dind. *οἷ' εἰκός.*

1103. *καὶ μόχθῳ λωβατὸς, ὃς ἤδη μετ' οὐδένος ὕστερον*
ἀνδρῶν. εἰσοπίσω τάλας ναίων ἐνθάδ' ὀλοῦμαι.

---

*) Apitz. ad Trach. 575 (593 Br.) perperam conjecit: *εἰ ταὔτ' ἂν τ. γν. ἴσχοις.*

**) Wund. qui ex Herm. ed. priore descripsit Hesiodi opp. 391 *ἐπαλέα λέσχην*, Hesiodum non inspexit. Nam v. est 491, (falso Passov. in lex. s. v. *ἐπαλής* v. 495 citat,) neque ullo modo ibi de meridie cogitari potest. Quare Goettlingius *ἐπ' ἀλέα* scribit, refertam hominibus *λέσχην* intelligens.

Μετ' οὐδένος ὕστερον ἀνδρὸς εἰςοπίσω ναίων, schol. Sed Herm. in retractt. ne syllaba sit anceps *ὑστερῶν* conjicit: illam tamen in numeris glyconeis admissam esse in cap. praeced. ad Phil. v. 177 vidimus. Addit vir summus, meram tautologiam esse in verbis *ὕστερον εἰςοπίσω*: at tautologia neque amovetur conjectura illa, neque Graecos videtur offendisse, quippe qui *αὖθις αὖ πάλιν* aliaque multa tantum affirmandi causa coacervare solerent.

1140. Philoctetam, qui Ulixi, ablato arcu, maledixit, chorus monet:

ἀνδρός τοι τὸ μὲν εὖ, δίκαιον εἰπεῖν·
εἰπόντος δὲ μὴ φθονερὰν
ἐξῶσαι γλώσσας ὀδύναν
κεῖνος δ' εἷς ἀπὸ πολλῶν
ταχθεὶς τοῦδ' ἐφημοσύνᾳ
κοινὰν ἤνυσεν ἐς φίλους ἀρωγάν,

i. e. ille vero, Neoptolemus, hujus, Ulixis, jusso amicis suis opem tulit. Ita recte schol. interpretatur, annotans ad *τοῦδε*: *Τοῦ Ὀδυσσέως*, et postea: *Τὸ ἑξῆς· τοῦδ' ἐφημοσύνᾳ ἤνυσεν κοινὰν ἐς φίλους ἀρωγάν. Ἐφημοσύνᾳ* autem illud in omn. est libris, nisi quod Ven. *ὑφημοσύνᾳ*, Tricl. *εὐφημοσύνᾳ*, marg. Turn. *εὐφημοσύναν* habet. Sed improbant viri docti, quod pronomen *κεῖνος* ad Neopt., *τοῦδ'* ad Ulixem referatur. Quamobrem pronomine *κεῖνος* ad Ulixem, *τοῦδε* ad Neopt. relato Buttmannus Triclinii lectionem *εὐφημοσύνᾳ* recepit, jure ab Herm. vituperatus, quod inauditam probasset vocem, — ipse vero Herm. *ὑφημοσύνᾳ* edidit, vocem non minus inauditam, Thudichum denique et Wund. et ipse nunc Herm. in retractt. eandem ob causam *τῶνδ'* scripserunt, qui genit. ad *πολλῶν* pertineret. Neoptolemi enim, inquiunt, antea ne mentio quidem fit, neque h. l. hic vir defendendus erat. At, etsi non postremis verbis, tamen paulo ante longa oratione v. 927 sqq. Philocteta in Neopt. invectus erat: quare convenientissime chorus, excusato Ulixe, jam et Neoptolemum tueri conantur, hoc fere modo: Ulixes justa protulit argumenta, quibus arcus ereptionem defenderet; sed ne Neoptolemus quidem est accusandus, quippe qui unus ex multis viris socius Ulixis electus, hujus tantum jussa peregerit, ea re praeterea simul cum Ulixe amicos suos, i. e. Graecos, adjuvans. Consentaneum autem erat, Ulixem *τόνδε* appellari, quoniam ad hunc virum quum tota oratio, tum *εἰπόντος* in v. 1141 pertinebat; *κεῖνος* vero, ut semper, hic quoque remotiorem hominem significare debet, quem Philoctetam esse e sententiarum contextu apparebat. Nihil igitur est, quod a libris recedere non cogat.

1163. Chorus Philoctetam ita adhortatur:

πρὸς θεῶν, εἴ τι σέβει ξένον π έ λ α σ σ ο ν
εὐνοίᾳ πάσᾳ πελάταν.
ἀλλὰ γνῶθ᾽, εὖ γνῶθ᾽ ὅτι σοι
κῆρα τάνδ᾽ ἀποφεύγειν.

. . . Ἑαυτὸν δέ φ. ὁ Χορός, ὅτι, ἐμοὶ τῷ ξένῳ μετ᾽ εὐνοίας πρόςελθε . . . . Οὕτως τινὲς στίζουσιν· ἀλλὰ γνῶθ᾽, εὖ γνῶθι· οἷον, τὰ ὄντα σοι μάνθανε . . . . πρὸς θεῶν, εἴ τι σέβῃ ξένον πελάταν, πέλασον πάσῃ εὐνοίᾳ· γνῶθι ὅτι κῆρα τήνδ᾽ ἀποφυγεῖν σοι πάρεστιν, εἰ πεισθείης ἡμῖν . . . . Ex his scholiis is, qui excerpsit, enotavit *Λείπει πάρεστιν*. Habuit igitur vetus commentator lectionem librorum nostrorum, etiamsi male est interpretatus. Sed quum quosdam dicat, sicut ipse faciat, interpungere, alii interpretes olim ante conj. *ἀλλά* videntur incisum posuisse. Fecit hoc ex nostratibus Herm., qui, etiam post *ὅτι* inciso collocato, convenientissime vertit: omni cum benevolentia accedentem, saltem*) (scito, bene scito) tibi ad liberationem ab hoc malo." Sed quod praeterea Herm. in editione *μαλάσσου*, in retractt. *πελάσσαι* scripsit, qui infin. a verbo *σέβει* penderet, — his conjecturis opus esse non credo, dummodo *ξένον* cum schol. ad ipsum chorum referamus, et ita quidem, ut et ad *σέβει* et ad *πελάταν* pertineat. Nam *πελάζω* appropinquandi sensu cum acc. ab Eurip. quoque construitur in Androm. v. **1144**

ὅδ᾽ ἄναξ . . . . δῶμα πελάζει,

quem v. Wund. ad Phil. **1126** (**1149** Br.) attulit, (non recte huc Oed. Tyr. v. **1134** trahens, ubi anacoluthon est,) et in Rhes. **13**:

τίνες τὰς ἁμετέρας κοίτας πλάθουσ᾽,

et Aeschyli, ut videtur, in Sept. v. **142**:

λιταῖς σε θεοκλύτοις
ἀπύουσαι πελαζόμεσθα,

siquidem hujusmodi accusativi et ad participium et ad verbum finitum pertinere solent. Omnino vero verbis intransitivis, quae motum significant, non raro assequendi et occupandi accusativus additur. Tum Hermannus ineptum verborum fore lusum ait, nisi *εὔνους* etiam ad *πέλασσον* adjiciatur. At ultro ac sponte *εὐνοίᾳ πάσᾳ* et ad *πέλασσον* et ad *πελάταν* animo refertur, ut haec sit sententia: si revereris hospitem, ad hospitem (i. e. me) accede summa benevolentia ad te accedentem, saltem (i. e.

---

*) Exempla hujus significationis v. ap. Ellendt. s. v. *ἀλλά* p. 80.

ut alia, velut Graecorum salutem deorumque voluntatem omittam,) ut liberem te hoc malo.

Verbum πέλασσον Ellendtius quoque s. v. defendit, etsi substantivo πελάταν molestius ad solam vocem σέβει relato; neque magis Dindorfio concedere possum, homines illos στίζοντας a schol. commemoratos ὅ,τι pro ὅτι scripsisse. — Nulla denique necessitate adstrictus Pflugk. in Zimm. ann. phil. a. 1841. p. 912 conjecit: εὖ γνῶθι τίς εἶ, κ. τ. ἀποφεύγειν, id ut esset: quam nihil vales ad arcendum hoc malum.

1400. μηδ' ἐπιμνησθῇς ἔτι
Τροίας· ἅλις γάρ μοι τεθρήνηται γόοις.

Herm.: „Brunckius cum Ald. Turn. Steph. et melioribus, ut ait, libris τεθρήνηται γόοις. Ven. La. Γ. (Par. t) τεθρήνηται λόγοις, adscripto in La. Γ. γρ. γόοις. In marg. ed. Turn. adnotatum λόγοις. Cod. Harl. τεθρύλληται. In cod. Par. 2886 (i. e. Par. f.) . . . . . in marg. notata scriptura τεθρήληται λόγοις . . . . . Utraque lectio bona est"; i. e. et τεθρήνηται γόοις et τεθρύληται λόγοις. Posteriorem Herm. praetulit, quia in hac Philoctetae indignatione verisimilius esset, eum quod odiosa ipsi, quam quod luctuosa esset Troja, hujus urbis mentionem fieri noluisse. Quae nimis subtilis est distinctio, quam ut moveat nos, ut a vulgata olim scriptura decedamus. Eaque scholio Πολλὰ διὰ Τροίαν πέπονθά φ. firmatur. Nam quod huic enarrationi praefixum est, γρ. γόοις, epitomatori sive librario tribuendum videtur.

Jam vero si τεθρήν. servatur, γόοις utique multo praeferendum est; ex illo autem verbo, postquam in lectionem τεθρήληται corruptum est, in mediocri illo cod. Ven. τεθρύλληται videtur prodiisse. Quod si verum est, haec lectio omni caret auctoritate. — Tum γόος atque λόγος a librariis saepe commutantur, velut in El. v. 375.

OEDIPUS REX.

8) Ὁ πᾶσι κλεινὸς Οἰδίπους καλούμενος.

Hunc v. et codd. omn. praebent et schol. legit quum alia annotans, tum hoc: ὑπὸ πάντων. πιθανῶς δὲ τὸ ὄνομα τοῦ προλογίζοντος ἐδήλωσεν. Wund. tamen eum delevit ut ab interprete aliquo ex v. 40 confictum. „Neque enim unquam, inquit, ap. Soph., qui prologum orditur, suum ipsius nomen ita profitetur, sed ab eo, quocum colloquitur, primum nomine appellatur. Accedit quod nunquam Soph., quo fuit sensu venusti et decori, Oedipum in ipso exordio τὸν πᾶσι κλεινὸν καλούμενον se dicentem introduxisset." At fecit id Soph. in O.C. 3, Aesch. in Pers. et sept. Theb., paene ubique Euripides, et egregie etiam videbatur scholiastae nostro institutum esse. Illud autem nemo nescit, Graecos nobis multo minus difficiles et anxios fuisse in laudandis se ipsis. Quid vero, quod h. l. etiam modestia quaedam in verbis inest? Non enim se ipse Oedipus clarum appellat, sed a ceteris ita se nominari ait. Defendit versum etiam Thudichum. in Zimm. ann. phil. 1842. 712.

18. Ἱερεῖς, quae vox in codd. est, schol. quoque habuit annotans: ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ πληθυντικὸν ἐχρήσατο, καὶ τὸ ἱερεῖς ὁμοίως. Melius hoc interprete recentiores numerum pluralem explanarunt, quum Bentlejus frustra ἱερεύς conjecisset.

139. ὅστις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανών, τάχ' ἂν
κἄμ' ἂν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι.

Ὁ γὰρ ἐκείνῳ ἐπιχειρήσας ἴσως κἀμοὶ ἐπιβουλεύσει. πεπλαγίασται δὲ πάλιν ὁ λόγος, καὶ τὴν ἀλήθειαν αἰνίττεται τῷ θεάτρῳ, ὅτι αὐτὸς δράσας τὸν φόνον ὁ Οἰδίπους καὶ ἑαυτὸν τιμωρήσεται. Schol. igitur cum omn. libris τιμωρεῖν habuit, ac simul jam Wundero respondit, verbum illud addubitanti, quia hic non de poena, sed de caede sit sermo. Nimirum ambiguitatis causa a poëta verbum electum est, quod ad veram potius rei condicionem, quam ad Oedipi opinionem pertinebat; eaque etsi incuria quaedam est, poëtis tragicis minime est insolita.

198. τέλει γὰρ εἴ τι νὺξ ἀφῇ,
τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται.

Εἰ γάρ τι ἡ νὺξ ἀφῇ ἐπὶ τῷ ἑαυτῆς τέλει ἀβλαβὲς, μὴ φθάσασα αὐτὸ ἀπολέσαι, τοῦτο μεθ' ἡμέραν ἀνήρπασται. Itaque et interpres τέλει legit, quod quum Hermanno suspectum et fort. in μέλλει γὰρ mutandum videretur, defensum est ab Elmsl., Wund., Ellendtio s. v. τέλος, Sommero in Zimm. ann.

phil. a. 1834. p. 453, qui omnes cum schol. Lipsiensi illam vocem glossa *διὰ τέλους* explicuerunt. Sommerus autem ostendit, *μέλλει γὰρ* vix scribi posse. Fortasse vero *τέλει* simpliciter i. q. *ἐν τέλει* significat, ut jam schol. Laur. voluit, hoc sensu: si quid nox in fine reliquit, i. e. si quid boni nocte finita restabat, hoc jam dies invadit. Aliter etiam Staegerus vertit (Hal. 1841): Denn was die Nacht verschonen mag, kommt am Tage an das Ziel, ita ut *τέλει* sit i. q. *πρὸς τέλος*.

222. *νῦν δ' ὕστερος γὰρ ἀστὸς εἰς ἀστοὺς τελῶ...*

Pro voce *ἀστός* nonnulli codd. *αὐτός* praebent, quod Elmsl. et Wund. praetulerunt. Ceteri tamen viri docti summo jure retinuerunt, quod in ceteris libris legitur, *ἀστός*, (cf. Herm.) et hoc schol. legit, annotans: *καὶ ἄρτι ἀστὸς ἐνομίσθην ξένος ὤν, καὶ ἐβασίλευσα.* Hoc autem scholium infra in cap. 4. §. 1 explanabimus.

317. *φρονεῖν ὡς δεινὸν, ἔνθα μὴ τέλη λύῃ φρονοῦντι.*

Λύῃ gravissimis munitur fontibus: codd. La. Γ. (Lb. Pal.), optimis Suidae codd. Par. a ac Leid. s. v. *φεῦ*, scholiis: *διαλελυμένως δὲ εἶπεν τέλη λύῃ ἀ. τ. λυσιτελεῖν .... ὅταν τὸ φρονούμενον τῷ φρονοῦντι μὴ λυσιτέλῃ*: Sed editores plerique ex cett. libris et Sophoclis et Suidae atque ex Eustathio Maximoque Plan. *λύει* receperunt. Sed etsi alterutrum h. l. dici poterat, nescio an conjunctivum Sophocles talibus in enunciatis praetulerit. Sententia enim ita generalior fit, neque ad certum aliquem casum applicatur. Exempla v. ap. Ellendt. sub particulis relativis.

527. *ηὔδᾶτο μὲν τάδ'· οἶδα δ' οὐ γνώμῃ τίνι.*

Τοῦ χοροῦ οὐκ ἔχοντος λέγειν, τίνι γνώμῃ ταῦτα ἐλέγετο .... Frustra Ellendt. in lex. II. p. 823 *τινί* conjecit.

628. *Κρέων. Εἰ δὲ ξυνίῃς μηδέν; Οἰδ. Ἀρκτέον γ' ὅμως.*
Κρ. Οὔτοι κακῶς γ' ἄρχοντος. Οἰδ. Ὦ πόλις, πόλις.

Ἀρκτέον, quod in libris est, schol. quoque habuit, enarrans: *ἀλλὰ χρὴ βασιλεύειν.* Quamquam interpretatio falsa est, quia si adj. h. l. ab *ἄρχω* ductum esset, non *ἄρχοντος*, sed aut *ἄρχοντι* aut acc. sequi deberet. Rectius igitur complures editores monuerunt, adj. verb. h. l. ab *ἄρχεσθαι* esse ductum, sicut *πειστέον* et i. q. persuadendum est, et i. q. obsequendum est significaret. Cf. Buttm. gramm. ampl. I. p. 445 (ed. 2). Hermannus quidem a Buttm. quoque probatus objecit, Graecos, quum

πειστέον dicerent, activi omnino oblitos fuisse, quia *πείθεσθαι* activo obsequendi sensu usurpare consuevissent. Sed id ipsum ad *ἀρκτέον* quoque quadrat, siquidem *οἱ ἀρχόμενοι* saepe (velut in Eur. Med. 120) eos, qui imperio pareant, die Unterthanen, significant, et *ἄρχεσθαι*, ut Schaeferus ab interpp. laudatus monuit, nonnunquam simpliciter est i. q. parere*). Tum simillimum exemplum Ellendt. s. *ἀρκτέος* ex Dinarchi or. c. Dem. p. 176. 108 Bekk. (p. 103 fin. Steph.) attulit: *οὐ καταληπτέον ἐστί*, i. e. ne perterremini, Athenienses. Et plane sic Romani quoque dixerunt: cf. Cic. ad fam. 9. 25: „nunc ades ad imperandum (i. e. ut tibi imperetur) vel ad parendum potius: sic enim antiqui loquebantur." Sed vel Virg. Ge. II. 250 ait: lentescit habendo, i. e. dum habetur. III. 159. quos (vitulos) malint gregi submittere habendo (Heyn. ita ut habeantur). Alia exempla ex optt. prosae orationis scriptoribus Zumpt. in gramm. §. 658 et Ramshorn. in gramm. §. 169. not. (hic quidem multa, quae aliena sunt, admiscens) attulerunt. Itaque *ἀρκτέον γ' ὅμως* videtur i. q. „tamen obediendum est," significare, vel accuratius: tamen tibi imperari sinas oportet, dennoch muss man sich beherrschen lassen.

Quae si recte disputavi, Hermanni conjectura *ἀρκτέος* opus non est: immo haec forma ad Oedipum potius, qui verbi *ξυνίης* subjectum est, quam ad Creontem pertineret. Quodsi quid omnino mutandum est, quamquam non credo, — praestat certe, cum Musgravio *ἄρχοντας* scribere.

808. Hunc v. Wund. ejecit ut ab interprete adjectum, bene tamen defendit Thudichum in Zimm. ann. phil. 1842. 717. Habuit schol. *ἄρματος* annotans ad *ὄχου*.

813. Oed. *εἰ δὲ τῷ ξένῳ*
τούτῳ προσήκει Λαΐου τι συγγενὲς,
τίς τοῦδέ γ' ἀνδρός ἐστιν ἀθλιώτερος;
τίς ἐχθροδαίμων μᾶλλον ἂν γένοιτ' ἀνήρ;

Schol. ad *τοῦδέ γ' ἀ.* in v. 815. annotat: *ἀ. τ. ἐμοῦ.* Itaque habuit versum illum, quem Dind. et Wund. propter tautologiam ejiciunt. At tantum abest ut ejusmodi copia, quam vel oratori necessariam esse Cicero et Quintilianus plus semel monuerunt, poëtam dedeceat, ut male Soph. scripsisset, si in ipso summi terroris perturbationisque momento verbis pepercisset.

865. *ἁγνείαν λόγων*
ἔργων τε πάντων, ὧν νόμοι πρόκεινται.

Schol. *καὶ λόγων καὶ πραγμάτων ἁγνείαν . . . . . τὴν εὔσεπτον ἁγνείαν τῶν λόγων καὶ τῶν ἔργων.* Herm. tamen

*) Cf. Aesch. Pers. 587 aliaque exempla in Stephani thes. Gr. ed. Londin. laudata.

ab hoc et a libris recedit, scribens ἔργου τε παντός, quo accuratius hic v. versui 875 antistrophico:

ἅ μή̓ πίκαιρα μηδὲ συμφέροντα

respondeat. At ut alia exempla omittam, plane sic ap. Aesch. Choeph. v. 22

πρέπει παρῆϊς φοινίοις ἀμυγμοῖς

respondet versui:

πνέων ἀωρόνυκτον ἀμβόαμα.

873. ὕβρις ἣν
πολλῶν ὑπερπλησθῇ μάταν .... ὤρουσεν ....

Illud ἣν optt. codd. La et Par. a et ceterorum plurimi praebent scholiastaque habuit enarrans: ὅταν πολλὰ διαπράξηται,.... ὁπόταν πολλῶν ὑπερπλησθῇ. Eodemque Stobaei lectio ἣ ducit. Minore igitur auctoritate εἰ nititur, quam partic. Herm. ex Suida, grammatico quodam Bekkeri, Sophoclis cod. Γ. et sex aliis libris pejoribus, recepit, etsi ipse confessus, utrumque recte dici. Sed hoc si est, optimis fontibus est accedendum.

881. θεὸν οὐ λήξω codd. et schol. Wund. τὸν ἐγὼ οὐ λ. Illud defendit Thudichum l. l. p. 718.

1086. εἴπερ ἐγὼ μάντις εἰμὶ
καὶ κατὰ γνώμαν ἴδρις.

Ἔμπειρος κατὰ τὴν γνώμην, ὅ ἐστι συνετός. Falsam lectionem schol. habuit, si revera praep. κατά ut glossa ejicienda est, quae Hermanni ac Wunderi est conjectura, et si etiam vocem γνώμαν cum Wundero corruptam esse censemus. At neque illi ipsi viri docti vulgata verba mutare conati sunt, et bene ea Ellendt. s. ἴδρις defendit et Thudichum l. l.

1101. τίς σ' ἔτικτε, ...
ἢ σέ γέ τις θυγάτηρ Λοξίου;

Verba τὶς θυγ. Wunderus ejecit. Habuit ea schol. annotans: ἢ τοῦ Ἀπόλλωνος θυγάτηρ. Neque tamen cuiquam Wund. persuasit. Et mira sane ista est medicina, qua, si quis manu aegrotet, tota manus illico resecetur.

1194—1202. τὸν σὸν, ὦ
τλᾶμον Οἰδιπόδα .... ὅστις ....
τοξεύσας ἐκράτησας τοῦ πάντ' εὐδαίμονος ὄλβου,
ὦ Ζεῦ, κάτα μὲν φθίσας .... παρθένον

1200. .... θανάτων δ' ἐμᾷ
χώρᾳ πύργος ἀνέστας·
ἐξ οὗ καὶ βασιλεὺς καλεῖ .....

Metri causa ab omnibus nunc ἐκράτησε receptum est, neque minus recte a Gaisf. et novissimo editore Wundero ἀνέστα ex La.

pr. et scholio: *πύργος δὲ, ἀ. τ. ἀσφάλεια καὶ ἀπαλέξησις, γέγονε* *). Valde enim ingratum atque quaesitum foret, si oratione non amplius ad Oedipum, sed jam ad Jovem conversa nihilominus secunda pers. ad Oed. pertineret, praesertim quum de eodem Oedipo paulo ante tertia adhibeatur persona. In nova demum sententia, quae v. 1202 incipit, rursus ipsum Oedipum sine offensione alloqui poterant. Quodsi *ἀνέστα* reponimus, hiatus quidem inter v. pherecrat. et glycon. exsistit, sed mitigatus ille gravi interpunctione, velut in

Eur. El. v. 201. *τοῦ τε ζῶντος ἀλάτα.*
Ὅς που γᾶν ἄλλαν κατέχει . . . .

quum sine hac excusatione et paulo ante in Oed. Reg. v. 1197 sit admissus, et inter v.v. glycon. in Ant. 119. O.Tyr. 1190. 1202. O. Col. 1215. 1218. Eur. Androm. 504. Phoen. 228. alias. Cf. etiam Seidl. ad Eur. El. 153 et Wund. adv. in Phil. p. 117. sqq.

ANTIGONA.

4) Ex scholio discimus, Didymum quoque, quod libri omnes praebent, *ἄτης ἄτερ* habuisse, eaque verba A. Boeckhius ita explanavit, ut rem jam omnino confectam putarem, quum istud *ἄγης ἄτερ* a Wund. denuo recoctum video. Neque aliter versum

24) *σὺν δίκᾳ,*
χρησθεὶς δικαίᾳ, καὶ νόμῳ κατὰ χθονός,

summus ille vir ita est tuitus, ut neque emendatione, neque athetesi opus sit. Legit eum v. schol., *χρησθείς* per *χρησάμενος* explicans, abjudicarunt autem Sophocli Dind. et Wund., atque ejecit et illum et v. 25 Paldamus in Zimm. ann. phil. a. 1839. p. 672.

42. *ποῖ γνώμης πότ' εἶ.*

Τὸ δὲ ποῖ γνώμης πότ' εἶ . . . . schol., neque aliud in codd. legitur, nisi quod Par. a. *ποῦ* praebet. Atque *ποῖ* summo jure a plerisque servatur, — nam *ποῦ* in Herm. editione typothetae deberi ipsius viri illustrissimi annotatio demonstrat. Vehementer igitur miror, vocem *ποῦ* a novissimo editore Wundero rursus arcessitam esse.

---

*) Cf. II, cap. 1. ad h. v. annotata.

99. ἐχθανεῖ μὲν ἐξ ἐμοῦ,
ἐχθρὰ δὲ τῷ θανόντι προςκείσει δίκῃ.

Schol. ἀ. τ. δικαίως. Frustra Emperius in nov. ann. phil. et paed. 1842. 34. 1. p. 69 cum alio viro docto, ne δίκῃ „ungefällig," ut ait, „nachschleppe," conjicit ἐχθρᾷ, id ut sit: jure inimicorum. De ἐχθρανεῖ cf. R. Klotz. in n. ann. phil. et p. 1842. 35. 4. 451.

100. Ἀκτὶς ἀελίου, τὸ κάλλιστον.. φανὲν.. φάος. Τὸ τό πρὸς τὸ φανέν, inquit commentator. Sed Both. Seidl. Nev. Dind. Wund. ex solis La. Par. f. Ald. receperunt ἀελίοιο, omisso articulo, qui in omnibus libris legitur; nam et ipse La, e quo Par. f. (Par. h. Wexii) descriptus est, in lemmate ἀελίου servat. Epica autem genitivi forma in tragoediis nondum satis firmis exemplis videtur munita esse, neque ab Herm. ad Orph. p. 724, neque a Dind. ad Soph. Aj. 210. Articulus denique ipse, qui Wundero etiam ineptus videtur, ita visus non est Hermanno, Boeckhio, Wexio, Klotzio*), reliquis.

125. ἀντιπάλῳ δυςχείρωμα δράκοντι.

In La genitivus in lemmate positus et in textu supra scriptus exstat, ceteri libri omnes et scholium: τὸ δὲ ἀντιπάλῳ δράκοντι ἀ. τ. ὑπὸ τοῦ ἀ. δρ.... — τῷ ἀντιπάλῳ δρ. τοσαύτη μάχη συνεστάθη .... dativum tuentur, quem jure plurimi V.V. D.D. ut exquisitiorem servarunt. Ceterum Dindorfius, monens scholiastam in exemplo suo genitivum invenisse, aperte lemmate est deceptus.

134. Plurimi libri praebent

ἀντίτυπα δ' ἐπὶ γᾷ πέσε ταντalωθείς,

ubi quum syllaba propter arsin epicorum more producta offenderet, plurimi V.V. D.D. ἀντιτύπᾳ scripserunt, quae forma in nullo exstat codice. At lectionem et numeris et sententiae convenientissimam, ἀντίτυπος, vett. interpp. praebent, annotantes: τὸ δὲ ἀντίτυπος et q. s., et ἄνωθεν τυπείς: eademque legitur in Dresd. a. Par. t. Turn. Steph. Cant., supra scripta est in La, alteri apposita in Par. apud Valckenarium.

212. σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει . . . .
τὸν τῇδε δύςνουν καὶ τὸν εὐμενῆ πόλει.

Hic accusativus et in libris est et a schol. legebatur, qui suo more θάπτειν supplevit; ab Herm. autem ita explicatur, ut a plerisque V.V. D.D. jam servetur, neque opus esse videatur, cum Dind. Wunderoque κάς pro καί ponere.

---

*) In litteris de Soph. Antig. ad G. Herm. datis Lips. a. 1841. p. 4.

242. *δηλοῖς δ' ὥς τι σημαίνων νέον.*

Ita in optt. legitur codd. Sed ab editoribus plerisque *σημανῶν* receptum est ex septem libris, ad quos magna Didymi accedit auctoritas. Acutissime enim Ed. Wunderus in diss. de auct. schol. p. 29, praeeunte partim Wexio ad h. l., indagavit, scholium Aj. v. 1225:

Δίδυμος· καὶ δῆλός ἐστιν ὥς τι σημανῶν νέον,

olim ita fuisse scriptum:

Δίδυμος· καὶ δῆλός ἐστιν ὥς τι δρασείων κακά, (Aj. 326.)

δηλοῖς δ' ὥς τι σημανῶν νέον (Ant. 242.)

Haec enim duo exempla a Didymo vidit allata, sed ab epitomatore in unum contracta esse.

450. *Οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε,*
οὐδ' ἡ ξύνοικος τῶν κάτω θεῶν Δίκη,
οἳ τούσδ' ἐν ἀνθρώποισιν ὥρισαν νόμους.

Postremum versum Dind. et Wund. ejecerunt, etsi aptissime ab A. Boeckhio est explanatus. Habuit eum schol. quoque afferens quum alia, tum vocem *ὥρισαν*. Nova autem ista, etsi satis facilis, criticae artis est ratio, quae quum adhuc Aristotelis tantum artem poëticam, Ciceronis officiorum libros, Euripidis denique tragoedias devastaverit, nunc etiam ad miserum Sophoclem accedit, ita ut, quibus temporum injuria pepercit, ea interpretum nobis eripiat audacia.

578. *Ἐκ δὲ τοῦδε χρὴ*
γυναῖκας εἶναι τάςδε, μηδ' ἀνειμένας.

Ὁ δὲ περιττεύει· λέγει γὰρ ὅτι χρὴ λοιπὸν μὴ ἀνειμένας εἶναι ταύτας τὰς γυναῖκας, ἀλλὰ φρουρεῖσθαι. Consentiunt igitur scholiasta et libri, etsi ille inepte *γυναῖκας τάσδε* subjectum, verba *μὴ ἀνειμένας*, redundante particula *δέ*, praedicatum esse censuit. Sed tam plana illa sunt verba, ut vehementissime Dindorfii conjecturam *εὖ δὲ τάςδε χρὴ γυναῖκας εἶλαι, μηδ' ἀνειμένας ἐᾶν* admirer, quam Wundero quidem suo probavit scilicet, aliis vero vix unquam probabit.

589. Cf. p. 102.

605. Codd. et editores quum inter *ὑπερβασίᾳ* et nom. *—σία* disceptent, dat. et scholio *ὑπερηφανίᾳ* munitur et vel ideo praeferendus est, ne *τάν* ad *ὑπερβ.* potius, quam ad *δύνασιν* pertinere videatur.

796. *ἵμερος εὐλέκτρου*
νύμφας, τῶν μεγάλων πάρεδρος ἐν ἀρχαῖς
θεσμῶν.

.... ὅς ἐστι πάρεδρος τῶν μεγάλων θεσμῶν ἐν ἀρχαῖς, schol. Sed Dind. ejectis verbis ἐν ἀρχαῖς scripsit οὐχὶ πάρεδρος, sine ulla idonea causa a tradita lectione recedens.

941. *Τὴν βασιλίδα μούνην λοιπήν.*

Versus hic vituperandus non est, dummodo metri causa βασιληΐδα restituerimus, quam vocem schol. potest certe legisse, annotans: Τὴν βασιλείαν. Dind. quidem rursus totum versum delevit.

952. *οὔτ' ἄν νιν*) ὄμβρος, οὔτ' Ἄρης*
οὐ πύργος, οὐχ ἁλίκτυποι
κελαιναὶ νᾶες ἐκφύγοιεν.

Vocem ὄμβρος quum codd. omnes praebent, tum scholiasta annotans: Ἄρης νῦν ὁ πόλεμος· καὶ γὰρ οὗτος κατὰ μοῖραν ἐγείρεται. βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι οὔτε τὰ ἐν οὐρανῷ (i. e. ὄμβρος), οὔτε τὰ ἐν τῇ γῇ (i. e. bellum et turres), οὔτε τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ πραττόμενα παρὰ μοῖραν γίνεται. Sed certatim viri docti conjecturam ὄλβος probarunt, quamquam ea mihi certe non modo non necessaria, sed ne apta quidem videtur. Nam ceteris tribus nominibus hoc commune est, quod praecipua aliqua iis est indoles ad effugiendum impetum, — Marti vires, turri firmitas, navi celeritas. Quid vero divitiis? Eae ab ceteris illis rebus omnino discrepant. Tempestatum autem effrenata vehementia optime cum reliquis concinit: quae quum vix domari posse videatur, se ponit tamen simulac fato placet. Ὄμβρος enim h. l., ut saepe, non imbrem, sed tempestatem significat. Ceterum similiter jam Bothius vulgatam lectionem defendit.

959. *Οὕτω τᾶς μανίας δεινὸν ἀποστάζει*
ἀνθηρόν τε μένος.

Vetus interpres glossa ἀποβαίνει explicat indicativum, sed Wexius ex Seidleri conj. recepit ἀποστάζειν, quamquam nemini persuasit. Major dubitatio est in v.

1222, quem Par. a. La sec. alii codd. plerique ita praebent:

βρόχῳ μιτρώδει σινδόνος καθημμένην.

Neque aliter eum commentator legit, dicens: Μιτρώδη βρόχον, ὅστις ἦν αὐτῇ ζώνη ἀπὸ σινδόνος. Sed omnes fere editores ex cett. libris receperunt μιτώδει, etsi laqueum quidem ex sindone confectum per se patet ex sindonis filis esse compositum; illud vero nuntio ignotum erat ab eoque e specie tantum colligebatur, laqueum Antigonae fuisse cingulum. Quare μιτώδει mihi multo aptius videtur.

---

*) i. e. fatum.

1303. κωκύσασα μὲν τοῦ πρὶν θανόντος Μεγαρέως κλεινὸν λέχος.

Hoc λέχος et libri omnes habent, et schol., is quidem male ad matrimonium aliquod illud referens. Sed complures ex Bothii conj. ediderunt λάχος, quamquam λέχος et aptissimum et multo magis poëticum videtur, dummodo cum Musgr. et Heathio draconis specum, illud Megarei sepulcrum et lectum quasi letalem, significari censeamus.

OEDIPUS COLONEUS.

9. θάκοισιν εἴ τινα βλέπεις,
ἢ πρὸς βεβήλοις ἢ πρὸς ἄλσεσιν θεῶν,
στῆσόν με κἀξίδρυσον.

Ita cum libris omnibus etiam scholiastam legisse glossa καθέδραις ostendit. Sed Herm., Dind., Wund. θάκησιν dederunt ex conj. Seidleri, quam, licet elegans sit, necessariam saltem non esse ipse Herm. confitetur. Quare plerique editores dativum servarunt, quamquam alii aliter interpretantes. Et Brunckius quidem verba ita construxit: εἴ τινα (ἄνθρωπον) θάκοισι βλέπεις, sed a solo probatus est C. W. Schneidero; Reisigii deinde atque Elmsleji rationem ut contortam suo jure rejecit Herm., neque recte Elmslejo denuo F. J. Wilkius*) assensit. Multo etiam infelicius Aug. Sanderus**) verba ita vertit: lass mich bei einem erlaubten oder verbotenen Orte, als einem Platze zum Sitzen, steh'n bleiben. Sed haec nemo probabit. Quid igitur? Num jam a libris atque scholiis recedendum est? — Minime! Nam rationem, si quid video, optimam jam Schaeferus proposuit, sic verba constituens:

στῆσόν με κἀξίδρυσον θάκοις, εἴ τινα θᾶκον ἢ πρὸς βεβήλοις ἢ πρὸς ἄλσεσι βλέπεις. Nam quod Herm. ait, vocis θᾶκος numerum pluralem efficere, ut de pluribus industriaque comparatis sedibus cogitetur, hoc ad poëtas non pertinet. Saepissime enim hi plurali majestatis, quem dicunt, sive collectivo utuntur, idque exemplis Wilkius ostendens docuit, quod nemo nescit. Ille autem numerus pluralis eo minus hic offensionis habet, quod Oedipus in universum modo de sedibus cogitat. Βεβήλοις vero neutrius est generis.

*) In conjectaneis ad Soph. Oed. Col., diss. inaugur. Berol. 1840. edita.

**) In programmate Hildesiae 1837 scripto: Beiträge zur Kritik und Erklärung des Soph. und Eurip.

Accedit quod, simillima licet vox ἐνθάκησις sit, tamen neque θάκησις alias legitur, neque liquet, num, si omnino dici possit, secundum formationem recte i. q. θάκημα significet. Nam vel ἐνθάκησις uno, quo legitur loco, in Soph. Phil. v. 18 sedendi actionem potest significare.

70. Οἰδ. Ἆρ' ἄν τις αὐτῷ πομπὸς ἐξ ὑμῶν μόλοι;
Ξένος. Ὡς πρός τι λέξων, ἢ καταρνύσων μολεῖν;

Μολεῖν et boni codd. praebent, et Herm. aliique defendunt, et commentator habet, ὡς τί προςλέξων*) αὐτῷ μόλοι τις, ἢ πρός τι εὐτρεπίσων αὐτὸν μολεῖν; Quem quum Elmsl. optativum legisse contenderet, non cognovit eum μόλοι, ut par erat, ex v. praecedente repetiisse.

148. οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ἀλλοτρίοις
ὄμμασιν εἷρπον,
κἀπὶ σμικροῖς μέγας ὥρμουν.

Ita plur. libri; sed La e corr. et Par. f. ὥρμων, quo scholia quoque pertinere unus Ellendt. s. v. ὁρμέω vidit. Duo autem diversa sunt scholia: 1) καὶ ἐπὶ εὐτελέσιν αἰτήμασιν οὐκ ἂν σφόδρα ἱκέτευον, εἰ μὴ ἤμην δυςτυχής, i. e. in parvis rebus non tantopere (scil. ὧδε μέγας, ita ut adj. sit adverbii loco) annisus essem sive ursissem vos atque obsecrassem. Quae explicatio eo ineptior est, quod Oedipus usque eo Athenienses omnino non est precatus. Melior altera est annotatio: Τοῦτο δέ φ. παρ' ὅσον μέγας ὢν κατὰ μέγεθος καὶ τὴν ἡλικίαν ὑπὸ σμικρᾶς τῆς θυγατρὸς ὁδηγεῖται. Et hunc quidem interpretem Hermannus σμικρᾶς legisse putat, quod ipsum a Sophocle scriptum esse Reisigius conjecerat. At commentator aperte num. plurali illo collectivo Antigonam significari censuit, sic intellecta sententia: Cum exiguis, i. e. Antigona, ego magnus (vir) profectus non essem et q. s. Quae sententia huic loco est convenientissima. Ait enim Oedipus, se jam ipsa condicionis suae specie ostendere, quam infelix sit; neque enim alias, inquit, alienis oculis ad viam inveniendam uterer, neque ego magnus homo, i. e. qui et vir fortis sum et rex, una cum exiguis, i. e. debilium puellularum ope, (huc) profectus essem. Sed ὥρμουν eo certe, quo Herm. voluit, sensu dici vix poterat. Vertit ille: non ita . . exigui muneris causa hoc in portu constitissem. At de munere ac de domicilio acquirendo Oedipus usque eo quidem nihil enuntiarat, quare ea ex re chorus minime concludere poterat, Oedipum esse infelicem; poterat inde, quod Oedipus non modo duce egebat, sed etiam, ipse quum vir esset, puellularum utebatur adjumento.

*) Herm. om. προς, Sanderus scribit πρός τι.

188. Ἄγε νῦν σύ με, παῖ,
ἵν' ἂν εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες
τὸ μὲν εἴπωμεν, τὸ δ' ἀκούσωμεν,
καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν.

Illud ἂν in v. 189 schol. quoque habuit, annotans: ὅπου ἂν εὐσεβῶς πατοῦντες. Eaque particula in omnibus est codd.; pro conjunctivis autem optativos praebent Lb. et ed. Turn. et littera ω supra scripta La Par. f. Ricc. b; in Farn. denique ac Par. t. εἴποιμεν .... ἀκούσωμεν legitur supra scriptis litteris ω et αι. Ceteri conjunctivos praebent, quos ut tueretur Hermannus, ἂν in ἅμ' mutavit. Ea conjectura opus non est, si optativi servantur. Tum Oedipus: duc me eo, inquit, ubi pietatem consecuti aliud dicere, aliud audire possimus.

Sed tum in v. 191. μὴ καὶ scribendum est, quoniam μὴ cum conj. praes. pro imperativo esse nequit. Quo facto habebimus sententiam finalem ab ἄγε pendentem. Ita μὴ καί in Soph. Phil. 13. O.C. 46 al. legitur. Quum tamen vulgarem ordinem et codd. servent et schol., annotans: Καὶ μὴ .... ἐναντιώμεθα, schol. autem εὐσεβῶς dicat, quod ad εὐσεβίας pertinere nullo modo possit, quamquam id Reisigius putavit, immo quum schol. pateat ἐπιβαίν. ad locum ingrediendum rettulisse, ab hoc credo εὐσεβίᾳ lectum atque adverbio explicatum esse. Et ἅμ' εὐσεβίᾳ conjecit jam Reiskius, ipse vero scripserim ἐν εὐσεβείᾳ γ', admissis conjunctivis. Voculae ἐν ita usurpatae exempla praebet Ellendt. p. 595. et 598, particula γέ autem Oedipus significat, impietatem certe suam choreutis sermonum impediendorum causam non amplius fore.

212. Χορ. τί τόδε. Οἰδ. δεινὰ φύσις. Χορ. αὔδα.
Οἰδ. τέκνον, ὤ μοι, τί γεγώνω;

Ἡ ἐμὴ γέννα δεινή ἐστι καὶ ἀθλία, schol. Plerique priorem versum immutarunt, ut alteri responderet; at neque ea responsio necessaria videtur in epodo, et, si desideratur, vel sic ne deest quidem, dummodo metiamur:

⏖́ ⏒ –, –́ ⏑ ⏑ –́ –

252. Cf. H. cap. 4. §. 6. ad h. l.

281. μήπω γενέσθαι φωτὸς ἀνοσίου βροτῶν.
ξὺν οἷς σὺ μὴ κάλυπτε ....

Schol. βροτῶν explicat verbis ἐν ἀνθρώποις, et ξὺν οἷς verbis σὺν τοῖς θεοῖς. Dind. autem qui a Wund. suo probatus ejecta voce βροτῶν scripsit: τάδ' οὖν Ξυνείς, satis ab Herm. refutatur.

328. Codd. omn. *ὦ δυςάθλιαι τροφαί.* Sed scholium: *εἰ μὴ ἄρα πρὸς τὸ δυςαθλία ὑπήντηκεν*, ad lectionem aliquam *δυςαθλία τροφά* pertineret, nisi verisimilius esset, fortuito ibi iota excidisse, praesertim quod Triclinius, scholium describens, *δυςάθλιαι* praebet. — Sed Dind. atque Herm. postulant formam *δυςάθλιοι*. Tamen formam femininam non prorsus damnaverim, quum Matth. in gramm. §. 117., Lob. ad Aj. v. 401, alii satis multa attulerint adjectiva, quae simul communia sint, simul tres habeant terminationes, praesertim autem quum *ἀθλία* legatur in Soph. Ant. 1300. Aesch. Sept. 588. fragm. Prot. 1, apud Euripidem denique non rarius quam communis forma. Idemque adjectivo composito concedi posse credo, cujus usus exempla Matth. attulit in gramm. §. 116. not. 1, Lob. ad Phryn. p. 105 sq., Buttm. in gramm. ampl. ed. Lob. p. 240. 241 *). Huc maxime pertinet *δυςτάλαινα, Σφίγγα δυςαμερίαν* (Aesch. Sphing. fr. 2), *δυςορφναία*, omnia adj. in *ικός*, velut *δυςεντερική, δυςθυμική, δυςμενική, δυςπνοϊκή, δυςτροπική, δυςφορική.*

336. Ismene. *Εἰσ' οὔπερ εἰσι* (fratres), *δεινὰ δ' ἐν κείνοις ταννῦν.*

Ita plur. codd. et enarrator, dicens: *Νῦν δὲ τὰ ἐν ἐκείνοις δεινά ἐστιν.* Hunc autem *τἀν κείνοις* legisse conclusit quidem Schaeferus, sed concludi non posse jam Dind. monuit. Immo patet interpretem *δέ* habuisse. Et verba *δ' ἐν κείνοις*, quum nonnulli codd. *δ' ἐκείνοις* et *τἀκείνοις* praeberent, a recentissimis editoribus Dind. Herm. Wund. sunt servata; Wund. autem praeterea valde probabiliter *τὰ νῦν* scripsit.

Aliam rationem Wilkius in conjectan. ad Oed. Col. iniit, pro *δ' ἐν* ponens *δ' ἦν*. Sed hic imperfecto isto refutatur, quod alienissimis exemplis defendere studuit.

501. *οὐ γὰρ ἂν σθένοι τοὐμὸν δέμας ἔρημον ἕρπειν οὐδ' ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ.*

Sic codd. nonnulli et schol. enarrans: *ἄνευ χειραγωγοῦ. Ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ ἕρπειν.* Plurimi vero codd. perperam *δ'* habent pro particula *γέ*, quam quum Herm. servata negatione ineptam judicaret, olim: *οὐδ' ὑφηγητῶν ἄνευ* et *οὐδ' ὑφηγητοῦ δίχα*, in ed. noviss. *ὧδ' ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ* conjecit. At si *γέ*, posita voce *ὧδε*, aptum est, nescio quomodo offendere possit, si *οὐδέ* servetur. Saepissime enim particulae copulativae vocabulo alicui accuratiorem et magis propriam ac distinctam expressionem

---

*) *Παναθλίαν* legitur in Aesch. Choeph. 691 et Eur. Andr. 67, ac *παναθλία* in Eur. Hec. 647 et Arist. Thesm. 1118 (1107); sed haec composita a regula in Buttm. gramm. ampl. I. p. 241. ed. 2. excipiuntur.

annectunt, ut h. l. Sophocles vocem *ἔρημον* ejusque explicationem *ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ* per *οὐδέ* conjunxit. Quae epexegesis et Graecis et Romanis est usitatissima. Atque eadem fere Sanderi sententia est, qui recte addit, per *γέ* tantum praecedentem vocem efferri. Sententia enim haec est: non possim ire solus, i. e. sine ipso quidem duce. Nam praecedentibus in verbis:

μόνον δέ με μὴ λείπετ' . . .

illud inest: dux apud me remaneto.

512. *Χορ. ὅμως δ' ἔραμαι πυθέσθαι —*
Οἰδ. τί τοῦτο;
Χορ. τᾶς δειλαίας ἀπόρου φανείσας
ἀλγηδόνος, ᾇ συνέστας.

Versibus 513 sqq. respondent v. 524 sqq.:

Χορ. ἀλλ' ἐς τί; Οἰδ. κακᾷ μὲν εὐνᾷ
πόλις οὐδὲν ἴδριν
γάμων ἐνέδησεν ἄτᾳ.

Quum aut stropham aut antistropham corruptam esse metro appareret, Hermannus *τό* pro *τᾶς* posuit, et post *δειλ.* adjecit *σᾶς*. At schol. certe *τί* non legit, annotans: *περὶ τῆς ἐγκειμένης σοὶ ἀλγηδόνος ἡδέως ἂν πυθοίμην· ἔξωθεν δὲ ἡ περί,* — videtur autem pronomen secundae pers. habuisse. Quid igitur, si et interpreti et libris proxime accedentes *τεᾶς* pro *τᾶς* scribamus? In antistr. porro libri omnes *μέν*, solus Lb. *μ'* praebet, editores autem plerique, Reiskio praeeunte, *μ' ἐν* receperunt. Schol. quidem utrum *ἐν εὐνᾷ* an aliter legerit, non apparet; sed pronomen *μέ* certe eum habuisse in cap. praec. ad h. v. suspicatus sum. Simplicissimum igitur est, *μ' εἰν* ibi scribere, quae forma ap. Aesch. in Suppl. 883 legitur et in omn. codd., uno excepto, ap. Eurip. in Tro. v. 820, quin in senario etiam a plerisque servatur in Soph. Ant. v. 1241. Tum *τεός* legitur in Ant. 604. Aesch. Prom. 162. Sept. 106. E. Iph. A. 1506. Heracl. 906.

Metrum autem hoc est:

⏓ –́ ⏑ ⏑ – –̽ –, –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ – ⏒
⏒ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ – –

636. Theseus in Oedipo dixit:

οὔ ποτ' ἐκβαλῶ χάριν
τὴν τοῦδε, χώρᾳ δ' ἔμπαλιν κατοικιῶ,

i. e. in Attica contra eum recipiam. Sic schol. *Οὐκ ἐκβάλλω, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου ὑποδέχομαι.* Admodum probabilis illa adverbii *ἔμπαλιν* est interpretatio, quod si omnino necessa-

rium h. l. non est, nihilominus non statim est mutandum. Mutavit autem Musgravius, qui, probatus ab Hermanno, ἔμπολιν conjecit; sed doctus hic Anglus vocem ἔμπαλιν interpretatus „rursus," vocabulum χώρᾳ ad Boeotiam rettulit, quae sane inepta h. l. foret sententia. Sed pertinet illud ad Atticam.

674. τὸν οἰνῶπ' ἀνέχουσα κισσόν.

Omnes libri praebent ἀνέχουσα, idemque schol. interpretans ἄνω ἔχουσα, ὑπὲρ ἑαυτὴν ἔχουσα, et ex Soph. Lycurgo laudans verba: ἀν' οὖς ἔχων. Dindorfius tamen, a Wundero scilicet probatus, conjecit οἰνῶπα νέμουσα, quam conjecturam jure Herm. pro lubitu factam esse dicit. H. Duentzerus autem in Zimm. ann. phil. a. 1836. p. 858. ἀνέχειν nominat inexplicabile; — at explicuerunt verbum quum alii, tum Hermannus; — porro adj. οἰνῶπα ἅπαξ λεγόμενον esse; at οἰνῶπα Βάκχον ipse usurpavit Soph. in Oed. Tyr. v. 211. Denique adj. illud analogiae respondere negat, qua solae formae οἴνοψ, οἰνώπης, οἰνωπός defendantur. At quis hoc contendat? Immo jam vett. grammatici formam illam agnoverunt. Cf. Ellendt. s. v. ἀγλαώψ. Frustra igitur Duentzerus τὸν οἰνώπαν s. οἰνωπὸν ἔχουσα conjecit. Accedit, quod his verbis receptis antistropha quoque mutanda foret.

738. οὕνεχ' ἥκει μοι γένει
τὰ τοῦδε πενθεῖν πήματ' εἰς πλεῖστον πόλεως.

Haec ex La et Lb. sunt restituta, quum ceterorum codd. duo εἰ, reliqui ἦ praeberent. Et praepositionem illam vetus interpres quoque legit, enarrans: ὅτι προσήκει μοι πενθεῖν τὰ τούτου ἀτυχήματα, ὑπὲρ πάντας Θηβαίους. Sed Dindorfius Dobraeum secutus totum versum ejicere maluit. Ei assensit tamen nemo, ne Wunderus quidem.

1054. ἔνθ' οἶμαι τὸν ἐγρεμάχαν Θησέα.

γρ. ὀρειβάταν*), οἱονεὶ τὸν διὰ τῶν ὀρῶν βαίνοντα, schol. Et ὀρειβάταν habet Par. a. Ricc. a. Ald., ὀρειοβάταν autem Par. f. pro voce ἐγρεμάχαν. Sed major quum esset discrepantia, quam ut altera lectio ex altera posset corrupta esse, acute Herm. cognovit, utramque vocem a Sophocle esse positam, quare nomen Θησέα potius ejecit. Jam igitur concidunt et conjecturae hominum doctorum omnes, velut audacissima Pflugkii in Zimm. ann. phil. a. 1836. p. 308 prolata:

ἔνθ' οἶμαι δορυμάστορ' αἰχμᾷ,

et eorum argumenta, qui ἐγρεμάχαν adjectivo ὀρειβάταν praetulerunt.

---

*) Sic pro ὀρμοβάταν ed. Rom. Br. Elmsl.

1217. τὰ τέρποντα δ' οὐκ ἂν ἴδοις ὅπου,
ὅταν τις ἐς πλέον πέσῃ
τοῦ δέοντος· *) οὐδ' ἔπι κόρος,
ἰσοτέλεστος, Ἄϊδος ὅτε μοῖρ'
ἀνυμέναιος, ἄλυρος, ἄχορος
ἀναπέφηνε, θάνατος, ἐς τελευτάν.

Οὐδ' ἔπι κόρος plurimi praebent libri, nonnulli similiter ἐπὶ κόρος, ἐπίκορος, La. denique et qui eum sequitur fere Par. f. οὐδ' ἔπι κοῦρος, ad quae verba ipse, ni fallor, codicis La librarius adscripsit: οἶμαι κόρος. Nam in lemmate ille οὐδ' ἐπὶ κόρος posuit, neque minus scholia κόρος praebent, non κοῦρος. Ea autem scholia valde obscura sunt. Videamus igitur, quomodo enucleemus. 1) [οὐδ' ἔπι κόρος] Ταῦτα καθ' ἑαυτόν, i. e. parenthetice hoc est dictum. Φησὶ δὲ χορὸς τῷ πλεονεκτεῖν ἐθέλοντι παρὰ τὸ καίριον καὶ τὸ μέτριον, ἄχορός ἐστιν οὗτος, ἰσοτέλεστος, ὁμοίως ἀποθνήσκουσιν οἱ τοιοῦτοι. Is igitur verba hoc modo construxit: ὅταν τις... πέσῃ..., — οὐδ' ἔπεστι κόρος (αὐτῷ), — ὅτε Ἄϊδος μοῖρα (scil. ἐστίν, sive, quod Hermanno placuit, ᾖ), ἰσοτ., ἀλ., ἀχ., ἀνυμ. (scil. ἐστίν), — ἀναπέφηνε θάν. ἐς. τελ. Quattuor illa adjectiva subjecti τὶς putavit praedicata esse. Sensus autem, quem inesse censuit, hic est: „neque voluptatem videas, quando quis supra modum sit cupidus, — neque ei inest satietas. — Pariter moribundus est, quum mortis est hora, non cantatus, nec lyra nec saltationibus celebratus; — apparuit mors ad finem, i. e. postremo.

Secundus commentator annotat: Τὸ ἑξῆς· **) ἰσοτέλεστος θάνατος, τὰ δὲ ἄλλα διὰ μέσον. Qui construit: ὅτε Ἄϊδος μοῖρ' ἀνυμ. ἀλ. ἀχ. ἀναπέφηνε, ἰσοτέλεστός ἐστι θάνατος ἐς τελ. Quae hic sequuntur verba:

Βῆναι κεῖθεν, ὅθεν περ ἥκει, ὡς τάχιστα,

recte omisit Brunckius. Librarius scilicet his verbis lemma ad schol. v. 1226 adscriptum: τὸ δ' ἐπεὶ φανῇ, continuare voluit, ea autem per errorem huc rettulit, commutans ea, quae h. l. leguntur: Τοῦτό ἐστι τὸ ἑξῆς, cum verbis, quae illic sequuntur: Τούτου τὸ ἑξῆς. Sed ipsa verba τοῦτό ἐστι τὸ ἑξῆς, quum jam ante τὸ ἑξῆς, i. e. sententiarum nexus sit expositus, aperte tertium scholiastam introducunt, qui post κόρος et post Ἄϊδος incisa collocans annotat: οἷον, οὐδὲ ἔπεστιν αὐτοῖς κόρος ἰσοτέλεστος τοῦ Ἅιδου· τότε γὰρ ὁ τοιοῦτος κόρος λαμ-

*) Cf. cap. praeced. ad h. v.
**) Epitomator h. l. δέ addidit.

βάνει τέλος, ὅτε ἂν ὁ Ἅιδης ἐπέλθῃ. Idem interpres*) addit: Οὐ παύσονται τοῦ κόρου, πρὶν εἰς θάνατον ἔλθωσιν. Hic igitur sententiam, quamvis ineptissime, aperte ita intellexit: „neque ei est satietas, quae simul cum morte finitur, quando dies fatalis (μοῖρα), id est mors . . . ., apparuit."

Haec omnia attuli, non ut horum quidquam probaretur, — id enim insani foret hominis, — sed ut demonstrarem, interpretes quoque omnes habuisse οὐδ᾽ ἔπι κόρος, quae verba admodum probabiliter Elmsl. et Wund. sunt tuiti. Tum sententiarum ambitus hic est: „Nullam videas jucunditatem, si quis plus appetat quam fas est; neque (ei) satietas est, quum tristis mors advenit, quae omnia exstinguit."

Sed grammatici hanc vitae esse satietatem censent, ego satietatem in universum. Negant igitur chorentae, intemperantibus istis hominibus vel in morte cupidines se ponere, i. e. desideriis eos ajunt usque ad diem supremum cruciari. Opponit quidem Herm., tum οὐδ᾽ ὅταν potius dicendum fuisse. At potuit hoc addi, potuit etiam omitti. Tum molestam ait sententiam esse, quae rem sine causa exaggeret. Sed optime, ni fallor, poëta mortis descripsit terrores, quo infeliciores esse eos demonstraret, qui nihilominus ne in morte quidem cupere et nova semper desideria habere desinerent. Respondet autem versus

τοῦ δέοντος· οὐδ᾽ ἔπι κόρος

versui: καὶ φθόνος· τό τε κατάμεμπτον, velut respondent sibi versus 1222 et 1236:

ἀνυμέναιος, ἄλυρος, ἄχορος
ἀπροσόμιλον γῆρας ἄλυπον,

longa syllaba eodem modo in v. strophico soluta.

Neque tamen nego, ingeniosissimam, ut semper, Hermanni esse conjecturam:

ὁ δ᾽ ἐπίκουρος;

quae verba si Soph. scripsit, scholiastae non falsa lectione, sed alia tantum scribendi ratione usi sunt. Utraque enim verba per aliquod tempus significabantur ΟΔΕΠΙΚΟΡΟΣ.

1522. Τοῦτον δὲ (τὸν χῶρον) φράζε μήποτ᾽ ἀνθρώπων τινί,
μήθ᾽ οὗ κέκευθε, μήτ᾽ ἐν οἷς κεῖται τόποις.

Μήτε ὅπου κρύπτεται ὁ χῶρος, schol. Bene hos versus ab Herm. in editione defensos esse arbitror, quamquam ipse vir sum-

*) Neque enim Elmslejo de suo adjiciendum erat εἰς τὸ αὐτό.

mus in Zimm. ann. phil. a. 1841. p. 885 κεκεύθω conjecit. Sed in poëtica illa copia nihil ingrati video. Quibus vero argumentis Kuhnhardtius in diss. de Oed. Col. Lubecae a. 1840 scripta vulgatam lectionem impugnet, nescio.

1564. νεκύων πλάκα καὶ Στύγιον δόμον.

Νεκύων vett. libri praebent et commentator in versus 1560 explicatione. Eamque formam cum aliis Reisigius est tuitus, synizesin esse censens: respondet enim iambo, qui in antistr. legitur. Sed plerique cum Triclinio νεκρῶν praetulerunt, veri simile esse negantes Sophocli contractionem illam magis placuisse, quam νεκρῶν: quae nescio an parum firma sit mutandi causa. Quid enim, si vocem poëticam vulgari praetulit?

1566. πάλιν σε δαίμων δίκαιος αὔξοι.

Ἀποστρέφει τὸν λόγον πρὸς τὸν Οἰδίποδα. Itaque interpres quoque σέ habuit, quod in omnibus libris est et summo jure ab editoribus plerisque servatur. Minime enim necessaria est quorundam conjectura σφέ.

1677. Χορ. Τί δ' ἔστιν; Ἀντ. Οὐκ ἔστιν μὲν εἰκάσαι, φίλοι.
Χορ. Βέβηκεν; Ἀντ. Ὡς μάλιστ' ἂν εἰ πόθῳ λάβοις.

Priori versui quum responderet v. 1704:

Χορ. Ἔπραξεν; Ἀντ. Ἔπραξεν οἷον ἤθελεν,

complures editores in v. 1677 negationem ejecerunt. Habuit eam schol.: οὐδὲ εἰκόνα ἔχω λαβεῖν τοῦ πάθους. Sed, etsi eam et ipse Herm. sustulit, tamen confessus est, verisimilius esse, hunc versum sequenti parem, i. e. trimetrum jamb. fuisse. Conjecit igitur, in stropha οἷ' ἔστιν, in antistr., quod Elmsl. proposuerat, ἐξέπραξεν scriptum fuisse. Sed ne negatio quidem est expellenda, dummodo Oedipi non mortem in universum, sed mirabilem decessum, (qui v. 1681 seqq. describitur,) ab Antigona significatum esse ducamus. Non igitur hoc dicit: quid quaeris? Ipse, quid acciderit, suspicari potes; — quod responsum vereor ne paululum langueat, — sed negat, quid evenerit, divinari posse. Tum, a choro interrogata, num mortuus sit senex, id ait exoptatissima atque maxime mira ratione factum esse. — Haec igitur significantiora sunt, quam verba ab Hermanno constituta. In antistr. denique lenissimum est ἐξέπραξεν scribere cum Elmslejo.

1693. Τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς φέρειν χρή,
μηδ' ἄγαν οὕτω φλέγεσθον. οὔτοι
κατάμεμπτ' ἔβητον.

Ἀντιστρ. (*Ἀλλ' ἐπεὶ ὀλβίως γ' ἔλυσεν*)
τὸ τέλος, ὦ φίλοι, βίου
λήγετε τοῦδ' ἄχους· κακῶν γὰρ
δυςάλωτος οὐδείς.

Versus 1693 quum versum 1721 baccbio superet, a plerisque editoribus summo simplicitatis detrimento verbis *φέρειν χρὴ* privatur, quae verba et in codd. omnibus leguntur, et ab interpretibus explicantur scholiis: *φέρε σὺν τὸ ἐκ θεῶν εἱμαρμένον καλῶς . . . ά. τ. μὴ ἄκρως φλέγεσθε, τὸ ἐκ θεοῦ πεμφθὲν δυςαναςχέτως φέρουσαν.* Hermannus porro invenuste compositum *φέρον φέρειν* censet; sed fortasse id voluit atque quaesivit poëta, quemadmodum Romani dixerunt: quae fors feret, feremus*). Omnino multo videtur praestare, servata stropha in antistropha addere *πατὴρ σφῶν* vel tale quid, neque officit certe huic rationi scholium: *Ἐπεὶ ὁ Οἰδίπους . . . . ἀπέθανεν . . . .* Deinde quum in codd. esset *λήγετε*, opus autem esset epitrito secundo, Herm. conjecit *λήγετον δὴ* et *λήγητ' ἤδη*. Ubi quid vetus commentator legerit ex glossa *μὴ λίαν θρηνεῖτε* non apparet: nam etiam dualem potest interpretatus esse, sicut *φλέγεσθον* plurali *φλέγεσθε* reddidit.

Sed ad verba *οὔτοι κατάμεμπτ' ἔβητον* sequentem annotationem pertinere arbitror: *οὐκ ἐν τοιούτοις ἔσται, ὥστε καταμέμφεσθαι* (i. e. *ὑμῖν*)· *ἤτοι ὡς ἂν ἐπικουφίζοντες αὐταῖς τὴν συμφορὰν τοῦ βασιλέως* (i. e. dicunt hoc choreutae. Hic punctum pro inciso posui.). *Ἢ οἷον, οὐκ ἐν χείρονι νῦν ὑμῖν ἔσται τὰ πράγματα.* Prius illud *ἔσται* ab editore Rom. et Elmsl. non recte in *ἐστέ* est mutatum, quoniam *καταμέμφεσθαι* non passivum est, sed deponens. Scholiasta autem, etsi obscure locutus est, videtur exprimere voluisse, quod planius Herm. edixit: „non venistis ita, ut conqueri debeatis," i. e. non ad deplorabile fatum venistis.

Quodsi ita verba constituerimus, nihil hic erit, quod vetus interpres aut non legerit, aut legere certe non potuerit; atque ea in rebus incertis haud minima est commendatio.

---

*) Multa exempla congessit et digessit E. A. Dillerus in progr. Afranii Missnensis 1842.

CAPUT III.

UBINAM DE SCHOLIASTARUM LECTIONIBUS NON LIQUEAT.

In Electrae v. 482. οὐ γάρ ποτ' ἀμναστεῖ plur. codd. praebent, tum χαλκόπλακτος a compluribus e cod. Jen. est receptum. Sed e scholio Ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἀμνηστεῖ. Οὐ γὰρ ἀμνημονεῖ, φ., ἡ χαλκόπληκτος γένυς ... nondum colligi potest, veteri interpreti, ut ceteris codicibus, dorismum defuisse, siquidem poëticam formam vulgari explicuisse potest.

De El. v. 985 cf. cap. 6 ad h. v.

El. 1005. Λύει γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν, οὐδ' ἐπωφελεῖ
βάξιν καλὴν λαβόντε δυςκλεῶς θανεῖν.

1) Οὐ λυσιτελεῖ γὰρ ἡμῖν, φ.· οὐκ ἀπαλλάσσει τῶν κακῶν. — 2) Οὐδὲν ἡμᾶς ἐκλύσεται. Posterior enarratio videatur fortasse Erfurdtii conjecturam λύσει confirmare; sed licebat etiam interpreti, tempore futuro h. l. praesens explicare, quod sane hîc futuram quodammodo condicionem significat.

De v. 1075 v. cap. 7. §. 2.

DE AJACE.

43. Ἀθήνη. Δοκῶν ἂν ὑμῖν χεῖρα χραίνεσθαι φόνου.
Ὀδυσσ. ἦ καὶ τὸ βούλευμ' ὡς ἐπ' Ἀργείοις τόδ' ἦν;
Ἀθ. κἂν ἐξέπραξεν, εἰ κατημέλησ' ἐγώ.

Forma *ἐξέπραξεν* in Eustath., Thom. Mag., libris denique omn. praeter La legitur, in quo codice a prima manu est *ἐξεπράξατ'*, a secunda *γρ. ἐξέπραξεν* *). Aut haec ipsius librarii erat correctio, aut scholiastae annotatio. Posterius videtur Elmslejus credidisse, qui in scholia recepit: *Ἐξέπραξεν,* — nisi forte id verbum praeter glossam supra allatam ibi annotatum erat **).

222. Glossa *διαπύρου, θερμοῦ ἐν ταῖς μάχαις* utrum ad *αἴθωνος* an ad *αἴθονος* an ad *αἴθοπος* pertineat, non liquet. In lemm. legitur *αἴθοπος*, quod in textu codicis supra scriptum est. *Αἴθονος* tuiti sunt Dind. in annott. Oxon., Th. Bergk. in diurn. litt. Hal. 1837. no. 66. p. 522, Wund. de Lob. ed. Aj. p. 183.

330. *φίλων γὰρ οἱ τοιοίδε νικῶνται φίλοι.*

Ita omnes libri et alter schol., enarrans: *Οἱ τοιοίδε φίλοι, ὁποῖοί ἐστε ὑμεῖς, νικῶνται φίλων.* Sed ex Stobaeo omnes editores praeter Wund. et Apitzium pro *φίλοι* receperunt *λόγοις,* quod videri potest alter habuisse interpres, qui verba *οἱ τοιοίδε* certe cum subst. *φίλοι* non conjunxit, annotans: *Δηλονότι καὶ οἱ κακοπραγοῦντες* (i. e. *οἱ τοιοίδε*, velut Ajax,) *ἀπονέμουσιν αἰδῶ τινα τοῖς φίλοις.* Nisi hic, id quod Nevius facere proposuit et Apitzius fieri jussit, subst. *φίλοι* pro vocativo accepit. *Νικᾶσθαι* cum genitivo construitur in Aj. 1353. Aesch. Suppl. 1018. Eur. Med. 319. Cf. Matth. gramm. §. 357. — Abresch. ad Aesch. Suppl. 1012, laudatus ab Apitzio, Suidae praeceptum affert: *νικῶ αἰτιατικῇ, νικῶμαι δὲ γενικῇ.*

543. *Ἕρποντι φωνεῖς, ἢ λελειμμένῳ λόγου;*

Sic codd. et editores paene omnes; solus La: *λόγων* (ου *supra scr.*), schol. *τῆς κλήσεως*, quam glossam Wund. sine jure ad numerum plur. rettulit propter lemma *λόγων*, quod non animadvertit ab Elmslejo demum de suo esse adjectum.

656. *ὡς ἂν . . . . .*
μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλεύσωμαι θεᾶς.

---

*) Non accurate Lob.: „La man. sec. *ἐξεπράξατ' γρ. ἐξέπραξεν.*"

**) Dind. medium praetulit, laudata Hesychii glossa: *ἐξεπράξατο, ἐφονεύσατο*, quae sane ad Aj. v. 43 et 44 videtur pertinere. At quamvis saepe Soph. verbis mediis activisque promiscue utatur (cf. cap. praeced. ad Trach. v. 103), nostri verbi medium unico, quo usurpat, loco, in Oed. Tyr. 287, solita ratione ab activo distinguit. Hoc enim vulgo i. q. facere ipsum, illud i. q. facere per alios, faciendum curare, instituere significat. Jam Oedipus ait l. l. *ἀλλ' οὐκ ἐν ἀργοῖς οὐδὲ τοῦτ' ἐπραξάμην*, i. e. institui ut Tiresias arcesseretur; in nostro vero Ajacis versu ipsius Ajacis facinus dicitur.

Ita plerique libri; sed ex Hesychii gl. ἐξαλύξωμαι, φυλάξωμαι. Σοφ. Αἴαντι μαστιγ. complures ἐξαλύξωμαι receperunt, quo simul codicis Brunckii lectio ἐξαλλώξομαι*) ducit et ἐξαλέξομαι in Flor. Δ; eodemque comparata Hesychii glossa etiam scholium φυλάξωμαι, ἐκκλίνω pertinere videatur, nisi hoc aeque recte ad ἐξαλεύσωμαι referri possit.

714. πάνθ᾽ ὁ μέγας χρόνος μαραίνει τε καὶ φλέγει.

Quum postrema tria vocabula in antistr. non habeant, quibus respondeant, et quum a Stobaeo omittantur, Hermannus in Zimm. ann. phil. a. 1838. p. 412 scribit φλογίζει, cujus verbi glossam et μαραίνει et φλέγει fuisse censet. Sed vett. interpp. quid legerint, neque ex scholio ζωπυρεῖ, neque ex annotatione: τὰ ὑπὸ τοῦ Αἴαντος διὰ πολλῶν εἰρημένα διὰ βραχέων δεδήλωκεν, colligi potest. Hac quidem, relata ad v. 646 sq.

ἅπανθ᾽ ὁ μακρὸς . . . χρόνος
φύει τ᾽ ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται,

Herm. ait apparere, commentatorem vulgata verba legisse. At etiamsi φλογίζει scribimus, comparatio illa optime ad v.v. 646—51 et 714—18 quadrat.

1022. Πολλοὶ μὲν ἐχθροὶ, παῦρα δ᾽ ὠφελήσιμα.

Ita editores omnes. Sed codd. omn. ὠφελήσιμοι, complures etiam παῦροι. Scholium autem: πολλοὶ ἐχθροὶ, Ἕλληνές τε καὶ Τρῶες· ὀλίγοι δὲ ὠφελήσιμοι, Ἕλληνες, — potest et ad παῦροι . . . . . ὠφελήσιμοι et ad παῦρα . . . . ὠφελήσιμα pertinere.

1199. ἐκεῖνος οὔτε στεφάνων
οὔτε βαθειᾶν κυλίκων
νεῖμεν ἐμοὶ τέρψιν ὁμιλεῖν,
οὔτε γλυκὺν αὐλῶν ὄτοβον.

Herm. pro primo οὔτε metri causa οὐ scripsit, quod probarunt omnes. Non liquet de scholio: Ἐκεῖνος . . . . οὐ στεφάνων, οὐ κύλικος, οὐκ αὐλῶν τέρψιν μοι ἔνειμεν.

---

*) Hanc Lob. falso ait Membranorum Paris. esse, quae teste Brunckio vulgatam scripturam habent. Quem codicem Brunckius nominat suum, is bombycinus est et Electram atque Ajacem continet.

DE TRACHINIIS.

13. Cf. II. cap. 2. ad h. v.

178. κατασκαφῇ
στείχονθ' ὁρῶ τιν' ἄνδρα πρὸς χαρὰν λόγων.

Sic libri; solus Lb. χάριν, quod Brunckius conjecit, receperuntque Erf. Schaef. Dind., ita scholiastam quoque legisse censentes. Annotatum autem est: Πρὸς ἡδονήν. Πρὸς χαρὰν λόγων: Πρὸς χάριν ἐπαγγελοῦντα, λόγων ἡδονὴν διδόντα· ἐκ τοῦ στεφάνου δὲ στοχάζεται, ὅτι μέλλει χρηστὰ ἐπαγγέλλειν. Hic si legit χάριν, eam vocem certe i. q. χαράν significare credidit, velut Hesych. ait: πρὸς χάριν: πρὸς τέρψιν. Sin χαράν legit, hoc per χάριν explicuit. Ceterum cf. infra annotata ad Antig. v. 30 p. 180.

De versu 781 cf. II. cap. 4. §. 2, de v. 821 sqq. et v. 1021. II. cap. 1.

DE PHILOCTETA.

150. Μέλον πάλαι μέλημά μοι λέγεις, ἄναξ, τὸ σὸν
φρουρεῖν ὄμμ' . . . . .

Ita, iambo redundante, libri. Quare Herm. μέλον ejecit, quod etsi in lemm. scholii legitur, ipso scholio significatum et esse et non esse potest, siquidem enarrationem πρᾶγμα ἐκ πολλοῦ μεμεληκός etiam ad verba πάλαι μέλημα referre licet. Wunderus autem cum Dind. τὸ σόν potius, a schol. per τὰ σὰ νεύματα explicatum, ejecit. Sed argumentis, quibus hoc necessarium esse sibi videbatur demonstrare, jam satis ab aliis editoribus responsum esse existimo.

641. Φιλ. Ἀεὶ καλὸς πλοῦς ἔσθ', ὅταν φεύγῃς κακά.
Νεοπτ. Οὐκ· ἀλλὰ κἀκείνοισι ταῦτ' ἐναντία.

Optime Herm. in retractt. interpungit οὐκ ἀλλὰ .... ἐναντία; quum Doederl. οἶδ' pro οὐκ conjecerit. Non liquet de scholio: μὴ εὐλαβηθῇς, φ.· κἀκείνοις γὰρ τὰ ἐναντία πνεύματα· ἀ. τ. τὰ ἡμᾶς ἐπέχοντα καὶ ἐκείνους ἐπέχει.

De v.v. 676—706 et 1032 dixi in II. cap. I, de v.v. 759 et 832 sqq. in II. cap. 2.

1089. V. Pherecrateus **1110.** *κραταιαῖς μετὰ χερσίν* respondet versui **1089**: *τί ποτ' αὖ μοι τὸ κατ' ἦμαρ*, ubi ne basis esset anapaestica, plerique *τίπτ'* emendarunt. Quod commentator exhibet *τί ἄρα*, id et ad *τί ποτε* et ad *τίπτε* pertinere potest, non ad *πότ' αὖ*, quod Herm. in edit. noviss. recepit. At arctam accuratamque baseon responsionem, quam vir summus hîc quaerit, a Sophocle postulatam non esse multis apparet exemplis; quod vero *τίπτε* ait non quid, sed cur significare, nescio cur tragicis poëtis usum vir illustriss. abjudicet, quem ipse ex Homero affirmet. Et postularunt hoc praeter alios Kühlstädt. in obss. critt. de tragg. Gr. dialecto. Reval. 1832. p. 5. et Weissenborn. de basi v.v. glyc. Anapaestum illum ipsum tuentur Selckmannus de v. glyc. p. 6. Munck. art. metr. p. 113.

DE OEDIPO REGE.

10. *τίνι τρόπῳ καθέστατε,*
δείσαντες ἢ στέρξαντες;

Alii codd. ita, alii *στέξαντες*. Schol.: *ἢ γὰρ διὰ δέος κολάσεως ἢ παθόντες ἐκδικίας τυχεῖν ἀξιοῦτε; ὅπερ ἐδήλωσεν διὰ τοῦ στέρξαντες, οἷον ἤδη πεπονθότες.* Qua annotatione ille Sandero (Erkl. des Soph. u. Eur. p. 1) convenienter verbi *στέρξ.* sensum explicuisse videbatur: *στέργειν* enim esse sich in etwas fuegen. Reisigius contra in comm. crit. ad Oed. Col. v. 14. scholium ad *στέξαντες* rettulit, quam vocem in scholiis aeque atque apud Soph. restituendum censuit. Etsi fort. neuter rectum vidit et commentator tertiam aliquam lectionem habuit.

476. *Φοιτᾷ γὰρ (ὁ φονεύς) ὑπ' ἀγρίαν*
ὕλαν ἀνά τ' ἄντρα καὶ
πέτρας ὡς ταῦρος.

Pro particula *ὡς* metrum duas syll. breves requirit, quare novissimi editores Dind. et Wund. ex Orvillii conjectura, quam Erfurdt. quoque probavit, *ἅτε* scripserunt, quod possit certe vetus interpres habuisse, annotans: *οἰκεῖα δὲ ταῦτα τὰ ὀνόματα, ἄντρα καὶ πέτραι*, quum ille non habuerit *πετραῖος ὁ* . . . Conjecit hoc elegantissime Herm. ex La pr. et Lb., qui *πετραῖος ὡς*, et *Γ*, qui *πέτραις ὡς* praebet, quamquam insolenter tum Soph. particulam comparativam omisisset.

DE ANTIGONA.

30. οἰωνοῖς γλυκὺν
θησαυρὸν εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς.

Annotationem veteris interpretis *πρὸς τέρψιν τροφῆς* si cum glossa scholiastae ad Trach. 179: *πρὸς χαράν*: *πρὸς ἡδονὴν*, contuleris, facile credas ad lectionem *πρὸς χαράν* pertinuisse, quam Rempelius a Wexio laudatus h. l. postulavit. At Hesych. *πρὸς χάριν*: *πρὸς τέρψιν*, et schol. min. ad h. l. *ἢ τὸ πρὸς χάριν ἀ. τ. πρὸς ἡδονήν*.

215. ὡς ἂν σκοποὶ νῦν ἦτε τῶν εἰρημένων.

ἀ. τ. μελέτω ὑμῖν ἡ φυλακὴ τῶν εἰρημένων. Hoc scholio nisus Dind., quem Wund. sequitur, *πῶς ἂν σ. ν. εἶτε*...; conjecit, sed illud non minus recte ad vulgata verba refertur.

233. Τῆς ἐλπίδος γὰρ ἔρχομαι δεδραγμένος,
τὸ μὴ παθεῖν ἂν ἄλλο πλὴν τὸ μόρσιμον.

Plurimi codd. *δεδραγμένος*, La et Par. f. *πεπραγμένος*, pauci *πεφραγμένος*. Ad primum posterior scholiorum explicatio aperte, prior fortasse spectare jure videbatur Dindorfio. Annotatur autem: *ὑπὸ γὰρ τῆς ἐλπίδος νενικημένος ἐλήλυθα. ἢ οὕτως· ἀντειλλημένος τῆς ἐλπίδος ἐλήλυθα.*

263. Πᾶς γάρ τις ἦν ἕκαστος οὐξειργασμένος,
κοὐδεὶς ἐναργής· ἀλλ' ἔφευγε τὸ μὴ εἰδέναι.

Ad mendosam hanc scripturam Hermannus etiam scholium rettulit: *ἕκαστος μὲν γὰρ τὸν πλησίον ἐδόκει πεπραχέναι· ἀκριβῶς δὲ αὐτὸν ἐξελέγχειν οὐκ ἠδύναντο.* At hoc sola ad verba *πᾶς* ..... *ἐναργής* pertinet, de altero autem versu nihil annotatur.

467. εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς
μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ἐσχόμην νεκρόν.

Ita plerique secundum Eustathium ediderunt; codd. plur. *ἐσχόμην*, Par. a et Ald. *ἠνσχόμην*, (quod Dind. et Wund. receperunt,) La. *ἠισχόμην*. Scholium *ἠνεσχόμην*, *ὑπερεῖδον* et ad *ἠνσχόμην* et ad *ἐσχόμην* quadrat.

600. Νῦν γὰρ ἐσχάτας ὑπὲρ
ῥίζας ἐτέτατο*) φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις,
κατ' αὖ νιν φοινία θεῶν τῶν
νερτέρων ἀμᾷ κόνις .....

---

*) Cf. p. 102.

Hos versus plurimis dubitationibus obnoxios denuo tractare non meum est; mihi tantum, quod scholiastae legerint, est spectandum. Videamus igitur: 1) *Λείπει ἄρθρον τὸ ὅ· τὸ δὲ λεγόμενόν ἐστι τοιοῦτο· νῦν γὰρ ὅπερ ἐτέτατο φῶς*) καὶ σωτηρία ἦν**) τοῖς οἴκοις τοῦ Οἰδίποδος, ἐσχάτης ὑπὲρ ῥίζης, ἀ. τ. ὅπερ ἔβλαστεν ἄνω τῆς ῥίζης, θάνατος καταλαμβάνει.***)* 2) *νῦν γὰρ, φ., ὅπερ ἦν λείψανον γενεᾶς, τοῦτο μέλλει καλύπτειν ἡ κόνις .... Ἐὰν στίξωμεν κατ' αυνιν* (sic), *οὐδὲν λείπει τῷ λόγῳ. νιν] τὴν ῥίζαν. ἀμᾷ] Θερίζει καὶ ἐκκόπτει· ἢ καλύπτει.*

Postremam glossam, ut ab hac incipiamus Zehlickius †) et Welckerus ††) ad vocem *κοπίς* rettulerunt, quam Sophoclis esse multi conjecerant. †††) Sed illam glossam qui scripsit, nihil ostendit, nisi verbum *ἀμᾶν* se ad metendum rettulisse, sicut ante dixit *θάνατος καταλαμβάνει*, — non offensus scilicet pulvere sive cinere metente. Sed quod additur, *καλύπτει*, sententiae quidem est aptissimum, an vero ad aliud verbum, quam ad *ἀμᾶν*, pertineat dubitari potest. Tamen viri quidam illustres censuerunt, *ἀμᾶν* quia proprie i. q. corripere, colligere significaret, recte h. l., etsi liberius, verbo tegendi velandique esse explicatum.

Tum Hermanno vetustior interpres non *ὑπέρ*, sed *ὅπερ* legisse visus est, idque recepit vir illustrissimus. Spectavit autem sine dubio verba: *νῦν γὰρ, ὅπερ ἦν λείψανον* ...., verum praecedente in scholio etiamsi *ὅπερ* usurpatur, tamen *ὑπέρ* simul affertur atque explicatur. De cujus scholii auctore Hermannus: „Non habuit,“ inquit, „in codice suo pron. *ὅ*, sed deesse collegit ex annotatione antiquioris interpretis, secundum quem sensum loci explicuit.“ Atque adscripsit ille *λείπει ἄρθρον τὸ ὅ*. Nempe nulla ellipsis veteribus grammaticis videbatur illicita. Eodem tamen modo vetustior quoque ille Hermanni interpres pronomen supplevisse potest, et fecit hoc fortasse asyndeto offensus. Nam *κατ'*, quod

---

*) Cf. in II. cap. 1. ad hos v. v. annotata.

**) Sic Herm. Codex *ἦν*.

***) Punctum minus in majus mutavi, quia hic novum incipit scholium.

†) In progr. Grypisvaldiae a. 1826 de aliquot Antigonae locis scripto.

††) In Ephem. litt. schol. a. 1829. vol II. no. 25, ubi de choricis nonnullis Antigonae locis agit.

†††) Obiter eos, qui Graecos morti gladium tribuisse negant, de Eur. Alc. versibus 74—76 moneo, ubi ipse Thanatos ait:

στείχω δ' ἐπ' αὐτήν, ὡς κατάρξωμαι ξίφει·
ἱερὸς γὰρ οὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν,
ὅτου τόδ' ἔγχος κρατὸς ἁγνίσει τρίχα.

Tum, etsi non dii inferi, at Perseus certe, qui cum iis arctissime connexus esse compluribus viris doctis visus est, semper cum falce repraesentatur.

in Dresd. a et Par. t est, aperte et ille legit, et alter, qui χᾆτ'*) praetulit, sive id conjecit, sive alicubi scriptum invenit. Atque legitur hoc in codd. paene omnibus, etiam in La, nisi quod ibi jota deest.

619. *πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προςαύρῃ.*

Προςαύσῃ, προςψαύσῃ, προςάρῃ, προςαρῇ, προςαρμόσῃ codd. Seidleri conjecturam *προςαύρῃ* plerique receperunt, eamque Wexius satis censuit munitam esse scholio: *Προςφέρει· πρὶν τοῖς δεινοῖς ἐπικύρσῃ καὶ εἰς αὐτὸν ἐμπέσῃ τὸν κίνδυνον.* Sed hoc etiam ad *προςάρῃ* et *προςαίρῃ* pertinere potest, secundum Lob. ad. Aj. v. 805 etiam ad *προςαύσῃ*, quod verbum a C. Lachmanno (de chor. syst. p. 164) e conjectura propositum postea in La et Par. f. inventum est. Sed *προςφέρει* illud, quia conjunctivi sequuntur, ut in ed. Rom. *προςφέρῃ* scribendum videtur, nisi forte ab alio auctore, quam sequens annotatio, profectum est et ad *προςαίρει* potius pertinet, quod verbum in La. est supra scriptum.

637. *Ἐμοὶ μὲν οὐδεὶς ἀξίως ἔσται γάμος*
μείζων φέρεσθαι σοῦ καλῶς ἡγουμένου.

Ita codd. omnes praeter Dresd. a, ex quo plerique editores *μεῖζον* receperunt. Idque Elmslejo schol. quoque legisse visus est, quum explicandi causa *προκριθήσεται* annotaret. Neque tamen hinc illud sequitur.

848. *πρὸς ἔργμα τυμβόχωστον ἔρχομαι τάφου ποταινίου.*

Complures viri docti rejecerunt *ἔργμα* ut formam Jonicam, improbataque emendatione *ἕργμα*, quippe quod subst. nusquam alias legeretur, ex scholio *ἕρμα, περίφραγμα* receperunt *ἕρμα*. Hoc vero si voluit commentator, certe sic est restituendus: *ἕρμα. περίφραγμα.* Tum duo ea sunt scholia, quorum prius veram servavit lectionem, posterius autem ad *ἔργμα* pertinet, quod ita ab Hesychio quoque explicatur. Quis vero sibi persuadeat, *ἕρμα*, ut quidam censuerunt, lemma ad *περίφραγμα* fuisse? Immo vereor, ne ipse schol. olim scripserit: *ἔργμα: περίφραγμα.*

De v. 863 in II. cap. I egimus.

1158. *τύχη γὰρ ὀρθοῖ καὶ τύχη καταῤῥέπει*
τὸν εὐτυχοῦντα τόν τε δυςτυχοῦντ' ἀεί.

---

*) Rectissime enim Gaisf. et Br. scholium *ἐὰν δὲ στίξ. κατ' αυνιν* videntur *χᾆτ' αὖ νιν* emendasse. Nam si commentator satis habuisset, pro inciso punctum minus postulare, scribens: *ἐ. δ. στίξωμεν· κατ' αὖ νιν*, quae Welckeri et Wexii est sententia, id plane aliter expressisset.

Πίπτει, καταβάλλει. γρ. δὲ καταῤῥέπειν, ὅ ἐστιν, πίπτειν ποιεῖ. Ex interpretatione apparet, *καταῤῥέπειν* a schol. scriptum non esse. Quare Elmsl. emendavit *καταῤῥέπει* et lemma praeposuit *κατατρέπει*. Sed huic verbo aptior videtur explicatio esse: *πίπτ. ποιεῖ*, quamobrem malim *γρ. δὲ κατατρέπει* scribere, glossam *πίπτει* autem ad *καταῤῥέπει* referre. *Καταβάλλει* denique aut ad *κατατρέπει*, aut ad *καταῤῥέπει* quidem, sed ab alio scholiasta, adscriptum erat.

1209. *τῷ δ' ἀθλίας ἄσημα περιβαίνει βοῆς . . .*

Aliud quid Hermanno scholiasta videtur legisse, enarrans: *Τὰ κακὰ σύμβολα τῆς βοῆς περιστοιχίζεται.* Conjectum est *περισαίνει*.

Glossae *γρ. ἔχειν*, quae inter scholia versuum 1266 et 1274 legitur, Elmsl. lemma *ἰδεῖν* e v. 1270: *ὡς ἔοικας ὀψὲ τὴν δίκην ἰδεῖν*, praeposuit; ego vero, ut similiorem, vocem *ἔχων* praefigere malim, quae in v. 1273

θεὸς . . . . τότε μέγα βάρος μ' ἔχων ἔπαισεν

exstat. Hujus igitur versus sententia, si *ἔχειν* recipitur, haec est: *ἔπαισέ με ὥστε με ἔχειν μέγα βάρος.* Aliter sentit Wunderus, *ἔχειν* pro *ἰδεῖν* e conjectura positum esse existimans; at neque ulla conjiciendi erat causa, et *ἰδεῖν* verbo *ἔχειν* etiam aptius est. Quanquam haec omnia sunt incerta.

DE OEDIPO COLONEO.

11. *Στῆσόν με κἀξίδρυσον, ὡς πυθοίμεθα, ὅπου ποτ' ἐσμέν.*

Στῆσόν με ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, καὶ μαθησόμεθα. Hoc scholium qui excerpsit, repetiit *μαθησόμεθα*: putasse autem interpretem, *ὡς* pro *ἐπεί* dictum esse, Elmsl. et Herm. cognoverunt. Neque tamen liquet, utrum *πυθοίμεθ' ἄν* legerit, id quod Herm. olim censuit, an opt. sine *ἄν*, ita tamen ut opt. potentialem esse putaverit, quem ipsi scholiastae saepissime omissa part. *ἄν* usurparunt, an conjunctivum denique, si forte eum ex Homerico usu pro futuro accepit. Et conjunctivum quum alii, tum Herm. in ed. noviss., optativum ceteri probant.

250. Cf. II. cap. 4. §. 6.

335. *οἱ δ' αὐθόμαιμοι ποῖ νεανίαι πονεῖν;*

Soli codd. Lb. et Vat. *ποῦ* praebent, quod Brunck. et Elmsl. receperunt; recte vero ceteri editores *ποῖ* tuentur, quod in reliquis est

libris. Schol. ποῦ τοῦ πονεῖν εἰσι. Hic fort. legit ποῦ, fortasse, si sensum modo spectavit, ποῖ.

1112. Ἐρείσατ', ὦ παῖ, πλευρὸν ἀμφιδέξιον
ἐμφῦσα τῷ φύσαντι, κἀναπαύσατον . . . .

Sic plur. libri; sed quum Par. a et Ricc. a ἐμφῦτε praeberent, Mudgius a multis probatus ἐμφύντε scripsit. Scholium α. τ. ἐμφῦσαι utrum ad ἐμφῦσα, an forte ad ipsum ἐμφύντε pertineat, certe dici non potest.

1450. εἴ τι μοῖρα μὴ κιχάνει

in plerisque legitur codd. La τυγχάνῃ praebet, eadem manu mutatum in κιχάνῃ, unde prodiit κιχάνῃ (sic), quod Par. f. b. t. Vat. Farn. habent. Herm. prosodiae causa κιγχάνει scribit. De scholiastis autem non liquet. Quorum prior, enarrans: ἐκτὸς εἰ μὴ μοῖρά τις καταλαμβάνει ἡμᾶς καὶ κατὰ μοῖραν ἀπολαύσομεν, ἃ ἀπολαύομεν, sive is κιχάνει sive forte κιγχάνει legit, ita Sophoclem intellexit: nisi aliquatenus (τὶ) fortuna (scil. nos) assequitur. Posteriore simul hujus scholii parte apparet, quo sensu sequens interpres sit commentatus: Εἰ μὴ κατὰ μοῖραν ταῦτα πάσχω, εἴποιμι ἂν . . . . . . Hunc igitur frustra Stephanus μοίρᾳ habuisse conclusit; τυγχάνῃ vero habuisse potest, si ita verba accepit: „nisi quaedam res (i. e. periculum nostrum et condicio timori obnoxia) tanquam sors (nobis) accidat. Ceterum lemma, quod in codice sic legitur: εἴ τι μοῖρα μὴ τυγχ, Elmslejo non τυγχάνει, sed τυγχάνῃ, quod in textu La., scribendum erat.

1482. ἐναισίου δὲ συντύχοιμι.

Par. t et Farn. ἐναισίῳ habent, eodemque scholium: μηδὲ πονηρῷ τινι συντύχω pertinere potest; sed etiam genitivus interpreti vulgariore constructione erat explicandus.

1565. Πολλῶν γὰρ ἂν καὶ μάταν
πημάτων ἱκνουμένων
πάλιν σε δαίμων δίκαιος αὔξοι.

. . . . καὶ νῦν οὖν κατὰ τοῦτο μάτην ἂν λέγοι τιμωρίαν ὑπισχεῖν (scr. ὑποσχεῖν) αὐτόν.

Chorus Plutonem modo allocutus ad Oedipodem subito se convertit, qui jam abierat. Quam conversionem non exspectari monitus a Kuhnhardtio G. Herm., in Zimm. ann. phil. a. 1841. p. 886 Reiskii conjecturam σφέ probat. Schol. quid habuerit incertum est.

1571. Par. b. et Vat. κνυζᾶσθαι, Par. t. et Farn. κνυζᾶσθ', ceteri κνυζεῖσθαι. Schol. in explicatione κνύζεσθαι usurpavit,

quae forma quum, etiamsi raro, inveniretur tamen, Elmslejo in κνυζεῖσθαι mutanda non erat. Utrum vero ipsum verbum κνύζεσθαι an insolentem formam κνυζεῖσθαι an vulgariorem a plurimisque receptam κνυζᾶσθαι commentator noster legerit, dici non potest.

1595. *Ἐφ' οὗ μέσου στὰς τοῦ τε Θωρίκου πέτρου...* Schol. *Ἐφ' οὗ μέσου στάς: Μέσου ἀ. τ. μεταξὺ τοῦ κρατῆρος, ὅ ἐστι τοῦ μυχοῦ, στάς.... Ἀπὸ κοινοῦ τὸ στάς.* Hunc Br. Elmsl. Reisig. Herm. *ἀφ' οὗ μέσος στάς* legisse censuerunt; quod si verum est, in scholio quoque *μέσος* pro *μέσου* est ponendum. Fort. vero interpres *μέσου* duxit ab *τὸ μέσον,* quasi hoc diceretur: in cujus (crateris) et rupis medio stans....

1682. Cf. II. cap. 1.

1739. Χορ. *καὶ πάρος ἀπεφεύγετον, σφῷν τὸ μὴ πιτνεῖν κακῶς.*

Ita libri; sed Herm. conjicit:

Χορ. *καὶ πάρος ἀπέφυγε. — Ἀντ. τί;*
Χορ. *τὰ σφῷν τὸ μὴ π. κ.*

De lectione commentatoris ex scholio: *κακῶς ἡ ἀντωνυμία· διὸ τὸ χ,* non constat; sed non legit certe, quod Paldamus in Zimm. ann. phil. a. 1838. p. 1138 sqq. conjecit: *ἀπεφύγετον, σῶν...* Quae conjectura vel eo concidit, quod adjectivo pro subst. posito articulus deesse non poterat.

CAPUT IV.

QUAE SCHOLIA VARIAS LECTIONES CONTINERE VIDEANTUR, NEQUE TAMEN CONTINEANT.

---

§. I.

De variis lectionibus explicatione amovendis.

Tanta est variarum lectionum in scholiis servatarum copia, ut magnopere certe cavendum sit, ne temere augeatur etiam. Quare quoties Sophoclis verba corruptionis specie sunt libera iisque scholiastarum explicatio quodammodo adaptari potest, sedulo omnis variae lectionis suspicio est amovenda; neque id facere dubitabit, quisquis scholiastarum in scriptoribus explicandis et licentiam et legum sermonis ignorantiam cognoverit. Annotationes autem, quae discrepantis scripturae suspicionem aut moverint, aut obscuritate sua, interdum etiam ineptia movere certe possint, inter Sophoclis scholia haud paucae sunt. Quas deinceps tractabo.

ELECTRA.

363. *Ἐμοὶ γὰρ ἔστιν τοὐμὲ μὴ λυπεῖν μόνον βόσκημα.*

Haec verba optime ab altero hujus loci interprete explanantur hoc modo: *ἐμοὶ . . . . ἔστω τροφή, ἡ τῇ ἀνάγκῃ μόνον ἁρμόζουσα καὶ τὴν πεινὴν ἀπελαύνουσα.* Eumque Herm.

sequitur, non recte ab Ellendtio s. v. *βόσκημα* intellectus, quare hic vir doctiss. denuo Erfurdtii conjecturam *λυποῦν* adscivit, id vocabulum in scholio latere ratus. Sed potest commentator noster etiam vulgata verba habuisse, quae aperte alter interpres legit, enarrans: *ἐμὲ βοσκέτω τὸ μὴ λυπεῖν ἐμὲ αὐτὴν* .... Hic enim sententiam, etsi male, ita tamen, ut vel recentiores quidam viri docti, hoc modo constituit: *ἐμοὶ ἔστω βόσκημα ὥστε (τὸ βόσκημα) μὴ λυπεῖν ἐμέ*, i. e. ita ut victus me non cruciet, scil. exilitate sua. Cruciaret enim, si nimis parcus esset.

686. *Δρόμου δ' ἰσώσας τῇ φύσει*) τὰ τέρματα,*
νίκης ἔχων ἐξῆλθε πάντιμον γέρας.

Οἷον, οὐκ ἐλλείπων κατὰ τὰ τέρματα, ἀλλ' ἴσος φανεὶς τοῖς τέρμασι, κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν τῆς νίκης ἔτυχεν· ἀλλ' ὁμοίως καὶ ἴσως τεθαυμασμένος ἐν τῷ ἀγωνίσματι, ὡς ἐπὶ τῇ μορφῇ· (haec explicatio simillima est annotationi proxime praecedenti, simillima etiam sequenti;) *ἀ. τ. ὡς θαυμαστὸς ἐπὶ τῇ μορφῇ, οὕτως καὶ τῷ ἔργῳ ἐφάνη· ὡς ἐπὶ τῷ εἴδει, οὕτω καὶ τῷ ἔργῳ.* Qui commentator tam gradatim et certa quadam cohaerentia ad singulas suas enarrationes procedit, ut non sit, quod cum Hermanno a verbis *ἀντὶ τοῦ* alterum scholiastam, qui *πράγματα***) pro *τέρματα* legerit, incipere censeamus.

1246. *ἀνέφελον ἐπέβαλες* ..... *κακόν.*

Schol. ... *φ. ὅτι ἐνέβαλές μοι κακὸν ἀνέφελον* .... Hunc igitur Dindorfius, etsi dubitanter, conjecit *ἐνέβαλε* legisse: sed id nondum ex enarratione illa sequitur.

AJAX.

378. *Οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν ταῦθ' ὅπως οὐχ ὧδ' ἔχειν.*

Lob. „Pro *ἔχειν* ap. Suid. (s. v. *τί δῆτα*) vulgatum est *ἔχει* cum scholio: *ὅπως μὴ οὕτως σχοίη*, vel ....., vel quod aliquis infinitivi insolentia perculsus *ἔχοι* emendaverat." Idem de priore scholio Laur., quod Suidas fere descripsit, aliquis cogitet: *ὅπως ταῦτα μὴ οὕτως σχοίη*. Cui annotationi altera annexa est haec:

---

*) Cf. II. cap. 2.

**) *Πράγματα* Suidas s. v. *δρόμοις*: sed optimus ejus codex Par. a. ex corr. primae manus *τέρματα* praebet, eodemque scholium nostrum ducit, quod totum Suid. descripsit. Quare Bernhardius hoc edidit.

Οὐχ οὕτως διακεῖσθαι. At par erat, ab interprete rariorem constructionem vulgariore explicari.

439. οὐδ' ἔργα μείω χειρὸς ἀρκέσας ἐμῆς.

Ἀρκέσας et codd. omnes praebent et schol. ad v. 440, sed ad v. 439. annotatur: δείξας, βοηθήσας, ποιήσας. Ubi hoc primum apparet, participium βοηθ. propriam verbi ἀρκέσας glossam fuisse et ab aliis duobus partic. esse sejungendum. Sed partic. ποιήσας fortasse aliquis ad ἔρξας potius vel ejusmodi verbum referat; at tum δείξας alienum est. Quare interpretem illum sententiae modo rationem habuisse arbitror, proprioque verbō ἀρκεῖν generaliora supposuisse verba, quae sane quidem in prosa oratione pro ἀρκέσας hic essent posita.

516. Ἀλλ' αἴδεσαι μὲν πατέρα τὸν σὸν ἐν λυγρῷ
γήρᾳ προλείπων, αἴδεσαι δὲ μητέρα
πολλῶν ἐτῶν κληροῦχον.

Καλῶς ἐπὶ τοῦ πατρὸς ἐν γήρᾳ μακρῷ, ἐπὶ δὲ τῆς μητρὸς πολλῶν ἐτῶν κληροῦχον. Bene enim a Sophocle, interpres pergit, ejusdem rei, i. e. senectutis significationem variari. Eandem vero sententiam esse quo magis patefaceret commentator, voci λυγρῷ supposuit adj. μακρῷ, atque revera hunc fere sensum vox illa praebet. Quare necesse non est, cum Hermanno interpreti nostro lectionem ἐν μακρῷ γήρᾳ tribuere. —

Quamquam equidem non refrager, si quis scholiastam credat, obiter Sophoclis verba inspicientem fortuito μακρῷ pro voce λυγρῷ scripsisse. Cf. infra cap. 7. §. 1.

531. Καὶ μὴν φόβοισί γ' αὐτὸν ἐξελυσάμην.

Τοῦ φόβου χάριν ῥύσασθαι θέλουσα ἐξήγαγον, enarrat schol. Hinc eum complures collegerunt ἐξερυσάμην legisse, id quod concludi non posse recte Ellendtius s. ἐκλύω monet.

615. Libri praeter Ven. omnes οἰοβώτας, eodemque sex interpretum glossae pertinent, ac septima quoque pertinere potest: ὁ βαίνων ἐν ἐρημίᾳ διὰ τὸ συγκεκλεικέναι ἑαυτόν, quam Lobeckius ad solius codicis Ven. scripturam οἰοβάτας refert.

643. ἄταν,
ἂν οὔπω τις ἔθρεψεν αἰὼν
Αἰακιδᾶν ἄτερθε τοῦδε.

Ἄτην οἵαν οὐδεὶς πέπονθεν τῶν Αἰακιδῶν. ἔθρεψεν] Ἔσχεν. τοῦδε] Τοῦ Αἴαντος. Interpres igitur, nisi forte ἄλλων vel ejusmodi vocabulum pro voce αἰὼν habuit, vitam (αἰῶνα) Αἰακ. censuit periphrastice pro Aeacidis ipsis dictam esse.

TRACHINIÆ.

98. Ne interpreti quidem nostro verbum *ναίει* defuisse, in partis II. cap. 1. significavi.

103. *Ποθουμένᾳ γὰρ φρενὶ πυνθάνομαι . . . .*
. . . Δηϊάνειραν ἀεὶ . . . .
οὔποτ' εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον,
ἀλλ'
. . . . . ἐνθυμίοις εὐναῖς . . . . τρύχεσθαι . . .

Commentator antiquus quum dicat: *πόθῳ νικωμένην . . . . . τὸν πόθον . . . . οὔποτε**) *κοιμίζειν, ἀλλ' ἡττᾶσθαι καὶ ἀεὶ δακρύειν,* facile conjici possit, eum *ἡττωμέναν* pro *ποθουμένᾳ*, quod verbum quosdam, quamvis injuste**), offendit, legisse. At verba *ἀλλ' ἡττᾶσθαι* videntur ad Sophoclis verba *ἀλλ' . . . . τρύχεσθαι* pertinere; priore vero annotatione: *ἀεὶ τῷ πόθῳ τῶν δακρύων νικωμένην ὀδύρεσθαι* idem affirmative est dictum, quod poëta negative verbis *οὔποτ' . . . . πόθον* expressit.

229. *Λίχας. Ἀλλ' εὖ μὲν ἴγμεθ', εὖ δὲ προςφωνούμεθα*
. . . . . κατ' ἔργου κτῆσιν.

Herm.: „Verba *κ. ἔ. κ.* ambigua sunt. Nam aut significant *κατὰ τὸ ἔργον, ὃ κέκτησαι*, pro nuntio accepto, aut *κ. τ. ἔ. ὃ. κεκτήμεθα,* quae est expugnatio Euchaliae.“ Hoc censuit alter schol. annotans: *κατὰ τὴν τοῦ ἔργου πρᾶξιν,* illud alter, qui dicit: *ἀ. τ. κατὰ τὴν ἀπαγγελίαν,* neque putandus est, id quod conjecerit fortasse aliquis, *κατ' ἔργου ῥῆσιν* habuisse.

242. *τοῦ ποτ' εἰσὶ, καὶ τίνες;*
οἰκτραὶ γὰρ, εἰ μὴ ξυμφοραὶ κλέπτουσί με.

Δυςγενεῖς γὰρ δοκοῦσιν εἶναι, εἰ μὴ ἄρα με σφάλλουσιν αἱ κατ' αὐτὰς ξυμφοραὶ, τουτέστιν, εἰ μὴ ἄρα διὰ τὴν τύχην ὑπεδύσαντο (Herm. *ὑπέδυσαν τὸν*) *οἶκτον.* Hunc scholiastam, quoniam *δυςγενεῖς* dicit, non vocem *οἰκτραί,* sed aliam habuisse conjicerem, nisi ipse postea *οἶκτον* usurparet. Quare existimo potius, ab eo adj. *οἰκτραί* ita explicatum esse, ut non miserandas, sed miseras significaret; quasi ita Dejanira interrogasset: „Cujusnam sunt?“ i. e. a quo possidentur? Cujusnam sunt servae? „Nam servae sunt, misera condicione vivunt, nisi miserum istum habitum rebus adversis debent.“

---

*) *Οὔποτε* recte Br. adjecit.
**) Cf. II. cap. 2 ad h. v.

327. *πάτραν διήνεμον λέλοιπεν.*

Schol. *Ἔρημον, ὑψηλήν. Ὅμηρος ἠνεμόεσσάν φ.* Hae aperte duae diversae sunt glossae, altera *ἐρημόν,* de cujus sensu Herm. egit, altera *ὑψ.* et q. s., quae non minus ad *διήνεμον* pertinet, Oechaliam enim ille ventosam appellari censet, quia alte fuerit sita, velut Homerus oppida alte sita *ἠνεμόεσσα* nominet.

459. *οὐχὶ χάτέρας*
πλείστας ἀνὴρ εἷς Ἡρακλῆς ἔγημε δή;

In scholio: *Τινὲς ἀνάνδρους παρθένους, ὡς Μήδαν* et q. s. nescimus, quonam *ἀνάνδ. παρθ.* referamus. Conjicias illos pro voce *χἀτέρας* habuisse *παρθένους.* At fortasse, quamvis inepte, hunc verborum sensum esse somniarunt: „cum quibus unus Hercules, non alius vir, convenit.“

467. Schol. *Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ῥείτω κατ᾽ οὖρον: Ὁ περὶ τούτων λόγος ἐῤῥίφθω, φ., εἰς τὸν ἀέρα. Οὐκ ἐρῶ γὰρ τῷ Ἡρακλεῖ.* Ita interpretatio optime procedit. Sed Elmsl. verbis *οὐκ ἐρῶ* seqq. lemma praeposuit versum 468: *σοὶ δ᾽ ἐγὼ φράζω (κακὸν*
πρὸς ἄλλον εἶναι, πρὸς δ᾽ ἔμ᾽ ἀψευδεῖν ἀεί),

ad quem v. si pertinerent, aliam lectionem, quam quae vulgata est, commentator secutus esset.

480. *οὔτ᾽ εἶπε κρύπτειν, οὔτ᾽ ἀπηρνήθη ποτέ.*

Οὔτε κρύπτειν μοι .... εἶπεν, οὔτε μὴν ὁμολογεῖν. Schol. Igitur verbum *ἀπηρν.* ratus est esse i. q. denegavit, recusavit, vetuit, hoc sensu: hoc celari neque jussit, neque vetuit.

555. *Ἦν μοι παλαιὸν δῶρον ἀρχαίου ποτὲ*
θηρός, λέβητι χαλκέῳ κεκρυμμένον.

Λέβητι χαλκέῳ: Δύο ὀνόματα, ὡς κρατερὸν αἰχμήτην. Quid hoc? Hoc scholium ad verba, quae praefixa sunt, non quadrat; immo ad *παλαιὸν . . . ἀρχαίου* pertinere videtur, quae *συνώνυμα ὀνόματα ἐπίθετα* sunt, velut *κρατ. αἰχμ. Αἰχμήτης* enim saepe, velut apud Pindarum, i. q. fortis est.

692. *κοίλῳ ζυγάστρῳ*] *εἰς ξύλινον σορόν.* Hoc scholium si cum lectione Zonarae, qui *ξύλῳ* pro *κοίλῳ* habuit, confertur, videri possit ad ejusmodi lectionem

ξύλου ζυγάστρῳ,

quae cistam ligno factam significet, pertinere. At ipsum *ζύγαστρον* capsa est tabulis composita, id quod vel etymo apparet; itaque ligneum si commentator id appellat, convenienter subst. explicuit.

1082. Ἔθαλψεν ἄτης σπασμὸς ἀρτίως ὅδ' αὖ,
διῆξε πλευρῶν.

Wund.: „Ex scholio πάλιν ἐξεπύρωσέν με ὁ τῆς νόσου σπασμός conjicias poëtam ἔθαλψέ μ' scripsisse.“ At commentator pronomen etiam supplevisse potest.

1167. Σελλῶν. Hic doctissima exstat annotatio: Ἔνιοι δὲ, addit grammaticus, χωρὶς τοῦ σ γράφουσιν, Ἑλλοὺς ἀποδεχόμενοι, καὶ Ἑλλοπίαν τὴν Δοδώνην νομίζουσιν εἶναι. Haec scriptura ad Sophoclem non pertinet, sed ad alios scriptores, velut ad Hesiodum, quem paulo ante laudarat interpres.

1230. Hyllus. Τὸ μὲν νοσοῦντι θυμοῦσθαί κακόν,
τὸ δ' ὧδ' ὁρᾶν φρονοῦντα τίς ποτ' ἂν φέροι;

Ita e codd. omn. vulgo editur; sed scholium τὸ θυμοῦσθαι (Herculem), εἰ μὴ πεισθείην αὐτῷ, καὶ τὸ πείθεσθαί ὧδε φρονοῦντι δυσχερές, a Wakefieldio ad accusativum νοσοῦντα relatum est. Hoc tamen optimo jure Herm. improbat. Videtur enim vetus enarrator ita verba construxisse: τὸ μὲν νοσοῦντι κακόν ἐστι, θυμοῦσθαι, τὸ δὲ ....., i. e. alterum, irasci, molestum est homini aegroto, vel cruciat hominem aegrotum, alterum vero . . . . ferre non possumus.

PHILOCTETA.

234. φεῦ, τὸ καὶ λαβεῖν
προσφθεγμα τοιοῦδ' ἀνδρὸς ἐν χρόνῳ μακρῷ.

Θαυμαστὸν μετ' ἐκπλήξεως τὸ φεῦ ἐνταῦθα alter, qui hic exstat, interpres annotat, alter vero, interjectionem φεῦ ad dolorem scilicet referens: Λείπει δὲ τὸ στερηθῆναι, inquit. Qui, quamvis ineptissime, ita Sophoclem videtur intellexisse: heu, me tamdiu privatum fuisse sermonibus viri hujusmodi, i. e. Graeci, accipiendis.

387. Οἱ δ' ἀκοσμοῦντες βροτῶν
διδασκάλων λόγοισι γίγνονται κακοί.

Ad vocabulum διδασκ. annotatum est: βασιλέων. Τοῦτο τῶν πλαγίως νοουμένων. Aut igitur antiquus commentator cum Suida, de quo Herm. egit, διδασκάλους h. l. et reges et poëtas dici censuit, aut, quod mihi potius videtur, posteriora scholii verba spectant ad v. 389:

ὁ δ' Ἀτρείδας στυγῶν
ἐμοὶ θ' ὁμοίως καὶ θεοῖς εἴη φίλος,

quibus versibus revera Neoptol. precatur, ne Atridae diis minus sint cari, quam sibi, videtur autem precari, ne magis sint cari, i. e. ut aeque sint infensi. Atque omnino haec ne permutatio quidem est loci, nam proximum, quod sequitur, scholium est versus 391.

552. Ulysses mercatorem se esse simulans ait:

ἔδοξέ μοι μὴ σῖγα, πρίν φράσαιμί σοι,
τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι, προςτυχόντι τῶν ἴσων.

Veteres interpretes mire, sed ita tamen, ut eandem lectionem sequerentur, commentati sunt: 1) *ἀ. τ. εὑρόντι τοὺς σοὺς ναύτας ἐμοὶ ἴσους, τοὺς τὴν αὐτὴν τέχνην μετερχομένους*, i. e. invenienti homines mihi pares, qui, sicut ego, nautae sunt. 2) *Παραλέλειπται ἡ ἐξ. Βούλεται γὰρ λέγειν ἐκ τῶν ἴσων.* Hic ita videtur verba intellexisse: postquam accepi (i. e. nuntium, quem antehac commemoravi) ex hominibus ejusdem mihi condicionis, i. e. nautis.

628. *Φιλ. Οὔκουν τάδ᾽, ὦ παῖ, δεινόν, τὸν Λαερτίου*
ἔμ᾽ ἐλπίσαι πότ᾽ ἄν . . .
δεῖξαι . . . . ἐν Ἀργείοις μέσοις;
οὐ· θᾶσσον ἂν τῆς πλεῖστον ἐχθίστης ἐμοὶ
κλύοιμ᾽ ἐχίδνης.

Τάχιον ἂν πεισθείην τῇ ἐχίδνῃ ἢ τῷ Ὀδυσσεῖ, inquit schol.; Wund. autem annotat: „*οὐ θᾶσσον* scribendum esse vidit philologus Monacensis in Mus. Rhen. 1833. I. p. 448. (At hic nemini alii illud probavit.) Libri inepte *οὗ* (immo optime, quum sensus sit: *οὐ δείξει με*). Veram scripturam schol. etiam legisse ex annotatione ejus apparet.“ Non apparet, siquidem ille modo comparativum, eumque rectissime, explicuit.

842. *κομπεῖν δ᾽ ἔστ᾽ ἀτελῆ . . . .*

Adjectivum ab altero interprete per *ἀτέλεστα* explicatur, alter *εὐτελῆ* adscripsit. Num is ita legit? — Non legit, sed alpha putavit intensivum esse.

846. *ὡς πάντων ἐν νόσῳ εὐδρακὴς*
ὕπνος ἄϋπνος λεύσσειν.

Particula *ὡς* non deerat scholiastae annotanti: *λείπει δὲ τὸ ὡς· βούλεται γὰρ λέγειν, ὥστε λεύσσειν ὁ ὕπνος* (i. e. *εὐδρακὴς ὥστε λεύσσειν*), *ὡς μὴ ἡγεῖσθαι τοῦτον ὕπνον ὑπάρχειν*: sed supplevit *ὡς* ad *ἄϋπνος*. Difficilius est scholium ad. v. 1171, ubi quum Philocteta chorum

ὦ λῷστε τῶν πρὶν ἐντόπων

appellet, commentator enarrat: *ὦ βέλτιστε τῶν πλησιασάντων μοι πάλαι, ἢ τῶν περὶ Ὀδυσσέα.* Priorem interpretationem

Herm. probat, dubitans an altera ad codicis Harl. scripturam *ἐπόντων* spectet. Quod ego non credo; sed significatur a schol., ni fallor, aut *τοὺς πρὶν ἐντόπους* eos esse, qui praecedenti tempore ad Lemnum appulerint (cf. v. 305 sqq.), aut minus accurate chorum optimum dici inter eos, qui paulo ante in spelunca Philoctetae versati sint, i. e. optimum inter Ulixem et Neoptolemum eorumque pedissequos, qui omnes modo cum Ulixe abierant.

OEDIPUS REX.

116. *Οἰδ. Οὐδ' ἄγγελός τις, οὐδὲ συμπράκτωρ ὁδοῦ κατεῖδ', ὅτου τις ἐκμαθὼν ἐχρήσατ' ἄν;*
Κρέων. Θνήσκουσι γάρ . . . . .

οἷον, οὐδὲ ἀκόλουθος, παρ' οὗ τις ἂν μάθοι καὶ χρήσαιτο πρὸς ζήτησιν;

Ita schol. enarrat, Wund. autem: „videtur omnino," inquit, „poëta dicere id debuisse, quod scholiastae dixisse visus est;" ita vero verba, quae nunc exstent, explicari non posse, immo mira ea ac paene inepta esse. Itane vero? Nonne vidit Wunderus poëtam dixisse: quem quis olim, ab eo certior factus, statim post caedem perpetratam ad rem explorandam adhibere poterat? Quibus verbis Creonti crimini datur, quod talem hominem tunc non quaesierit. Atque ita demum apte Creo respondere poterat: *θνήσκουσι γάρ*, i. e. tales homines non aderant, ideoque quaerere eos non potui; erant enim mortui.

Sed ne schol. quidem aliter legit, errans tantum in imperfectis explicandis, quae ad rem, quae etiamtunc fieri posset, rettulit, immemor tum optativis praes. opus esse. Similiter lapsus est schol. ad Trach. v. 853. Cf. II. cap. 1 et 6 ad illum v.

170. *οὐδ' ἔνι φροντίδος ἔγχος.*

Ex scholio: *οἷον, οὐκ ἔνεστι τῷ νῷ τῆς φροντίδος ἔγχος*, Br. et Elmsl. collegerunt, antiquum commentatorem *οὐδὲ νῷ* legisse, quod Elmsl. recepit etiam, vituperatus ideo ab Erf. et Herm. Neque demonstrari posse, olim ita lectum esse, jam Dind. monuit; quin *ἔνεστι* illud aperte ad *ἔνι* pertinet, *τῷ νῷ* autem sententiae interpretandae causa, et summo quidem jure, schol. apposuit. Sed fefellit ea annotatio jam Suidam, qui s. v. *ἔγχος* eam describens ex Sophocle *οὐδὲ νῷ φρ. ἔγχ.* attulit, ideoque, ut par erat, *ἔνεστι* in *ἔστι* mutavit.

Inter scholia ad v. 1115 et 1127 sola gl. ἁ. τ. ἐγνωκώς legitur, quam Elmsl. ad participium βλέπων in v. 1121:

δεῦρό μοι φώνει βλέπων,
ὅσ' ἄν σ' ἐρωτῶ

rettulit. Quod si recte fecisset, commentator noster non βλέπων, sed aliam vocem legisset. Sed annotatio videtur ad v. 1116 pertinere, ubi Oedipus chorum suspicatur scire, num, qui adveniat, sit pastor, τάχ' ἄν που τὸν βοτῆρ' ἰδὼν πάρος.

1193. τὸ σόν τοι παράδειγμ' ἔχων,
τὸν σὸν δαίμονα, τὸν σόν, ...

Τὸν σὸν βίον παράδειγμα ἔχων, ait schol. Quem quidam τὸν σόν τοι legisse contenderunt, sed injuste: nam quidni illa ratione sententiam ἔχων τὸ τὸν παράδειγμα cum appositione τὸν σὸν δαίμονα exprimere potuit, δαίμονα per βίον interpretans? Et τὸ tuitus est Thudichum in Zimm. ann. phil. 1842. p. 719.

1516. νῦν δὲ τοῦτ' εὔχεσθέ μοι,
οὗ καιρὸς ἀεὶ ζῆν, βίου δὲ λῴονος
ὑμᾶς κυρῆσαι.

Mira est annotatio: καθ' Ἅιδου. Fortasse, qui eam scripsit, sic Sophoclem accepit: precamini mihi, sive pro me (cf. Hom. Il. 7. 298), ut vivam, ubi semper (vivere) deceat, i. e. in Orco, sive: precamini mihi mortem, ut vos vero feliciores sitis.

ANTIGONA.

33. καὶ δεῦρο νεῖσθαι.

Schol. Ἀ. τ. ἡγεῖσθαι, ad quae recentior manus addidit: πορεύεσθαι. Hoc quidem ad νεῖσθαι quadrat, illud vero variam ectionem patefaceret, nisi pertineret potius ad v. 34:

καὶ τὸ πρᾶγμ' ἄγειν
οὐχ ὡς παρ' οὐδέν,

ad quem v. glossa illa tacite jam a Wund. est relata. Ita scholium, quod paulo praecedit, facile suspicionem movere possit, versum excidisse. Legitur enim

v. 31. Τοιαῦτά φασιν τὸν ἀγαθὸν Κρέοντα σοὶ κἀμοί, λέγω γὰρ κἀμέ, κηρύξαντ' ἔχειν.

Τὸ δὲ λέγω γὰρ κἀμὲ διὰ μέσου μετὰ πάθους ἀνεφώνησεν· λέγω γάρ, φ., ὅτι κἀμὲ προςπεριείληφε (Creo) τῷ κηρύγματι· ἔτι γὰρ καὶ ἐμαυτὴν ἐν τοῖς ζῶσι καταριθμῶ . . . Εἴπερ δεῖ κἀμὲ συγκαταριθμεῖσθαι ἐν τοῖς ζῶσιν. Sed hic λέγω γὰρ κἀμέ ita videtur accepisse: nam etiam me dico, etsi me dicere proprie non debeo, quia (ut ipsa ait) ἡ ἐμὴ ψυχὴ πάλαι βέβηκεν. Et ita Creo v. 567: ἀλλ' ἥδε μέντοι μὴ λέγ'· οὐ γὰρ ἔστ' ἔτι.

223. Ἐρῶ μὲν οὐχ ὅπως τάχους ὕπο
δύςπνους ἱκάνω.

οὐ τοῦτο ἐρῶ, ὅτι μετὰ σπουδῆς ἀσθμαίνων πρός σὲ πεπόρευμαι. Hic interpres rectissime verba explicuit; neque putandus erat Porsono legisse σπουδῆς, quod Aristot. in rhet. 3. 14. 35 pro voce τάχους affert. Ab hoc autem memoriter versum laudatum esse vel annexum ab eo τί φροιμιάζῃ ostendit, quod h. l. omnino non legitur. Ille consensus denique Aristotelis ac scholiastae mirus non est: nam consentaneum erat, et ab Aristotele vocem sententiae non alienam certe substitui, et ab schol. τάχος hic per σπουδήν explicari.

315. Φύλαξ. Εἰπεῖν τι δώσεις, ἢ στραφεὶς οὕτως ἴω;
Κρέων. Οὐκ οἶσθα καὶ νῦν, ὡς ἀνιαρῶς λέγεις;

Ἄπιθι, καὶ νῦν γὰρ ἀνιαρός μοι εἶ, schol. Quem quum Elmsl. conjecissit οὐκ εἶσθα; καὶ . . . . legisse, Wexius recte monuit, ab eo sententiam modo respectam esse; ac sane Creontis verbis responsio subest ad quaestionem nuntii, qui interrogaverat, num abire deberet. Eam igitur interpres exposuit, γάρ addens, ut consentaneum erat. Sed incisum hic non post, sed ante verba καὶ νῦν collocavit.

604. Τεὰν, Ζεῦ, δύνασιν τίς ἀνδρῶν
ὑπερβασίᾳ κατάσχοι;

Κατάσχοι: Εὐκτικῶς, ὡς ποιήσαι τρίτου προσώπου· ὑπερηφανίᾳ κρατῆσαι δύναται. „Mira annotatio," inquit Herm., „nisi aliud legit verbum, cujus aoristus cum ποιήσαι comparari posset." Sed nihil grammaticus significat, nisi κατάσχοι usurpari pro κατασχοίη velut ποιήσαι pro ποιήσειεν. Ita schol. Aj. 314: Ἀττικοὶ ... κύροι λέγοντες ἀ. τ. κυροίη.

715. Αὕτως δὲ ναὸς ὅστις ἐγκρατὴς πόδα
τείνας ὑπείκει μηδὲν, ὑπτίοις κάτω
στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται.

Ii, qui interpretem, annotantem: στρέψας τὴν ναῦν, non τὸ λοιπὸν, sed τὸ πλοῖον legisse censuerunt, ab A. Boeckhio in alterius de Antig. diss. p. 80 refutati sunt.

853. Προβᾶσ' ἐπ' ἔσχατον θράσους,
ὑψηλὸν ἐς Δίκας βάθρον
προςέπεσες, ὦ τέκνον, πολύ.
πατρῷον δ' ἐκτίνεις τίν' ἆθλον.

Primo adspectu aliam lectionem latere putes in scholio: *Προβᾶσα ἐπὶ τὸ τῆς δικαιοσύνης ἔσχατον βάθρον μετὰ θράσους, βουλομένη τε ὅσιόν τι δρᾶν περὶ τὸν ἀδελφὸν, τὰ ἐναντία πέπονθας· ἔπεσες γὰρ εἰς τὸ κενοτάφιον.* Sed supplevit hic *μετά*, — solent enim hi scholiastae ineptissime praepositiones supplere, — tum et *ἔσχατον* et *ὑψηλόν* ad *βάθρον* rettulit, quasi praep. *ἐς* pro altera praep. *ἐπί*, quae repetenda fuisset, esset posita, hoc sensu: „ad extremum, ad sublime Justitiae limen," verba *ἐς τὸ κεν.* denique e verborum sententia supplevit. Nulla vero causa erat, quod Dind., quamvis dubitanter, conjiceret, ab hoc non *πολύ*, sed *πάλιν* lectum esse. Desiderabat autem hanc vocem vir doctissimus, nisi fallor, ne syll. brevis in fine exstaret, excusata illa non solum ipso versus fine, sed etiam gravi interpunctione.

Sequitur alter interpres, annotans: *Τὸ ἑξῆς·**) *προβᾶσα ὑψηλὸν εἰς Δίκας βάθρον ἔπεσες ἐπ' ἔσχατον θράσους ἐν τῷ παρακοῦσαι τῶν τοῦ ἄρχοντος προςταγμάτων.* Hic aut incisis post *προβᾶσ', θράσους, βάθρον* positis hyperbata h. l. exstare est ratus, aut ita fortasse legit:

ὑψ. ἐς Δ. βάθρον
προβᾶσ', ἐπ' ἔσχ. θρ.
προςέπεσες, ὦ τ., π.

860. τοῦ τε πρόπαντος ἁμετέρου πότμου.

Hermannus enarratorem, annotantem: *καὶ τῆς προτέρας ἡμῶν δυςτυχίας*, aut aliud, quam *πρόπαντος*, legisse, aut *προτέρας* non scripsisse olim conjecit; sed quum a Wundero Wexioque monitus est, tum ipse postea cognovit, ab interprete vulgatam lectionem, ratione rixae fraternae habita, explicatam esse.

1165. τὰς γὰρ ἡδονὰς
ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ
ζῆν τοῦτον.

Ἀπολέσωσιν .... οἷον, οὐ νομίζω ζῆν ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα, ὃν ἂν προδῶσιν αἱ ἡδοναί. „Videatur et hic," inquit Wexius, (cum Eustathio) „*ἄνδρα* legisse." At debebat ille *ἄνδρα* ad *τοῦτον* supplere in interpretatione sua. Nemo deinde in eo hae-

*) Epitomator hic *δέ* adjecit.

rebit, quod constructionem converterit, ita ut voluptates sententiae subjectum fiant. Fecit hoc aut enarrandi causa, aut de hypallage somnians.

OEDIPUS COLONEUS.

14. Cf. I. cap. 1. §. 3. D.

55. ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
Τιτὰν Προμηθεύς.

Scholiastam Ὁ Ἥφαιστος adscribentem aut Τιτάν τε legisse credas, aut putasse, nomina θεός ac Τιτάν ἀσυνδέτως esse composita. Verisimiliorem tamen rationem in part. I. cap. 1. §. 2. A. indicasse mihi videor. Ibidem glossam ad v.

683. ταῖς Ἐρίνυσιν interpretatus sum, ne quis veteres interpp. μεγάλαις θεαῖς pro μεγάλαιν θεαῖν habuisse censeret.

486. Cf. II. cap. 4. §. 6.

503. τὸν τόπον δ', ἵνα
χρῆσταί μ' ἐφευρεῖν, τοῦτο βούλομαι μαθεῖν.

Hujus versus alter interpres et scribit et explicat χρῆσται, alter vero ait: ἔνθα τὸ ὕδωρ ἐστὶν, ἠδέως ἂν εἰδείην, „quasi χρὴ χεῦμ' aut νᾶμ' ἐφευρεῖν legerit,“ inquit Elmsl. At vulgatam scripturam ab eo explicatam esse jam Herm. significavit. Ismena enim locum quaerit, ubi jussa chori perficiat: jussa autem erat primum aquam sacram petere (v. 469): quare ad hanc potissimum rem ejus interrogationem commentator rettulit.

792. πολλῷ γ' (ἄμεινον φρονῶ), ὅσωπερ καὶ σαφεστέρων κλύω,
Φοίβου τε κἀυτοῦ Ζηνός.

Καὶ ex Par. a. Ricc. a. Ald. ab omnibus fere pro praepos. ἐκ receptum est, quae in ceteros libros aperte ex interpretatione irrepsit; idemque καί confirmatur scholio: ἃ. τ. καὶ σαφέστερον οἶδα. Ne vero hoc ad lectionem καὶ σαφέστερον refer: neque enim κλύω est i. q. οἶδα, et certius ea scimus, quae a certioribus nuntiis accepimus.

881. Οἰδ. Ἀκούεθ' οἷα φθέγγεται. Χορ. Τά γ' οὐ τελεῖ.

Ita optime libri, neque aliter sine dubio schol. annotans: Ταῦτα, ἃ λέγει, οὐ πληρώσει, quem τάδ' habuisse sine jure Reisigius in comm. crit. conjecit.

1077. Chorus, ut Oedipum consoletur, se sperare ait, mox redditum iri raptam a Creonte Antigonam

τὰν δεινὰ τλᾶσαν, δεινὰ δ' εὑροῦσαν
πρὸς αὐθαίμων πάθη.

Ubi qui τὰ σὰ δεινά annotavit, is Antigonae αὔθαιμον h. l. Oedipum dici censuit; nam verba τὰ σά ad solum Oedipum pertinere possunt, quippe qui unus praeter chorum praesens fuerit. Nulla igitur h. l. varia lectio subest.

§. 2.

De variis lectionibus emendatione amovendis.

Scholia Laurentiana etsi integrius servata sunt, quam multae aliae antiquitatis reliquiae, tamen corruptionibus libera non sunt. Quarum complures jam ab doctis remotae sunt, permultae vero adhuc restant, partim ex Hesychio, Suida, Triclinio, aliis, partim e conjectura emendandae. Ex haud paucis autem ejusmodi annotationum variae lectionis suspicio aut orta est, aut potest certe oriri. Sed satius est, eas, si nimia sine audacia Sophoclis verbis adaptari non possunt, ipsa autem poëtae verba corruptionis speciem non praebent, emendare, quam ipsi statim Sophocli medicam manum admovere. Haec igitur scholia h. l. composui, ceterorum autem omnium corruptiones, ut par erat, omisi. Tum summae studui brevitati, ne longus essem in rebus exiguis.

Primum igitur quod ad versum

Electrae 702. ζυγωτῶν ἁρμάτων ἐπιστάται annotatur: οἷον ἀζύγων, scribendum est εὐζύγων. Permutationis hujus exemplum schol. Aj. 620 praebet, aliaque multa Fr. Haasius lucubratt. Thucyd. p. 96 (ed. Berol. 1841) attulit, α et ευ eandem fere in antiquissimis libris formam habuisse monens.

Ajacis v. 369: οὐκ ἐκτός; οὐκ ἄψορρον ἐκνεμεῖ πόδα; Schol. Τὸ δ' ἐκτὸς οὐκ ἄψορρον πρὸς τὴν Τέκμησσάν φ. Hic οὐκ et interpunctio excidit.

Aj. 605. κακὰν ἐλπίδ' ἔχων,
ἔτι μέ ποτ' ἀνύσειν . . . .

κακὴν ἐλπίδα ἔχων, πῶς με δεῖ . . . ἀνύσειν, „quod si cum Triclinii annotatione conferas, οὐκ ἔστι πότε, ἀλλὰ ποτέ, apparet alicubi interrogativum πότ' lectum esse." Haec Lobeckius; at schol. si πότε legit, πῶς in enarratione ponere non potuit. Sed scripsit, ni fallor, non πῶς, sed ὡς, quo acc. c. inf. explanaret.

Ibid. 620. *Ἄφιλα* legitur, quod per *εὐχάριστα* explicatur; scribendum autem esse *ἀχάριστα* jam editor Rom. vidit. Cf. schol. El. 702.

TRACHINIAE.

23. *Ἀλλ' ὅστις ἦν θακῶν ἀταρβὴς τῆς θέας ....*

Ex scholio: *θᾶκος ἡ καθέδρα* Dind. collegit, ab interprete subst. lectum esse. Sed quoniam *θάκων* h. l. omni caret sensu, annotationem olim hanc fuisse arbitror: *Θακῶν: Καθήμενος· καὶ* sive *ὁ γὰρ θᾶκος, ἡ καθέδρα.* Quae ab epitomatore videtur mutilata esse.

633. Seqq. *Ὦ ..... θερμὰ λοῦτρα καὶ πάγους*
Οἴτας παραναιετάοντες, οἵ τε μέσσαν
Μηλίδα πὰρ λίμναν
χρυσαλακάτου τ' ἀκτὰν κόρας,
ἔνθ' Ἑλλάνων ἀγοραὶ Πυλατίδες καλεῦνται ...

Ne ex horum versuum scholiis mire confusis nescio quae lectiones eliciantur, conabor ea enucleare. Sunt autem haec:

637. *Ἐν Εὐβοίᾳ τιμᾶται χρυσότοξος Ἄρτεμις.*

638. *Ἔνθ' Ἑλλάνων ἀγοραί: Ὅπου συνάγονται οἱ Ἀμφικτυόνες εἰς τὴν λεγομένην Πυλαίαν.* Sequitur explicatio nominis Pylaeorum duplex, quarum altera est: *ἢ ὅτι Τραχὶν πύλη τῆς Ἑλλάδος* *).

Εἰς τὸ αὐτό: Τὴν Μαγνησίαν, ἔνθα τὸν τῆς Ἀρτέμιδος παραθαλασσίαν Τραχῖνα, ὅπου καὶ ἡ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχία συνέβη τοῖς Ἕλλησιν ἐν Θερμοπύλαις.

Haec verba quamvis omni sensu careant, ostendunt tamen, illam *ἀκτάν* ab aliis Euboeicam, ab aliis Magnesiam, ab aliis denique Trachiniam esse habitam. Trachiniam fuisse is censet, qui de Pylaeis loquitur: nam proxima Trachini Anthela erat, ubi Amphiktyones conveniebant. Idem autem interpres verbis *τὸν τῆς Ἀρτ. παρ. Τρ.* accurate totum versum exposuit. Separanda ab his sunt verba: *ὅπου καὶ ἡ ἐπ' Α. .... Ἕλλησιν,* quae scri-

---

*) Sic recte ed. Rom. et Br. pro *Τραχῖνος.* Nempe aperte hic scholiastae lapsus calami erat, ortus eo, quod Trachin, de qua egit, in animo ei versabatur.

psit annotationis ad v. 638 auctor, sine dubio ut Artemin Euboeae deam tutelarem esse claro etiam Artemisii nomine confirmaret. Tertius commentator, nota εἰς τὸ αὐτό significatus, annotat: Τὴν Μαγνησίαν: illud ἔνθα vero, quod sequitur, videtur lemma ad verba ἐν Θερμοπύλαις esse, falso loco insertum; haec ipsa denique verba ἐν Θερμ. aut ab horum interpretum aliquo, aut a quarto sunt profecta.

781. μέσου κρατὸς διασπαρέντος.

Κατὰ μέρος τῆς κεφαλῆς διασχισθείσης. Hoc scholium quum ineptum esset, jam a Br. et Herm. emendatum est κατὰ τὸ μέσον —. Sufficit fort. vel. κατὰ μέσον, quo modo aut μέσον, quod in cod. Ven. est, aut μέσου, quod in ceteris libris legitur, explicatum est. — De sequentibus cf. in II, cap. I ad h. v. annotata.

1001. τίς ὁ χειροτέχνης
ἰατορίας, ὃς τήνδ' ἄτην
χωρὶς Ζηνὸς κατακηλήσει;
θαῦμ' ἂν πόῤῥωθεν ἰδοίμαν.

Ἥδιστα ἄν, καὶ εἰ μακρόθεν μεταπέμψαιτό τις*), τὸν θεραπεύσοντα**) θεασαίμην, μεταπεμψαμένων ὑμῶν. Ultima duo vocabula quum mire id repetant, quod paulo ante verbis καὶ εἰ μ. μ. τις dictum erat, a reliqua enarratione sejungenda et grammatico, qui scholia excerpsit, tribuenda sunt. Praeterea pro ἥδιστα videtur ἥκιστα restituendum esse, ut interpretis verba fere haec sint: „minime eum (medicum) viderim, etiamsi e longinquo arcessere velitis;“ quasi Sophocles dixerit: „Quis est praeter Jovem, qui mihi mederi possit? Tanquam miraculum e longinquo (advenientem) adspicerem (talem medicum).“ Neque aliter vel nostro tempore Neuius commentatus est, nisi quod rectius πόῤῥωθεν ad θαῦμα rettulit.

---

*) Sic Elmsl. et cett. pro optat. fut.
**) Sic Br. pro part. aor., velut antea schol. annotavit: τίς θεραπεύσει.

PHILOCTETES.

171. Herm. e scholiis *μὴ δέ* affert. Sed ea corruptio editoris Rom. est; in codice recte *μηδέ* legitur.

225. *καὶ μή μ' ὄκνῳ*
δείσαντες ἐκπλαγῆτ' ἀπηγριωμένον.

Scholio: *Φοβῶ διὰ τὰ κακά* Elmslejus lemma *ὀκνῶ* praeposuit; atqui neque quidquam hujusmodi a Sophocle scriptum esse potest, neque *ὀκνεῖν* per *φοβεῖν* explicari poterat, quoniam illud i. q. timere, hoc vero i. q. terrere est. Quare in scholio potius *φόβῳ* pro *φοβῶ* scribendum est, ea ut vocis *ὄκνῳ* sit explicatio.

391. *Ὀρεστέρα παμβῶτι γᾶ.* Schol. *Πάντας τρέφουσα . . . . Πολυστρόφε.* Scr. *Πολυτρόφε.*

561. *Φροῦδοι διώκοντές σε.* Schol. *Ἀφανεῖς, κρυπτοί.* Posterior vox quum ad *φροῦδοι* pertinere vix queat, nescio an scribendum sit: *ἀφανεῖς· κρύπτει ὅποι*, i. e. Sophocles, sive Ulixes, qui loquitur, celat quo illi sint *φροῦδοι*, i. e. quo sint profecti.

716. *στατὸν εἰς ὕδωρ*
ἀεὶ προσενώμα.

Τὸ ἐξ ὄμβρου συνεστηκὸς ὕδωρ, ἢ πηγαῖον, ἢ λιμναῖον· παρὰ τὸ ἠρεμεῖν καὶ μὴ ὑπὸ ἀνέμων κινεῖσθαι. Aqua fontana quum *στατὸν ὕδωρ* non sit, scr. *οὐ πηγαῖον· ἢ λιμναῖον, παρὰ . . . .*

858. *ἐκτέταται νύχιος· ἀλεὴς ὕπνος ἐσθλός.*

ἐπεὶ κατὰ νύκτα καθεύδουσι, παρὰ τοῦτο εἶπεν τὴν ἡμέραν νύκτα ἄγων, ἀ. τ. κοιμώμενος. Scr. *εἶπεν, τ. ἡμ. ὡς νύκτα ἄγων.* [*νύχιος*] *Ἀ. τ. κοιμώμενος.*

OEDIPUS TYRANNUS.

52. *Ὄρνιθι γὰρ καὶ τὴν τότ' αἰσίῳ τύχην*
παρέσχες ἡμῖν, καὶ τανῦν ἴσος γενοῦ.

Schol. *ὁμοίως*, quod Elmsl. *ὅμοιος* emendavit, quum *ἴσως* a Soph. scriptum esse non posset.

742. Jocasta cum Oedipo colloquens Lajum ita describit:

μέγας, χνοάζων ἄρτι λευκανθὲς κάρα.
μορφῆς δὲ τῆς σῆς οὐκ ἀπεστάτει πολύ.

Εὖ τὰ πρὸ φωνῆς ταῦτα σημεῖα εἶπεν. Conjicias in hoc scholio praepositionem *πρό* omittendam esse, et legisse interpretem: *φωνὴ δὲ τῆς σῆς* . . ., sed rectius Br. pro verbis *πρὸ φωνῆς* restituit *προφανῆ*.

979. *Εἰκῇ κράτιστον ζῆν, ὅπως δύναιτό τις.*

Schol. *καλὸν τὸ ζῆν ἀσφαλῶς.* Ubi editor Rom. emendavit *ἀλόγως*, sed ne hoc quidem Elmslejo placet. Fortasse interpres *ἁπλῶς* scripsit, velut glossator Brunckii annotat: *ὡς ἔτυχε. ἁπλῶς καὶ ἀφροντίστως καὶ μὴ πρὸς μαντείας ὁρῶντα.*

ANTIGONA.

302. *ὅσοι . . . . ἤνυσαν τάδε,*
χρόνῳ τάδ' ἐξέπραξαν ὡς δοῦναι δίκην.

Ἀ. τ. ἐτιμωρήθησαν. Huic glossae Elmsl. lemma *ἤνυσαν* praeposuit, putans sine dubio variam hîc latere lectionem. Sed tota annotatio videtur exeerpta esse ex sequenti scholio: *Ἀ. τ. φανεροὶ ἔσονται καὶ τιμωρηθήσονται*, ideoque scribenda: *Ἀ τ. τιμωρηθήσονται.*

353. *Καὶ φθέγμα καὶ ἠνεμόεν*
φρόνημα καὶ ἀστυνόμους
ὀργὰς ἐδιδάξατο.

[φθέγμα] *Τὴν ἀνθρωπίνην διάλεξιν. Καὶ ἀστυνόμους ὀργάς*: 1) *Τὴν περὶ τῶν μετεώρων φιλοσοφίαν.* 2) *Τὴν τῶν νόμων ἐμπειρίαν,* 3) *δι' ὧν τὰ ἄστεα νέμονται, ὅ ἐστι διοικοῦνται.* Primum, quem attulimus, interpretem Passovius conjecit *ἀστρονόμους* legisse; sed rectius ejus verba Wexius ad *ἠνεμόεν φρόνημα* rettulit, quod ille sine dubio meditationem ac perscrutationem rerum aëriarum sive rerum, quae in aëre versentur, significare censebat. Tum teste Erfurdtio Valckenarius et Corains existimarunt, verbis *τὴν τῶν . . . . διοικοῦνται* non *ὀργάς*, sed *ἀρχάς* explicari. Sed uterque schol. potius *ἀστυν. ὀργάς* videtur habuisse, ita tamen ut alter fervida legum urbanarum studia, alter, a verbis *Δι' ὧν* incipiens, fervida studia ad civitatem gubernandam, ad res publicas conversa verteret.

586. ὥστε .... οἶδμα .... ὅταν ... ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ.

Elmslejus scholio μέλαν lemma ἔρεβος praeposuit. Quod si recte fecit, commentator noster pro subst. ἔρεβος adjectivum legit. Sed duas alias proponam opiniones; aut ἔρεβος ὕφαλον illi non accus., sed nominativi οἶδμα appositio visa est, aut vox ista librarii est, qui μέλανα scribere voluerit, ut calami lapsum paulo ante in verbis τὰ γὰρ βάθεα μέλα ἐκάλουν commissum corrigat.

804. τὸν παγκοίταν ὅθ' ὁρῶ θάλαμον τήνδ' Ἀντιγόνην ἀνύτουσαν.

Schol. Ἀνοίγουσαν, ἢ τρέχουσαν καὶ πορευομένην. Prima vox videtur corrupta esse; fort. ἀνύουσαν scribendum est.

922. τί χρή με ... βλέπειν; τίν' αὐδᾶν ξυμμάχων;

Interpretem Λείπει καλεῖν annotantem Wexius αὐδᾶν legisse conjecit. Poterat hoc conjicere, si ille ἀκούειν annotasset; sic vero videtur emendandum esse: Λείπει χρή (i. e. hoc supplendum est ad verbum αὐδᾶν). [αὐδᾶν] καλεῖν.

OEDIPUS COLONEUS.

203. Chorus Oedipo dicit:

ὅτε νῦν χαλᾷς, αὔδασον ....

Ubi scholium legitur ἀ. τ. θαυμάζῃ. Quod quum prorsus sit corruptum, Dind. audacter conjicit: καθέζῃ. Propius accedat ἡσυχάζῃ, sed vel hoc nimis a codice distat.

631. ἡ δορύξενος .... ἑστία.

In scholiis glossa legitur Φίλος. Quae aut scribenda est φίλου, ita ut a scholiasta, qui praecedentem glossam ἀ. τ. φίλου ad τοιοῦδ' ἀνδρός pertinentem excerpendi causa descripserit, sit profecta, aut omnino est omittenda ut ex eadem illa annotatione corrupta.

687. Κηφισσοῦ νομάδες ῥεέθρων.

In edit. schol. Rom. hic legitur: αἱ ὥσπερ ἐπινεμόμεναι καὶ καταῤῥέουσαι τὴν γῆν τοῦ Ἰλισσοῦ πηγαί. Unde collegerunt quidam, hunc interpretem Ἰλισσοῦ legisse: quod nomen aut librarii aut scholiastae errori deberi vel in noviss. editione Herm.

monuit, quamquam omnem dubitationem cod. Laur. amovet, qui haec praebet: *Κρῆναι νομάδες αἱ ἐπινεμόμεναι· ὥσπερ καὶ καταῤῥέουσαι* (scr. *καταῤῥέουσιν*) *τὴν γῆν τοῦ Ἰλισσοῦ πηγαί.* Id est: praeter Cephissum etiam Ilissus Atticam permanat*).

883. Creo. *ὕβρις (τάδ' ἐστίν), ἀλλ' ἀνεκτέα.*

Schol. *Μεμπτέον· οὕτω γάρ φασι σκαπτέα, φυτευτέα ἀ. τ. σκαπτέον, φυτευτέον.* Fort. scripsit: *Οὐ μεμπτέον,* qua glossa aut vocem *ἀνεκτέα* explicaret, aut formam pluralem tueretur.

905. Theseus ait: *Εἰ μὲν δι' ὀργῆς ἧκον, ἧς ὅδ' ἄξιος, ἄτρωτον οὐ μεθῆκ' ἂν ἐξ ἐμῆς χερός.*

Εἰ μὲν δι' ὀργῆς ἐληλύθει, ἐν ταύτῃ τῇ ὀργῇ, ἧς ἦν οὗτος ἄξιος. Tertia persona et in scholio absona est, et ap. Sophoclem h. l. inepta foret. Quare *ἐληλύθειν* scribo. Tum haud recte Elmsl. lemma *ἧκεν* adjecit, quum in textu Laur. esset *ἧκον,* hunc autem lemmata sequerentur.

1077. *τὰν δεινὰ τλᾶσαν, δεινὰ δ' εὑροῦσαν πρὸς αὐθαίμων πάθη.*

E corrupto scholio: *τὴν πολλὰ δὲ ἀνατλᾶσαν* editor Rom. lectionem aliquam *τὰν πολλὰ τλᾶσαν* confecit, quasi commentator ita legisset. At bis ille *δεινὰ* legit, quum adderet: *δύναται δὲ καὶ ἑτέρα εἶναι προσῳδία, τᾶν δεινὰ τλασᾶν, δεινὰ δ' εὑρουσᾶν.* Quare rectius Triclin. et Elmsl. emendarunt: *τὴν πολλὰ δεινὰ τλᾶσαν.*

1231. *τίς πλάγχθη πολύμοχθος ἔξω.*

Βούλεται . . . σημαίνειν· τίς ἂν πλαγχθείη τῶν πολλῶν μόχθων; Τίς ἔξω τοῦ πολύμοχθος εἶναι ἐπλανήθη; — Posterior annotatio quid sibi vellet, acute Herm. demonstravit, ita ut nemo de lectione aliqua *πολυμόχθου* cogitare posset; prior vero ad verba *πολὺς μόχθος* potius pertineret, nisi praestaret, *ἔξω* ante *τῶν* inserere; quo facto utraque interpretatio consentit.

§. 3.

Quae variae lectiones a scholiastis profectae non sint.

Non raro codex Laur. a. propriam lectionem praebet, ceterorum autem librorum fere omnium scripturam pro varia lectione

---

*) Sequuntur verba: *ἢ ἃς ὁ Κηφισὸς ἐπινέμεται· λέγοι δ' ἂν ἐν τῇ Καδμείᾳ.* Ubi aperte scribendum est: *ἐν τῇ Ἀκαδημείᾳ,* qua forma schol. ad v. 56. usus est, et de qua egit Buttm. in gramm. ampl. §. 7. not. 12. Hoc occasione data monitum volui.

adnotatam habet. Id a veteribus interpp. factum esse non puto, sed ab ipso librario, qui suos calami lapsus corrigeret. Ita in El. 947 reliqui codd. omnes τελεῖν praebent, solus La, et, qui eum saepissime sequitur, Γ ποιεῖν, ille tamen cum nota γϱ. τελεῖν, plane ut uterque liber et qui ex La descriptus est, Lb, et Δ, qui ex Γ est ductus, contra metrum χεϱοῖν praebent in El. 1226, ubi reliqui omnes habent:

ἔχω σε χεϱσίν;

In La autem annotatur: γϱ. χεϱσί, ubi fortuito ν̄ excidit. Aliter Neuius sentit, qui „conjiciat quis" inquit „χειϱοῖν," id quod arripit Wunderus de schol. p. 33.

Tum in v. 1304 in La legitur λεξαίμην*) γϱ. βουλοίμην, in ceteris libris βουλοίμην, quam temere Bothius, Heath., Pors., Wund. de auct. schol. p. 19 glossam fuisse contendunt. Concidit igitur Wunderi conjectura: λυπήσασ᾽ ἂν αἱϱοίμην pro verbis λυπήσασα βουλοίμην proposita. — Et sic ibid. 1275, ubi in La legitur: ὥιδ᾽ ἴδων γϱ. . . . . nihil aliud excidisse arbitror, quam ὧδ᾽ ἰδών, quod in reliquis est libris.

De Aj. v. 43. cf. II. cap. 3. ad v. laud.

In Aj. 946 porro alii codd. et scholii lemma recte ὤ μοι ἀναλγήτων habent, alii cum La ἰώ μοί μοι, quod ipsum cum nota γϱ. in scholiis exstat; sed ea correctio est librarii, qui lemma ita, ut textum, scribere voluit.

Ibid. in v. 1141 quum La, quem h. l. Dresd. b. sequitur, ἀλλ᾽ ἀνταχούσῃ praebeat, annotatur: γϱ. σὺ δ᾽ ἀνταχούσῃ, quod alii libri omnes habent.

Eandem Herm. vidit scholii ad

Philoct. v. 444 condicionem esse, ubi vulgata omnium codicum scriptura, ἐφῇ, praefixo γϱ. adscripta est ad ἐῶν, quod calami lapsu in La irrepsit. — De Phil. v. 1401, ubi γϱ. γόοις, quae vulgata lectio est, ad λόγοις, quod in La est, annotatur, jam in II. cap. 2 dixi.

In Oed. Tyr. v. 975, ubi legitur:

αὐτός μοι σὺ σημάντωϱ γενοῦ,

in La et Γ invenimus: σημήνας γϱ. σημάντωϱ, in La et Ricc. b. ex La descripto in Antig. v. 429 διψὰν ἐκφέϱει κόνιν, ubi cett. διψίαν φέϱει κόνιν, La autem appositum habet: Διψίαν φέϱει. Itaque non debebat conjici, lectionem aliquam διψάδ᾽ ἐκφέϱει fuisse.

---

*) Inde in Vat. corruptum est δεξαίμην.

De Ant. 589 in §. praeced. ad v. 586 egi.

Tum quod modo ad Aj. 946 de lemmate annotavi, id etiam ad Antig. v. 765 quadrat, ubi quum La et alii codd. quidam recte *μαίνῃ* praebent, in lemma ex aliis *μένῃς* irrepsit, qui error annotatione *γρ. μαίνῃ* corrigitur. In Oed. Col. denique v. 726 La habet: *εἰ γέρων ἐγὼ*, verbo *κυρῶ*, quod in cett. libris est, supra scripto. Hoc *κυρῶ* scholiis admixtum est ab Elmsl., qui probante Hermanno *ἐγώ* glossam fuisse censet. Ea vero valde fuisset inutilis. Neque tamen verisimilius est, quod quidam existimarunt, *ἐγώ* vetustiorem esse lectionem; immo fortuitus, ni fallor, fuit error, ab ipso librario postea correctus: „cujusmodi emendationes scilicet," ut ait Lob. ad Aj. v. 57, „saepe nobis aliena verba transscribentibus excidunt perinvitis." — Neque dubitavi tales quoque lectiones, quae non minus aptam sententiam, quam vulgata verba, praebent, librarii tribuere errori. Nam non omnes librarii erant indocti; quid mirum igitur, si docta etiam vitia committebant?

Atque jam ab Elmsl. complures ejusmodi notae ex scholiis plane exclusae sunt, velut *γρ. τότ' ἐννέπω*, quod ad Electrae v. 676 e deteriorum codd. scriptura in Laurentiani primi marginem translatum est, quum codex in textu, ut reliqui boni libri et Eustath. haberent

νῦν τε καὶ πάλαι λέγω.

Ita quum in Aj. v. 1310 legatur:

ἐπεὶ καλόν μοι τοῦδ' ὑπερπονουμένῳ
θανεῖν,

in La. annotatur: *γρ. πονουμένους*, (non *γρ. ὑπερπονουμένους*, ut Lob. ait,) et in Lb. supra *ῳ* scriptum est *ου*, librariorum oculis, ut videtur, ad *συγκειμένους* aberrantibus, quod vocabulum versum 1309 claudit; ad Antig. v. 633 autem, ubi in codd. omn. et ap. Eustath. *πατρὶ λυσσαίνων πάρει* legitur, in La invenimus: *γρ. θυμαίνων*, fort. ex interpretatione, vix e conjectura. Conjecturae quidem hoc tribuit Hermannus, grammaticum censens nimia verbi *λυσσαίνειν* vi ac vehementia offensum esse; sed veteri grammatico certe codicis collator Elmslejus hanc glossam abjudicavit, quum scholiis eam non annumeraret. Neque annumeravit iis *ἔτι*, quod in La supra *ἰδεῖν* scriptum est in El. v. 899:

οἷς ἴασιν οὐκ ἔνεστ' ἰδεῖν),*

*) Monstrat hoc fort. ad lectionem *οὐκ ἔτ' ἔστ' ἰδεῖν*, nam *ἔτι* etiam in cod. Monac. est, qui *ἴασιν οὐκ ἔνεσθ' ἔτι* praebet, et in Flor. *Δ*, ubi *ἴασις οὐκ ἔνεστ' ἔτι* legitur. Fort. etiam hunc nominativum *ἴασις* aliquis praeferat. Sed ne vulgatam quidem scripturam quisquam vituperabit.

sed non magis γνώμης iis debebat inserere ad El. 1175, ubi in codd. omn. legitur:

κρατεῖν γὰρ οὐκέτι γλώσσης κρατῶ,

in La autem super subst. γλώσσης positum est ν et μ.

§. 4.

Quae glossae pro var. lectt. sint habitae.

Saepe in scholiis nostris praefixo γρ. vocabula afferuntur iis, quae in libris leguntur, fere synonyma, sed aliena a metro. Quae quum vix unquam a grammaticis Sophocli attributa esse possint, maxima est suspicio, glossas a vett. interpp. annotatas postea ab epitomatore sive a librario pro variis lectt. esse habita, et his demum hominibus illud γράφεται deberi. Quod si conceditur, eodem multas var. lectt. referre licet, quae, etsi metro convenientes, sine ullo tamen sententiae discrimine a solis scholiastis annotantur. Haec vero ratio mihi probabilior videtur quam Lobeckii ad Ajac. 616 prolata, qui „Huc" inquit, „quadrare videtur, quod Bernhardy in Eratosth. p. 219 et ad Dion. p. 542 intelligenter animadvertit, illud γρ. nonnunquam explicantis esse, nec plus valere quam ἀντὶ τοῦ vel ἤγουν."

Sed transeamus ad singula.

ELECTRA.

1. Ὦ τοῦ στρατηγήσαντος ἐν Τροίᾳ ποτὲ Ἀγαμέμνονος παῖ.

Schol. γρ. τυραννήσαντος, quod sine jure Wund. de schol. auct. p. 37 praefert.

204. ἔκπαγλ' ἄχθη. Schol. γρ. ἔκπαγλα πάθη, cui lectioni vel metrum obstat.

531. Θυμῷ ματαίῳ. Schol. γρ. ψυχῇ ματαίᾳ.

Ne hoc quidem Wundero de auct. schol. p. 37 praeferendum erat; neque enim aliter θυμόν ad Aj. 716 per ψυχήν vetus interpres explicat. Cf. II. cap. 1. ad Oed. Tyr. v. 892 a me annotata.

751. οἷα λαγχάνει κακά.

Schol. γρ. τυγχάνει, quod in cod. Monac. legitur, qui etiam 876 ἔτι pro voce ἰδεῖν positum e scholiis ducit. Cf. §. praeced. ad v. laud.

929. ἡδὺς οὐδὲ μητρὶ δυςχερής. Schol. γρ. δυςμενής.

1101. Αἴγισθον, ἔνθ' ᾤκηκεν, ἱστορῶ πάλαι.

Schol. γρ. μαστεύω. Praetulerunt hoc Porsonus et Wund. in diss. de auct. schol. p. 37, hic in v. 1458 quoque scholiastam sequens, qui pro δίδασκέ με affert: γρ. μήνυέ μοι.

AJAX.

56. κἀδόκει μὲν ἔσθ' ὅτε .... κτείνειν ....
ὅτ' ἄλλοτ' ἄλλον ἐμπιτνῶν στρατηλατῶν.

Vocem ἐμπιτνῶν et plurimi codd. praebent et editores plerique servant et commentator vetus sine dubio legit, qui ἐμπεσών adscripsit, illam formam aoristum esse ratus. Sed huic quoque glossae praepositum est γρ.

190. τᾶς ἀσώτου Σισυφιδᾶν γενεᾶς,

i. e. Ulysses. Schol. γρ. Σισυφίδα. Lobeckius: „Qui si genitivus est, fuerunt qui Sophoclem pro primitivo patronymicum posuisse crederent." Cf. praeter exempla a Lob. laudata schol. Soph. Phil. 417 et schol. Pind. Nem. VI. 30 ubi legitur: ὁ δὲ Δίδυμος· Σωκλῆς τὸ ὄνομά φησι· περιήγαγε δὲ αὐτὸ πατρονυμικῶς, ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς ποιηταῖς. Praeterea interpres nostri Ajacis versus simul pluralem pro sing. positum esse credidit, quem poëtarum esse morem alibi annotavit. „Sed fieri potest," pergit Lobeckius, „ut veterum criticorum aliquis, qui genitivum explicare nesciret, Σισυφίδας scripserit, vel Σισυφίδα nominativum aeolicum esse putaverit, qualis olim legebatur in Eur. Bacch. 95 Κρονίδα."

272. αὐτὸς μὲν ἥδεθ', οἷσιν εἴχετ' ἐν κακοῖς,
ἡμᾶς δὲ τοὺς φρονοῦντας ἠνία ξυνών.

Schol. γρ. βλέποντας, quod Herm. recepit, vulgatam lectionem hujus interpretationem esse censens. Id tamen omnes ad conspecta κακά potius rettulissent, quam ad animum: potuit autem facile ab iis adscribi, qui φρονεῖν h. l. i. q. animadvertere esse arbitrarentur; eamque glossam esse jam Dind. et Wund. suspicati sunt.

404. ποῖ τις οὖν φύγῃ. Schol. γρ. τράπῃ.

501. *λόγοις ἰάπτων.* γρ. *ἀτίζων**), *ὑβρίζων*, quae utraque glossa fuerat**).

564. *καὶ τανῦν*
*τηλουρὸς****) *οἰχνεῖ, δυςμενῶν θήραν ἔχων.*

Schol. γρ. *φρουράν.* Hanc quoque Wund. glossam esse existimat: ac sane quidem interpres, qui Teucrum ad speculandos Trojanos abiisse in schol. v. 563 pronuntiavit, *θήραν* ad consiliorum hostilium tanquam venationem referre poterat, velut ipse Soph. in prima fabula dixerat:

δέδορκά σε
πεῖράν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον,

ubi conferatur alter schol. a posterioribus verbis *Ἀεὶ ὁρῶ σε* incipiens.

581. *οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ*
θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.

Schol. γρ. *τραύματι*, quam interpretationem Moschop. quoque π. *σχεδῶν* p. 25. ab Hermanno aliisque laudatus genuinae lectioni substituit.

617. *νῦν δ' αὖ φρενὸς οἰοβώτας*
φίλοις μέγα πένθος εὕρηται.

Schol. γρ. *γεγένηται*, quod ad numeros non quadrat.

688. *Τεύκρῳ . . . . σημήνατε*
μέλειν μὲν ἡμῶν, εὐνοεῖν δ' ὑμῖν ἅμα.

γρ. *ὑπέρμεγα*; de qua glossa acute Wund. de schol. p. 30: „Extrema verba *ὑμῖν ἅμα*," inquit, „duplici modo accipi posse interpreti videbantur, aut ita ut *ἅμα* praepositionis loco esset, significans *ὑμῶν μέτα*, aut sic ut *ὑμῖν* esset *ὑπὲρ ὑμῶν*. Itaque adscriptum est *ὑπέρ* et *μέτα*. quod conjunctum transiit in *ὑπέρμεγα*. Confirmatur haec suspicio mea eo, quod in Lb. adnotatum γρ. *μέτα*, et in Aug. b. et Γ pro *ὑμῖν* scriptum *ὑμῶν* est."

831. *τοσαῦτά σ', ὦ Ζεῦ, προςτρέπω.*

γρ. *τοσαῦτά σοι.* Ita scilicet apostrophum suppleverant. Corrupit hanc annotationem editor Rom., γρ. *τοιαῦτα* scribens. Quod sequitur *Ἱκετεύων ἐπιτέρπομαι* scribendum est *ἐπιτρέπομαι.*

---

*) Frustra Dind. *ἀτύζων.*

**) Quae ab his verbis puncto minore disjuncta sunt: *παρὰ τὸ Ὁμηρικόν· Ἕκτορος ἥδε γυνή*, annotata sunt ad verba:
ἴδετε τὴν ὁμευνέτιν Αἴαντος.
Itaque punctum majus ponendum erat.

***) Cf. p. II, cap. 1. ad h. v.

1233. *διωμόσω.* γρ. *διωρίσω*, quod pro affirmando usurpari Lobeckius exemplis probavit.

1309. *τοῦτον εἰ βαλεῖτέ που,*
βαλεῖτε χἠμᾶς τρεῖς ὁμοῦ συγκειμένους.

γρ. *συνεμπόρους*. Hanc quoque Wund. arbitratur glossam fuisse, quae si forte nimis exquisita videatur, equidem non impediam, quominus ea vox ipsi tribuatur Sophocli, adject. *συγκειμένους* autem interpretibus.

Trach. **821.** *προσέμιξεν ἄφαρ*
τοὔπος τὸ θεοπρόπον ἡμῖν]
τᾶς παλαιφάτου προνοίας,
ὅ τ' ἔλακεν . . .

γρ. *παλαιφοίβου*, quod sequentibus verbis explicatur. Videtur autem olim inter *παλαιφάτου* et *προν.* explicandi causa *Φοίβου* adscriptum esse, indidemque illa var. lectio prodiisse. Aliter sentit Herm., qui interpretes fortasse *πάλαι Φοῖβον* postulasse censet, idque ipsum Dind. eos conjecisse ait, ut *ἔλακε* subjectum haberet.

Philoct. **880.** *ἡνίκ' ἂν κόπος μ' ἀπαλλάξῃ ποτέ.*

γρ. *κόπου ἀπαλλαχθῶμεν*, unde complures *κόπου γ' ἀπαλλαχθῶ* conjecerunt; recte tamen Herm. „illud nihil est, inquit, nisi explicatio vulgatae scripturae, accomodata verbis sequentibus, quam scholiastes (immo epitomator potius) aliam lectionem esse opinatus est.“

Oed. Reg. v. **1321** Oedipus ait:

σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος ἔτι μόνιμος,

i. e. solus mei, caeci hominis, curam geris. Ad quae in scholiis γρ. *ἐμοῖς ἐπὶ πόνοις* annotatum est, quibus verbis vetustior interpres sine dubio, omisso γρ., totam sententiam explicare voluit, velut in altero scholio legimus: *περιπολῶν ἐμὲ καὶ περιμένων ἔτι. νῦν δὲ τοὺς ἀπὸ τοῦ χοροῦ γνωρίζει, ἴσως διὰ τὸ τεταράχθαι ἐπὶ τῷ τοσούτῳ προσφάτῳ κακῷ.*

ANTIGONA.

83. *τὸν σὸν ἐξορθοῦ πότμον. γρ. βίον.*

Ita La: eaque glossa genuinum *πότμον*, quod omnes fere editores probarunt, reliquis e codd. expulit. Veri dissimiliter Brunckius eam grammatici, qui *πότμον* corripi nesciret, conjecturam fuisse censuit: ea vero unica scholiastarum Sophoclis conjectura metri causa facta foret.

699. *οὐχ ἥδε χρυσῆς ἀξία τιμῆς λαχεῖν;*

γρ. στήλης. Ita scilicet antiquus commentator *χρυσῆν τιμὴν* explicuerat, quasi donum honoris causa auro confectum sive columna aurea significaretur.

848. Cf. II. cap. 1.

1308. *τί μ' οὐκ ἀνταίαν ἔπαισέν τις;*

γρ. καιρίαν. Hanc interpretationem fuisse jam Valcken. ad Eur. Phoen. 1440 vidit et confirmarunt Dind. in annott. ad Soph. atque Wund. de auct. schol. p. 18.

OEDIPUS COLONEUS.

14. Cf. I. cap. 1. §. 3. D, coll. Herm. ad h. vers.

19. *οὗ κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου,*

i. e. lapidis, ut recte alter schol. enarravit: *ἐπὶ τοῦ λιθίνου βάθρου.* Alter vero rupem sive collem dici ratus *πάγου* annotavit, cui voci epitomator postea suum *γρ.* adjecit. Non minus ex interpretatione ortum videtur, quod ad

v. 58. *οἱ δὲ πλήσιοι γύαι*

annotatur: *γρ. αἱ δὲ πλησίον γύαι.* Hoc in mediocres quosdam codd. inde irrepsit. Quamquam potest etiam grammatici masculino offensi emendatio fuisse, id quod Elmsl. et Wund. de schol. p. 15 suspicati sunt.

182. *ἔπιο μὰν, ἔπι' . . . . ᾇ σ' ἄγω. γρ. ἕπεό μοι.*

Legit scilicet grammaticus *μ' ἂν*, quod in La exstat, supplevitque apostrophum.

192. *μηκέτι τοῦδ' ἀντιπέτρου*
βήματος ἔξω πόδα κλίνῃς.

Schol. γρ. κινήσηις, i. e. κινήσῃς, quam glossam non solum epitomator iste, sed etiam codicis Par. f. librarius, qui Laur. a. desripsit, variam lectionem esse ratus est.

1060. ἤ που τὸν ἐφέσπερον
πέτρας νιφάδος πελῶσ' ....

γρ. Πελάζουσι, quam interpretationem fuisse jam Elmsl. cognovit, etsi frustra πελάσουσι emendans. Scilicet grammatici illi formam vulgatam praesens tempus putarunt, velut etiam ad El. 495, ubi πελῶσι legitur, προςπελάζουσι annotarunt.

§. 5.

Quae adscripta exempla pro var. lectt. sint habita.

AJAX.

50. Καὶ πῶς ἐπέσχε χεῖρα μαιμῶσαν φόνου;

Simillimum v. Athenaeus X. 433 f. ab editoribus laudatus é tragoedia aliqua affert:

ἴσχειν κελεύω χεῖρα διψῶσαν φόνου.

Quid igitur, si hujus ipsius versus pars posterior olim ab interpp. adscriptus erat, et postea sive epitomatorem, sive recentiorem scholiastam movit, ut annotaret: γρ. καὶ διψῶσαν? Nam exquisitior est haec vox, quam ut cum Wundero verbi μαιμῶσαν interpretatio putari possit; Suidas autem s. v. μαιμῶσα scribens: καὶ Σοφ. ἐπὶ τοῦ διψῶσαν, allato Ajacis versu, aperte ipsum commentatorem nostrum indocte, ut solet, secutus est. Sic ad extremam Oedipum Tyr. in scholiis discrepantia in exeunte Phoenissis verba pro var. lectionibus sunt allata.

56. κᾀδόκει .... Ἀτρείδας αὐτόχειρ κτείνειν ἔχων.

γρ. παρών. De quo Lob. ad h. l. „hoc qui adscripserunt primi, lectores admonere voluerunt similium locorum v. 1131

τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς θάπτειν παρών,

et v. 1384. οὐδ' ἔτλης παρὼν ἐφυβρίσαι,“

atque addit vir summus, scholiastas Homericos quoque sedulo annotare, si quid poëta diversis locis pariter enuntiaverit. Quamquam potest etiam fortuitum fuisse mendum. Idem, quod de hac lectione, Lob. eodem loco etiam de

v. 650. ὃς τὰ δείν' ἐκαρτέρουν τότε

dicit, ubi hoc legitur scholium: γρ. ἐπηπείλησ' ἔπη. Ἢ λείπει τὸ ἔπη, ἵν' ᾖ, ὅστις τὰ δεινὰ ἔπη ἐκαρτέρουν λέγειν τότε, ὡςανεὶ πρὸ τοῦ. A primo commentatore scriptum esse arbitror: Λείπει et q. s. usque ad τοῦ, et additum esse ἐμοὶ τὰ δείν' ἐπηπείλησ' ἔπη (Aj. 312), quo versu doceret, vocem ἔπη ad δεινὰ supplendam esse. Quae sequentes confuderunt. Atque ita scholium ad

v. 1225. δῆλος δὲ μοὔστὶ σκαιὸν ἐκλύσων στόμα:

Δίδυμος· Καὶ δῆλός ἐστιν ὥς τι σημανῶν νέον, egregie Wund. de schol. p. 29 indagavit conflatum esse ex his versibus a Didymo allatis:

Καὶ δῆλός ἐστιν ὥς τι δρασείων κακά (Aj. 326)
et δηλοῖς δ' ὥς τι σημανῶν νέον (Antig. 242).

Neque majorem Didymi annotationem excidisse hîc arbitror, quae Wunderi est sententia. Nam saepe ille grammaticus satis habuit, similia verba sine nota οἷον sive ὡς τό attulisse, velut Hipponacteum versum ad Arist. av. 704 et aliud fragm. ad avium v. 1284; et sic scholiasta ad Soph. Trach. 296 et Oed. Tyr. 1191. Cum illis notis, quas commemoravimus, explicandi causa Didymus similes versus attulit ad Arist. av. 1121. 1711. ran. 716, idemque, etsi non nominatus, aliis quoque plurimis scholiorum Aristophaneorum locis, ut probabiliter Schneiderus de schol. Aristoph. p. 16 ostendit.

Oed. Tyr. 1525: ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ᾔδη καὶ κράτιστος ἦν ἀνήρ.

Schol. ἔγνω et μέγιστος annotat, quas Elmsl. in edit. schol. h. l. varias lectiones ex extrema Euripidis Phoenissis exscriptas esse vidit. Ibi enim legitur:

ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ἔγνω, καὶ μέγιστος ἦν ἀνήρ.

Ita quod ad

v. 1529 sqq. ὥστε θνητὸν ὄντ', ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν
ἡμέραν ἐπισκοποῦντα, μηδέν' ὀλβίζειν πρὶν ἂν
θέρμα τοῦ βίου περάσῃ

annotatum est: γρ. πάντα προςδοκᾶν ἕως ἄν, videtur ex ejusmodi versibus exempli gratia allatis ortum esse:

χρή σε πάντα προςδοκᾶν,
ἕως ἂν ἡμέραν τελευταίαν ἴδῃς.

Oed. Col. 874. ἄξω βίᾳ,
κεἰ μοῦνός εἰμι, τόνδε, καὶ χρόνῳ βραδύς.

E scholio τὸ παλαιόν φ. βαρύ editor Rom. effecit γρ. καὶ βαρύς, idque a schol. lectum esse quum alii censent, tum Ellendtius s. v. βραδύς. Ac revera βαρύς in La scriptum est supra βραδύς. Sed quum ibi γηρῶν quoque supra positum sit, scholiastam suspicor proprie dixisse: τὸ παλ. φ. βαρὺ ἐκ τῶ· σὺν γήρᾳ βαρεῖς (Oed. T. 17), quo exemplo verba χρόνῳ βραδύς explicaret: epitomatorem autem illud partim omisisse, partim corrupisse.

§. 6.

De variis lectt. scribendi ratione ortis.

Multae lectiones a vero aberrantes vel ex antiqua scribendi ratione ortae sunt. Quum enim olim *O* significaret et ο et ω et ου, *E* autem et ε et η et ει, quum porro vocabula non distinguerentur, sed continuo scriberentur ordine, accentus denique atque spiritus *) ab Alexandrinis demum adjicerentur, fieri non potuit, quin verba ab Sophocle posita interdum falso postea pronuntiarentur, falsoque modo in recentiorem transferrentur scribendi rationem. Quae menda quum interpretationi potius sive scholiastarum sive librariorum tribuenda sint et ad easdem certe litteras, quas Sophocles scripsisse putandus est, nos ducant, ex variis lectt. proprie excludenda sunt. Haec igitur a veris litterarum vocabulorumque discrepantiis separanda ac seorsim tractanda censui.

Rettuli autem huc *E* pro η et *O* pro ω positum, quia Soph. jam ante legem illam Euclidis mortuus est, iota subscr. vero mendose aut additum aut omissum huc non pertinet, quia scholiastae veteres id non subter positum, sed juxta positum legerunt.

Illorum igitur mendorum multa necesse est jam in Lycurgeo fuisse exemplo, quod post Euclidis legem confectum est, alia vero sine dubio posterioribus demum temporibus irrepserunt. Et accentus ab interpretibus pro lubito positos esse facile ipsi cognoscimus. Nam schol. ad Oed. Col. v. 1077, explicatis verbis:

τὰν δεινὰ τλᾶσαν, δεινὰ δ' εὑροῦσαν . . .

addit: δύναται δὲ καὶ ἑτέρα εἶναι ἡ προσῳδία, τᾶν δεινὰ τλασᾶν, δεινὰ δ' εὑρουσᾶν. Tum Phil. v. 1113 legitur: ἐμᾶς λαχόντ' ἀνίας, ubi schol. enarrat: τῆς ἐμῆς λαχόντα ἀνίας· δύναται δὲ καὶ τὸ πληθυντικὸν ἀκρύεσθαι, ἐμὰς

---

*) Notum est ne spiritum asperum quidem primo tempore, postquam signo H destitutus esset, esse significatum.

λαχόντ' ἀνίας. Deinde in Antig. v. 71 legitur: ἀλλ' ἴσθ' ὁποῖά σοι δοκεῖ, explicatur autem: Γίγνωσκε ὁποῖα σὺ θέλεις ... ἢ τοιαύτη γενοῦ ὁποία καὶ βούλει, ita ut ἴσθι et ab οἶδα et ab εἰμί ducatur. Denique ad κελεύσαιμ' in Antig. v. 69 annotatum est: τὸ τέλειον κελεύσαιμι, scilicet, id quod Elmsl. cognovit, ne quis κελεῦσαί μ' legeret. Cetera optime ex ipsis, quae afferam, exemplis, collectis jam ex parte a Wund. de schol. p. 23—24, elucebunt.

Primum igitur huc pertinet secunda passivi et medii persona, quae nunc apud Sophoclem in ει, a scholiastis vero, ut in La. textu, semper in ῃ terminatur, exceptis formis οἴει, βούλει, ὄψει. Utrumque autem *EI* scribebatur.

Tum in Electrae v. 180 schol. cum antiquis libris Κρίσαν praebet, bene quidem uno sigmate (cf. Hermannum ad h. l.), sed falso accentu pro Κρῖσαν, quo vel numeri ducunt. Porro ad v. 506 bis interpres αἰανῆ usurpat, quod plur. codd. et Suid. pro ceterorum librorum scriptura αἰανή habent. Quamquam illud fort. librarii erat mendum, qui in eodem scholio etiam θρηνητικῆ posuit. Ipsum vero αἰανή improbavit Wunderus, recipiens αἰανής ex La, etsi ibi ς est erasum. Atqui neque insolens est forma illa in ός, ή, όν (cf. Herm. ad El. v. 657, qui est 672 Brunckii, et nos in II. cap. I. ad Oed. Col. 1583), neque optimis fontibus diffidendum, neque rarior denique forma vulgariore expellenda est.

De v. El. 706 in cap. 7. §. 2 agam.

Ibid. 1058 in libris invenimus:

ἀφ' ὧν τε βλαστῶσιν

pro βλάστωσιν: et sic schol. ἀφ' ὅτων τε ἂν βλαστῶσιν.

Ibid. 1082. Οὐδεὶς τῶν ἀγαθῶν ζῶν κακῶς
εὔκλειαν αἰσχῦναι θέλει ...,
(1085). ὡς καὶ σὺ πάγκλαυτον αἰῶνα ... εἵλου.

Schol. Οὕτω καὶ σὺ .... εἵλου. Videtur igitur hic cum cod. Harl. ὥς legisse ante eamque particulam gravius interpunxisse; nisi forte minus accurate est commentatus.

Aj. 98. ὥστ' οὔποτ' Αἴανθ' οἴδ' ἀτιμάσουσ' ἔτι.

Ἐὰν δασυνθῇ τὸ οι, ἔσται ἐπὶ τῶν Ἀτρειδῶν· ἐὰν δὲ ψιλὸν, τὸ οἶδα .... Eadem varietas in marg. Turn. et in Flor. Θ annotata est, sed οἴδ' omnes excepto Erfurdtio praetulerunt.

Aj. 620. ἄφιλα παρ' ἀφίλοις.

Παρὰ τοῖς πρώην αὐτοῦ φίλοις ... (Hinc Suidas quoque recepit παρὰ φίλοις) .... ἢ ἄφιλα παρ' ἀφίλοις, ἐχθρὰ παρ' ἐχθροῖς.

TRACHINIAE.

24. ἥμην: Δασέως . . . . οἱ δὲ ψιλῶς.

53. Τὸ σόν: τὸ σοὶ συμφέρον. Ἦ τόσον, ἀ. τ. ὀλίγον. Eadem discrepantia est in Oed. Reg. v. 570.

92. χώρει νυν ὦ παῖ. Καὶ νῦν, φ., ὦ παῖ, ἄπιθι. Hae versuum 24, 53, 92 varietates non modo in scholiis, sed etiam in codd. inveniuntur.

122. Cf. II. cap. 1 ad h. v.

129. Cf. II. cap. 2 ad h. v.

144. Τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖςδε βόσκεται
χώροις, ἵν' αὐτοῦ, καί νιν οὐ θάλπος θεοῦ....
χλονεῖ . . .

Scholiasta horum versuum, ut libri omnes, χώροισιν αὐτοῦ praebet, annotat tamen quosdam αὐτοῦ scribere. Illud vir ill. F. Guil. Schneidewinus in indicis docti Gotting. a. 1842 p. 254 ait servari posse, si τοιοῖςδε ad praecedentia referamus, ita ut χῶροι αὐτοῦ sedes significent juventuti proprias naturaque assignatas. At neque pron. τοιάδε tum habet, ad quod commode pertineat, neque scio, an χῶροι ejus appositio haud bene esse possint. Quare jure adhuc Musgravii obtinuit conjectura: χώροις, ἵν' αὐτοῦ, a qua lectio χώροισιν αὐτοῦ sive αὐτοῦ non nisi scribendi ratione discrepat. Quae vero Wunderus contra illam emendationem attulit argumenta, minime firma sunt, sed nimiis scrupulis ac molesto acumine laborant, quibus Schneidewinus moveri non debebat, ut θέρους scriberet pro θεοῦ. Quod ipse denique Wunderus conjecit: ἵν' ἀναίνοντος, audaciae paene modum excedit, et vel propter deficientem articulum, ut recte Schneidewinus monet, improbandum est.

Pflugkium, qui in Zimm. ann. phil. a. 1841, p. 922 eo progressus est, ut χάρισιν ἀλύποις proponeret, praeteriisse satius est.

161. εἰπέ μοι λέχους ὅτι
χρείη μ' ἑλέσθαι κτῆσιν, εἶπε δ' ἣν τέκνοις
μοῖραν . . . . νέμοι.

Ἐνετείλατό μοι, ἵνα πρόνοιαν ἄλλου ἀνδρὸς ἐμαυτῇ ποιήσωμαι. Schol. igitur cum codd. omnibus ὅτι habuit, quod recte Musgr. a plerisque probatus in ὅ,τι mutavit. Servavit quidem ὅτι Neuius, quia alias ἥντινα mallet, — atqui quidni ὅ,τι objectum verborum ἑλέσθαι κτῆσιν esse possit?

326. Schol. ἐδάκρυεν annotans, cum codd. δακρυῤῥόει legit pro δακρυῤῥοεῖ, quam veram lectionem unus Lb. servavit, item

347. enarrans ἁ τ. ἐφώνει, habuit φώνει cum Lb. (in La φώνεῖ) pro φωνεῖ, quod cett. codd. praebent.

353. Codd. ὡς .... Εὔρυτόν θ' ἕλοι ... τήν θ' ὑψί-
πυργον Οἰχαλίαν,

Schol. ἑλὼν εἴη· εἰ δὲ ὑφ' ἕν, θέλοι ἄν.

497. *Μέγα τι σθένος ἁ Κύπρις ἐκφέρεται νίκας ἀεί.* Explicat hoc schol.; addit tamen γρ. .... σθένουσα.

562. τὸν πατρῷον ἡνίκα στόλον
ξὺν Ἡρακλεῖ τὸ πρῶτον εὖνις ἑσπόμην.

Ita optime secundum nonnullos codd. editur*); schol. vero annotat: Στόλον φ. τὸ πλῆθός τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ δούλων τε καὶ ἀδελφῶν. ἡνίκα οὖν καταλιποῦσα τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς ἔρημος ἐπηκολούθησα τῷ Ἡρακλεῖ. Hic igitur sicut plurimi et praestantissimi libri perperam τῶν πατρῴων .... στόλων habuit, conjungens sine dubio genitivos cum voce εὖνις, quam orbatam significare censuit, et praep. ξύν pro more suo redundare existimans.

570. Plerique libri praebent ἐὰν πυθῇ: melius schol. γρ. πιθῇ annotat, idque in Lb. Par. t. Ald. exstat, recte vero πίθῃ scriptum in una ed. Colinaea invenitur.

592. οὐδ' εἰ δοκεῖς
ἔχειν, ἔχοις ἂν γνῶμα, μὴ πειρωμένη.

Schol. ἄγνωμα, i. e. ἂγ γνῶμα ex vulgari illa assimilatione, cujus apte Dind. nos monet.

614. ὁ 'κεῖνος εὐμαθὲς
σφραγῖδος ἕρκει τῷδ' ἐπ' ὄμμα θήσεται.

Aut ita, aut ἐπ' ὄμμα omnes codd. et plerique editores et schol. — Billerbeckius p. 212 ab Dindorfio probatus ingeniose, sed frustra τῷδ' ἐπὸμ (i. e. ἐπὸν) μαθήσεται conjecit, quod etiamsi verum esse concedatur, litterarum certe mutatio nulla est.

622. τὸ μὴ οὐ .... δεῖξαι ....
λόγων τε πίστιν, ὧν ἔχεις, ἐφαρμόσαι.

Alter, qui h. l. reperitur, commentator enarrat: Ἔντειλαι δέ μοι φ. καὶ περὶ πραγμάτων ἄλλων μυστικῶν, καὶ λόγους ἀνακοίνωσαί μοι, καὶ φυλάξω. Alter ait: Ἐπίθες, φ., ... σφραγῖδα. Hi igitur ἐφάρμοσαι legerunt; et prior quidem

---

*) Maur. Axtius de Vestritio Spurinna p. 57. hanc figuram etymologicam esse annotat, immemor ita jamdudum Hermannum esse interpretatum.

verba ita intellexit: adde alios, quos deferam, nuntios, posterior autem: appone, quod nuntio fidem faciat, i. e. sigillum.

770. Hyllus. · εἶτα φοινίας
ἐχθρᾶς ἐχίδνης ἰὸς ὡς ἐδαίνυτο,
ἐνταῦθα δὴ ʼβόησε . . . .

Ita codd. et schol. commentans: Ὡς κατήσθιεν αὐτὸν ὁ ἰός. Restituerunt autem optime Wakefield. et Herm. ὥς, puncto post ἐδαίνυτο posito, quia Hyllus nondum sciret vestem veneno esse tinctam. Wunderus quidem vulgatam tuetur lectionem, quia nulla sit causa, cur Hyllus id ignoraverit; at maxima est causa. Quomodo enim juvenis cognitum habere poterat, quae a Dejanira ante ejus adventum choro, neque cuiquam alii patefacta erant? Immo sequente demum cantico ille rerum certior factus est, neque tantis conviciis in matrem invectus esset, nisi verae rei condicionis fuisset ignarus.

835. Schol. τὰ νῦν pro ταννῦν praebet, sicut La. in Phil. 618 et 831.

De v. 894 et 1021 cf. II. cap. I.

PHILOCTETES.

32. Οὐκ ἔνδον οἰκοποιός ἐστί τις τροφή;

Scholium: Ἐν οἴκῳ γενομένη τροφή ab Ellendtio s. v. οἰκοποιός refertur ad οἰκόποιος.

174. ἀλύει δ' ἐπὶ παντί τῳ
χρείας ἱσταμένῳ.

Herm. τῷ recepit ex cod. Flor. qui τοῦ (sic) habet, et scholio editionis Romanae, quod etiam Wund. et Ellendt., editione Elmsleji non inspecta, sic describunt: ἐπὶ παντὶ τῷ ἐν χρείᾳ γενομένῳ. Sed ipsi codici τῷ deest; quod si commentator legisset, in explicatione etiam addidisset: τῷ omittere potuit. Quare haec potius lectio ei tribuenda est. Ex sequenti annotatione διὰ τὸ πάντων ἀπορεῖν nihil potest colligi.

OEDIPUS REX.

184. Legitur nunc: *ἀκτὰν παρὰ βώμιον*, non *παραβώμιον*, quod et codd. plurimi praebent et schol., *παραχώριον* pro explicatione afferens.

402. *ἁγηλατήσειν. Ἐὰν δασέως, τὸ ἄγος ἀπελάσειν* ..., *ἐὰν δὲ ψιλῶς, ἀ. τ. βασιλεύσειν.*

906. Cf. II. cap. 1.

1074. *δέδοιχ' ὅπως μὴ .... ἀναῤῥήξῃ κακά.*

Ita schol. *ἐργάσηται* annotans, et codd. paene omnes pro *ἀναῤῥήξει*, quod nonnulli libri praebent.

1098. *Τίς σε, τέκνον, τίς σ' ἔτικτε*
τῶν μακραιώνων; ἄρα
Πανὸς ....
προςπελασθεῖσ'; ἤ σέ γέ τις θυγάτηρ
Λοξίου;

Sic codd. et schol. enarrans: *Ἀρά τις προςπελασθεῖσα τοῦ Πανὸς ἢ τοῦ Ἀπόλλωνος θυγάτηρ;* Obtinet nunc emendatio Hermanni, qui omisso interrogandi signo *ἄρα* scripsit, velut ejusdem emendatio *ἀγρόνομοι* in v. 1103 pro *ἀγρονόμοι*, quod in libris exstat et a schol. ita explicatur: *ἀγρονόμοι δὲ, ἔνθα τὰ ἄγρια νέμεται, τὰ μὴ ἥμερα θηρία.*

ANTIGONA.

In notissimo secundo Antigonae versu

ἆρ' οἶσθ' ὅτι .... ὁποῖον οὐχὶ ...,

ut in codd., etiam in scholiis *ὅ,τι* legitur. Annotatur enim: *τὸ ὅ τι ἀ. τ. ὅ .... πρῶτον μὲν (εἶπεν) ὅ τι, ἔπειτα δὲ ὁποῖον, ἀρκοῦντος θατέρου.*

7. *Καὶ νῦν τί ταῦτ' αὖ φασιν ....*
κήρυγμα θεῖναι τὸν στρατηγὸν ἀρτίως;

Male schol. *ἐγκλιτικῶς προςενεκτέον* (Schaeferus a Wexio laudatus *προενεκτ.*) *τὸ τι· οὐ γὰρ ἐν ἐρωτήσει ὁ λόγος ....*

71. Cf. quae huic §. praefatus sum.

93. Antig. .... *ἐχθαρεῖ μὲν ἐξ ἐμοῦ,*
ἐχθρὰ δὲ τῷ θανόντι προςκείσει δίκῃ,

*Ἀ. τ. δικαίως . . . . ἢ ἡ προς τοῦ δίκῃ ἐστὶν**), *ἵν' ᾖ οὕτως· πρὸς τῷ τῇ δίκῃ ἀπέχθεσθαι, καὶ τῷ θανόντι δυςμενὴς ἔσῃ· καλῶς δὲ τὸ κείσῃ, ἵνα τὴν μετὰ θάνατον αὐτῇ προςγενησομένην τιμωρίαν αἰνίξηται.* Hic igitur aperte *πρὸς κείσῃ* legit, ita scilicet, quamquam satis inepte verba constituens: *ἐχθρὰ (οὖσα) τῷ θανόντι, πρὸς* (praeterea) *τῇ δίκῃ* (justitiae) *ἐχθρὰ κείσῃ.* Quare corruptioni, quae in scholii initio exstat, ita puto medendum esse: *ἢ ἡ προς πρὸς τὸ δίκῃ,* omisso *ἐστίν,* velut in schol. Antig. 985. Oed. Col. 1431. al., vel servato illo verbo, quum etiam *εἶναι πρός τι* sit i. q. se referre ad aliquid.

487. . . . . *τοῦ παντὸς ἡμῖν Ζηνὸς . . . .*
δηλοῖ δὲ τὸ τοῦ παντὸς ἡμῖν Ζηνὸς . . . .

Idem *ἡμῖν* etiam codd. omnes praebent; sed editores complures *ἥμιν* postulant.

582. *Εὐδαίμονες, οἷσι κακῶν ἄγευστος αἰών·*
οἷς γὰρ ἂν σεισθῇ . . . . δόμος, ἄτας
οὐδὲν ἐλλείπει γενεᾶς ἐπὶ πλῆθος ἕρπον.

Probam hanc lectionem omnes praebent libri; sed schol. cum La. sec. *ἕρπων* legit, enarrans: . . . . *τούτοις ὁ αἰὼν οὐδὲν ἄτης ἐλλείπει, ἕρπων ἐπὶ τὸ πλῆθος τῆς γενεᾶς.*

751. Cf. II. cap. 7. §. 1.

1136. *ἐπισκοποῦντ' ἀγυιάς.* Schol. *γρ. ἐπισκοποῦντα γυίας.*

ŒDIPUS COLONEUS.

98. Oedip. *οὐ γὰρ ἄν ποτε*
πρώταισιν ὑμῖν (Εὐμενίσιν) ἀντέκυρσ' ὁδοιπόρων.

Ita plurimi codd. et schol., enarrans: *οὐ . . . . τῶν ἄλλων ὁδοιπόρων πρώταις ὑμῖν ἀντέσχον . . . .* Sed obtinet nunc *ὁδοιπορῶν*, quod nonnulli libri et Suid. praebent.

153. Cf. II. cap. 7. §. 2.

183. Cf. II. cap. 4. §. 4.

---

*) Wex.: *ἢ ἡ προς ἀντὶ τοῦ και ἐστίν.*

197. *ἐμὸν τόδ', ... βάσει βάσιν ἁρμόσαι.*

Sic cum codd. commentator, annotans: *ἐμόν ἐστι τοῦτο, τὸ ἁρμόσαι . . . . τὴν βάσιν τῇ καθέδρᾳ.* Alterum scilicet *βάσιν* fundamentum sive limen significare ratus est. Sed inde ab Elmslejo emendatur *ἅρμοσαι,* graviore interpunctione post *τόδε* posita.

252. Systema tetrametrorum dactyl. clauditur in bonis codd. his versibus:

> *οὐ γάρ ἴδοις ἂν ἀθρῶν βροτῶν, ὅστις ἂν*
> *εἰ θεὸς ἄγοι, ἐκφυγεῖν δύναιτο.*

Neque aliter vetus interpres legit, nisi quod, ut librarius in lemmate, *ἀναθρῶν* habuit, commentans: *οὐ γάρ ἴδοις ἀναθρῶν βροτῶν, ὅστις ἂν ἐκφυγεῖν δύναιτο, εἰ θεὸς ἄγοι.* Pro *βροτῶν* codd. Tricl. recte *βροτόν.* Tum potest interpres legisse

> *ἄγοι, 'κφυγεῖν . . .,*

quod metro flagitatur, non habuit ullam vocem, quae libris desit. Excidisse autem aliquam post *βροτόν* Hermannus censet, quamvis lenior videatur medicino ab illo ipso viro illustr. olim adhibita, ut *ἄντομαι* in v. 250 repetamus, quod verbum etiam in v. 244 bis positum est. Eique emendationi ne scholia quidem obstant.

336. Cf. II. cap. 2.

381. Cf. p. II. cap. 1. §. 3. D.

486. *ὥς σφας καλοῦμεν Εὐμενίδας, ἐξ εὐμενῶν στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον αἰτοῦ.*

Ὡς καλοῦμεν αὐτὰς Εὐμενίδας, οὕτως αὐτὰς καλῶν, κἀξευμενῶν, καὶ ἵλεως ποιούμενος, ἱκέτευε . . . . Interpres igitur *ἐξευμενῶν* habuit, ejusque verbi activam putavit esse sententiam, velut transitivam verbi *εὐμενεῖν* schol. ad Pind. Pyth. 4. 225 accepit. Intellexit autem commentator noster Sophoclis verba hoc modo: ut Benevolas eas appellamus, ita eas benevolas reddens (i. e. eodem nomine adhibendo), animo precare, ut . . . . Supplevit enim *ἐπί* ad *στέρνων,* commentans: *Ἐπὶ τῶν στέρνων ἀ. τ. μὴ ἐξ ἐπιπολῆς, ἀλλ' ἐνδιαθέτως.*

504. Hermanno auctore *χρῆσταί μ' ἐφευρεῖν* a compluribus receptum est pro *χρῆ 'σται* vel *χρῆ σται,* quod in codd. legitur. Schol. ait: *χρείη ἔσται, κατὰ συναλιφὴν**) *χρῆσται***). Sequitur jam is, qui scholia excerpsit: *ἀ. τ. χρείη ἔσται.* Tum

---

*) Cf. schol. O.Col. 1588; Elmsl. laudat Eustath. 1561. 6.
**) Punctum minus in majus mutavi.

ille vetustior grammaticus χρήσταὶ ex Soph. Triptolemo affert, quam ipsam scripturam Matth. in gramm. §. 55 (ed. 3) et fortasse Buttm. in gramm. ampl. I. p. 117 probavit. Utique tamen non est, quod cum Wilkio (conjectan. ad Soph. Oed. Col. p. 23) ἔσται μ' scribamus. Idem, id quod Wilkium fugit, jam Doederlinus spec. p. 42 conjecerat. De Elmsleji conjectura in hujus capitis §. 1 disputavimus.

541. Scholiasta cum majore librorum parte consentiens ait: .... οὕτως εἴρηκεν· Ἐπωφέλησα πόλεως ἐξελέσθαι. Sed ex Vat. sec. metri causa omnes auctore Hermanno πόλεος receperunt.

687. Schol. Κηφισοῦ uno sigmate scribit, sicut et hic et alibi legitur in La aliisque codd. Quam scribendi rationem probavit Elmsl., improbavit Herm.

1059. τὸν ἐφέσπερον.

La. male ἐφ' ἕσπερον: et ita schol. ἐπὶ τὸν ἕσπερον χῶρον.

1077. Cf. hujus capitis initium et II. cap. 1.

1119. Cf. II. cap. 6.

1220. Cf. II. cap. 2.

1491. εἴτ' ἄκραν
ἐπιγύαλον . . . . . τυγχάνεις
βούθυτον ἑστίαν ἀγίζων.

Ita optime Herm. ex La aliisque libris edidit, quorum plerique ἐπὶ γύαλον praebent. Ad hoc fuerunt qui referrent scholium: Ἡ επι πρὸς τὸ Ἄκραν, ἵν' ᾖ ἐπ' ἄκραν πέτραν. In Etym. M. enim γύαλον Vauvill. et Elmsl. monuerunt per λίθον τετράγωνον, fort. etiam per τὰ ἄκρα explicari. Atqui illa vox nunquam est feminina, interpres autem ἄκραν dixit. Quare non dubito quin verum Reisigius viderit, qui e scholio lectionem ἄκραν ἔπι γυάλων eruit, etsi eam recipere non debebat. Nempe arbitrabatur scholiasta, ἄκραν h. l. substantivum esse et ἄκραν πέτραν significare, non amplius intellectus ab eo, qui scholia excerpsit. Is enim ἄ. τ. πέτραν annotavit. Neque magis eum Suidas percepit, qui sub v.v. ἄκραν ἐπὶ γύαλον haec ipsa verba scholio ἐπ' ἄκραν πέτραν, quod descripsit, praeposuit.

1525. Codd. γειτονῶν, γειτόνων' γειτόνων. Schol. Εἰ μὲν βαρυτόνως, γειτόνων, τῶν Θηβαίων· εἰ δὲ περισπωμένως, ἀ. τ. γειτνιῶν ὁ τάφος.

1588. Cf. II. cap. 6.

§. 7.

De interpunctione.

Interpunctionis a scholiastis demum aut positas aut pro lubito certe mutatas esse vel ex verbis *κατ' ἐρώτησιν ὁ λόγος* saepissime appositis (cf. Oed. T. 1375. Trach. 370. 876. 1245. Phil. 900. O. Col. 26. 30. al.) apparet, tum ex hujusmodi dubitationibus:

Phil. 628 *οὔκουν τάδ', ὦ παῖ, δεινὰ ....*
Ἀποφατικῶς ἢ ἐρωτηματικῶς:

denique ex talibus praeceptis:

El. 877 *Πάρεστ' Ὀρέστης, ἡμὶν, ἴσθι ταῦτ' ἐμοὶ*
κλύουσ', ἐναργῶς, ὥςπερ εἰςορᾷς ἐμέ.

Ἐπὶ τοῦ κλύουσα πρὸς βραχὺ διαστικτέον, ἵν' ᾖ, πάρεστ' ἐναργῶς, ...

Quamobrem falsas interpretum veterum interpunctiones ad hoc caput rettuli. Minutam vero quamque discrepantiam, quae nihil ad sensum faceret, omnino omisi.

De Electrae v. 1085 in §. praeced. egi.

Ajacis v. 494. *Μή μ' ἀξιώσῃς βάξιν ἀλγεινὴν λαβεῖν*
τῶν σῶν ὑπ' ἐχθρῶν, χειρίαν ἐφείς τινι.

Hic scholiastes, inciso post *λαβεῖν*, non post *ἐχθρῶν* posito, tmesin esse credit; ait enim: *Ἢ ὑπό πρὸς τὸ χειρίαν· ὑποχειρίαν δούς τινι τῶν ἐχθρῶν.* Ac similiter alter interpres, qui h. l. exstat, commentatur.

1008. *Ἦ πού με Τελαμὼν ....*
δέξαιτ' ἂν εὐπρόςωπος ἵλεώς τ' ἴσως,
χωροῦντ' ἄνευ σοῦ. πῶς γὰρ οὐχ; ὅτῳ πάρα...

Πῶς γὰρ οὗτός με ἡδέως δέξεται, ᾧ.... Οὐχ ὅτῳ πάρα. Οὐχ ᾧ τινι οὐδ' εὐτυχοῦντι πάρεστι τὸ γελᾶν. Interpungit igitur commentator noster: *Πῶς γάρ; οὐχ,* (i. e. *δέξεταί με,*) *ὅτῳ* - ...

1356. *Τί ποτε ποιήσεις; ἐχθρὸν ὧδ' αἰδεῖ νέκυν;*

Ἐν ἐρωτήσει ὁ λόγος· ποδαπός τις ἔσῃ πρὸς ἐχθροὺς καὶ τί αὐτοὺς διαθήσεις δεινὸν, ὁπότε οὕτως ὑπὸ νεκροῦ ἥττησαι. Hic igitur interpungit: *τί ποτε ποιήσεις ἐχθρόν; ὧδ' αἰδεῖ νέκυν;*

1366. *Ἦ πάνθ' ὁμοίως πᾶς ἀνὴρ αὑτῷ πονεῖ.*

Ὄντως πάντα τὰ ἀνθρώπινα ὅμοια· πᾶς γὰρ ἄνθρωπος ..... Posuit igitur post *ὁμοῖα* punctum minus, id quod annotavit jam Wund. de Lob. edit. Ajacis p. 183.

TRACHINIAE.

98. Cf. II. cap. 1.

205. *Ἀνολολύξατε, δόμοι*, (cf. II. cap. 1)
ἐφεστίοις ἀλαλαῖς.
Ὁ μελλόνυμφος, ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων
ἴτω κλαγγά. τὸν εὐφαρέτραν
Ἀπόλλωνα προστάταν,
ὁμοῦ δὲ παιᾶνα . . . .
ἀνάγετ' . . . .

Haec est et librorum et interpretis interpunctio; annotat enim hic: *Εἴ τις μελλόνυμφός ἐστιν, εἴτε γεγαμηκὼς, ἠχέτω· κοινὴ γὰρ πάντων ἐστὶν εὐχή* .... *Ἀνυμνεῖτε πάντες καὶ πᾶσαι τὸν σωτῆρα καὶ παιᾶνα Ἀπόλλωνα.* Nunc vero interpunctio est mutata, et summo quidem jure.

610. *ηὔγμην, εἴ ποτ' αὐτὸν . . . .*
ἴδοιμι σωθέντ' ἢ κλύοιμι πανδίκως
στελεῖν χιτῶνα.

Wund. „Schol. *ἀνενδοιάστως*. Apparet hunc *πανδίκως* junxisse cum praecedentibus, i. e. cum part. *σωθέντα.*" (Immo cum *κλύοιμι.*) Idem fere voluisse Sophoclem certissimum est," scilicet Wundero. Quare cum Doederlino (in spec. p. 73) incisum non ante, sed post *πανδ.* collocat, neque tamen bene, quum *πανδ.* vix, quod schol. voluit, significare possit.

719. Cf. II. cap. 2.

1230. Cf. II. cap. 6.

Philoct. 215. *ἢ που πταίων, ὑπ' ἀνάγκας*
βοᾷ τηλωπὸν ἰωάν,
ἢ ναὸς ἄξενον ὅρμον αὐγάζων.
προβοᾷ . . .

Ita nunc interpungunt; olim non ante, sed post *ὑπ' ἀνάγκας* incidebatur. Scholiasta autem, enarrans: *τάχα προςκόπτων, ὑπὸ τῶν βασάνων βοᾷ. Ἢ δύςορμον τὸν λιμένα ὁρῶν, προβοᾷ ἡμῖν μὴ πελάζειν εἰς αὐτόν*, recte quidem incisum ante *ὑπ' ἀ.*, sed male simul post *αὐγάζων* habuit, posito post *ἰωάν*, ut videtur, puncto minore. Eundem Herm. vidit non post *εἰπεῖν*, sed post *εἷλετ'* incidisse in v. 443: *ὅς οὐκ ἂν εἷλετ' εἰςάπαξ εἰπεῖν, ὅπου μηδεὶς ἐῴη.* Annotat enim: *ἃ οὐκ ἤθελέν τις ἅπαξ ἀκοῦσαι, ταῦτα πολλάκις εἶπεν.*

833 et. 1163. Cf. II. cap. 2.

Oedipi Tyr. v. 328. ἐγὼ δ᾽ οὐ μήποτε
τἄμ᾽, ὡς ἂν εἴπω, μὴ τὰ σ᾽ ἐκφήνω κακά.

Ita codd. Schol. vero enarrat: οὐκ ἐμφανῶ τὰ ἐμὰ ἔπη, ἵνα μὴ τὰ σὰ εἴπω κακά. Quem Elmsl. et Herm. cognoverunt incisa non post, sed ante τἄμ᾽, neque ante, sed post μὴ τὰ σ᾽ collocasse, eamque interpunctionem paene omnes probarunt. Et recte quidem. Quis enim Ferd. Stoeckero (in progr. scholae Hammoniae. 1826. p. 16) credat, incisa post μήποτε et μὴ ponenda esse, hoc sensu: „at ego nunquam, quamdiu mea non edixero, tua aperiam mala"?

906 et 1099. Cf. II. cap. 2.

De Antig. 7. cf. §. praeced.

De ejusdem fabulae v. 576 v. II. cap. 6, de v. 855 nostri capitis §. 3.

De Oed. Col. v. 151 cf. II. cap. 7. §. 2., de v. 197. §. praeced.

CAPUT V.

DE SCHOLIASTARUM CONJECTURIS.

Ne a conjecturis quidem vett. interpretes abstinuisse in partis prioris cap. 1 et 2 vidimus. Variae enim eorum lectiones saepe „iis sunt similes," ut ait Lob. ad Aj. v. 57, „quas critici male seduli fabricari solent nullo corruptae scripturae indicio, sed sola mutationis facilitate allecti."

Conjecturis igitur primum annumero quod ad *πότνι' ἀρά* in El. 112 annotatum est *γρ. ποινία ἀρά*, idque mecum Wund. de schol. p. 37 facere videtur. Desideravit autem fortasse interpres significantius et usitatius epithéton, parum vero longae vocalis elisionem curavit. Fortasse conjectura fuit *πολύπαις*, quod pro *πολύπους* in El. 488 in (Didymi) hypomnemate legi schol. illo loco dicit: ubi quum scriberetur

ἥξει καὶ πολύπους καὶ πολύχειρ . . . .
χαλκόπους Ἐρινύς,

grammaticum fortasse duo epitheta ad pedes pertinentia offenderunt. Simul tamen etiam *πολύπους* scholiis confirmatur.

De Aj. v. 190 v. II. cap. 4. §. 1.

Tum ad *στέρξας ἀνέχει* in Aj. 212 adscriptum est: *Ἀνέχει δὲ ἀ. τ. ἔχει· παρέλκεται γὰρ ἡ ἀνά. Ἄμεινον στέρξασαν (ἔχει) γρ.*, scil. ne praepositio illa redundet.

Ibid. in v. 636: ὃς ἐκ πατρῴας ἥκων γενεᾶς ⏑ – ⏑
(πολυπόνων Ἀχαιῶν)

lacunam ex antiquissimo quodam codice a se adjecta voce ἄριστος suppletam esse Triclinius ait; et legitur hoc adjectivum quum in Tricliniano codice Dresd. a, tum in Laud., idemque conjectura, ut jam Elmslejo videbatur, vetus commentator assecutus est, annotans: Ὃς ἄνωθεν κατὰ πατρῴας γενεᾶς ἄριστα ἥκων, (λείπει γὰρ τὸ ἄριστος,) ὥστε προέχειν ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων κατὰ γένος . . . . . Ubi duo codicis puncta minora, adjectis lunulis, in incisa mutavi, quia sententia post verba inclusa continuatur. Qui scholia excerpsit deinde repetiit: Λείπει τὸ ἄριστος. Brunckius vero, ratus sine dubio ab alio interprete verba usque ad ἥκων, ab alio sequentia profecta esse, priori lectionem ἄριστα tribuit, eamque nominativo elegantiorem dixit; sed eam vulgariorem potius esse Lobeckius monuit. Omnino vero scholiasta modo adjectivum, quod desiderabat, videtur adverbio explicuisse.

Porro ad Aj. 941:

τοιοῦδ' ἀποβλαφθεῖσαν ἀρτίως φίλου,

super voce ἀρτίως in La ου notatum est cum scholio: γνησίου· οὐ γάρ ἐστι χρονικόν. Scilicet adverbii vim criticus non intellexerat. Atque ita recte Dind., quod ad

Trachin. v. 434. ὦ δέσποιν', ἀποστήτω

annotatum est: Περισσὴ ἡ ἀπό ἢ γρ. παραστήτω . . . . hanc ineptam nominat conjecturam, conjecturam etiam Wund. de schol. p. 28; eandemque puto sequentis scholii: προστήτω οὖν . . . . originem esse, nisi haec mala forte interpretatio est. Sed sine dubio ex arbitraria mutatione prodiit glossa γρ. κρείσσων, adscripta ad

Phil. 1052. νικᾶν γε μέντοι πανταχοῦ χρῄζων ἔφυν.

Nempe scholiastes verba χρῄζων ἔφυν non perceperat, id quod vel recentioribus quibusdam interpretibus accidit; sententiam autem videtur hanc efficere voluisse: ubique superior sum ita ut vincam. Incertius est scholium ad

Oed. Tyr. 133. ἐπαξίως γὰρ Φοῖβος, ἀξίως δὲ σὺ
πρὸ τοῦ θανόντος τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφήν.

Quod enim ibi legitur: γρ. τήνδε θεσπίζει γραφήν Dindorfius corruptelam simili sono ortam censet, Elmsl. autem et Herm. ad v. 102 referunt, qui hic est:

ποῖον γὰρ ἀνδρὸς τήνδε μηνύει τύχην.

Neutrum tamen satis verisimile est; praesertim quum a nostro loco variae illius lectionis ne sententia quidem sit aliena. Est enim haec: Apollo, ut decet, hanc causam contra occisorem oraculo suo institui jussit. Nam verba ἀξίως δὲ σύ interposita non valde offendunt. Quare eam actorum mutationem fuisse arbitror, qua litterarum sibilantium coacervationem evitarent, id quod saepius factum esse satis notum est.

Ad ejusdem fabulae v. 153, ubi δείματι πάλλων legitur, quum ἀ. τ. παλλόμενος φόβῳ annotatur, tum γρ. πολλῷ, de quo docte Elmsl. „fuisse videntur," inquit, „quibus displiceret πάλλων passivo sensu."

De v. 906 v. II. cap. 1.

Ipse vero interpres mutationis causam in Antig. v. 454.

ὥστ' ἄγραπτα κἀσφαλῆ θεῶν
νόμιμα

aperuit, annotans: Τινές φασι τὰ γραπτά. Οὐ γὰρ ἄγραφοι τῶν θεῶν οἱ νόμοι.

Tum in Ant. 1270 legitur:

Χορ. οἴμ' ὡς ἔοικας ὀψὲ τὴν δίκην ἰδεῖν.
Κρέων. ἔχω μαθὼν δείλαιος.

Ad ἰδεῖν autem γρ. ἔχειν adscriptum est, et ab eo quidem grammatico, qui, ut Wund. de schol. p. 23 conjicit, ἔχω a μαθών distinctum pro Creontis responso habuit, ideoque in interrogatione quoque idem verbum desideravit.

Restant denique quattuor conjecturae in schol. Oed. Colonei, prima in

Schol. v. 58, de qua in p. II. cap. 4. §. 1. egi; secunda ad v. 466:

ἐφ' ἅς
τὸ πρῶτον ἵκου καὶ κατέστειψας πέδον.

Ibi quum alter commentator lectiones κατέστειψας (cf. II. cap. 6.) et κατέστεψας commemorasset, alter apposuit: γρ. κατάστεψον, „quae," ut Herm. ait, „aperta est emendatio alicujus grammatici."

Hanc vero genuinam scripturam esse fuse Wund. de schol. p. 7—12 ostendere studuit, haerens in quibus non debebat, non haerens in quibus debebat vel maxime.

Porro 683 legitur: Νάρκισσος, μεγάλαιν θεαῖν
ἀρχαῖον στεφάνωμ',

que ipsum et a scholiasta et ab hypomnematistis, quos ille affert, xplicatur. Hi tamen addunt: *μήποτε δὲ γραπτέον μεγάλαν* *ϑεᾶν, τῶν Ἐριννύων.* Denique

763. Oedipus Creonti dicit:

τί ταῦτα πειρᾷ, κἀμὲ δεύτερον ϑέλεις ἑλεῖν;

Et *πειρᾷ* quidem in reliquis libris est omnibus: in La autem legitur *πεῖρᾳ* cum scholio: *Βαρυτόνως ἀναγνωστέον πεῖρᾳ, οὐ πειρᾷ· οὕτω Δίδυμος.* Quem Hermannus conjecit posito interrogandi signo post *ταῦτα* legisse: *πεῖρᾳ κἀμέ* sive *καί με δεύτερον ϑέλεις ἑλεῖν.*

Hactenus de conjecturis.

CAPUT VI.

UBINAM SCHOLIA ET RECTAM ET FALSAM LECTIONEM SIMUL SERVAVERINT.

In Electra.

193. Cf. II. cap. 1.

375. Chrysothemis: instans malum, inquit, Electram *τῶν μακρῶν σχήσει γόων*. Quod vetus interpres quoque, qui *γρ. καὶ λόγων* annotat, legisse putandus est. Mutantur autem hae voces in Phil. 1401 et al.

488. Cf. cap. praeced.

948. *Παρουσίαν μὲν οἶσθα καὶ σύ που φίλων*
ὡς οὔτις ἡμῖν ἐστιν.

Σύ που in omn. est codd. excepto La, qui perperam *ποῦ σοι* praebet. Utrumque autem exstat in scholio: *γρ. καὶ σύ που φίλων, ἤγουν, καὶ πόθεν σοι ἔσονται φίλοι.* Ubi ante *ἤγουν* puncto distinguendum est; scholium enim inde incipiens ad *ποῦ σοὶ* pertinet, hoc sensu: Scis ubinam amicorum tibi sit societas, i. e. unde eam capias: sicut nobis, i. e. mihi, nulla est; hoc est: tu non magis amicos habes, quam ego.

985. *Ζώσαιν θανούσαιν θ' ὥστε μὴ 'κλιπεῖν κλέος.*

Ita optt. libri rectissime; permulti tamen *μὴ λιπεῖν* praebent. Aut hoc, aut illud habuit scholiasta, annotans: *ὥστε μὴ λιπεῖν ἡμῖν τὸ κλέος καὶ ζώσαις καὶ θανούσαις.* Addit tamen: *γρ. μοι λιπεῖν.*

1095. ἃ δὲ μέγιστ' ἔβλαστε
νόμιμα, τῶν δὲ φερομέναν
ἄριστα τᾷ Ζηνὸς εὐσεβείᾳ.

Schol. τούτων ἀποφερομένη τὰ ἄριστα. ἢ ἐριστά ....

IN AJACE.

176 et 179. Cf. II. cap. 1.

322. Codd. alii διαπεφοιβάσθαι, alii διαπεφοιβᾶσθαι praebent. Sed veterem interpretem et harum lectionum alteram, et διαπεφοιτάσθαι habuisse jam Valkenarius cognovit. Annotavit autem ille: Ἐκμεμηνέναι· παρὰ τὸν φοῖτον· ἢ ἀπὸ τῶν φοιβωμένων καὶ ἐνθουσιώντων· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι μανίᾳ τινὶ ὅμοιόν πάσχουσί τι. Quodsi cum Ellendtio s. v. διαφοιβάζω pro φοῖτον scriberemus Φοῖβον, illud καὶ γάρ (etiam) esset absonum.

448. Cf. II. cap. 1.

494. Tecmessa cum Ajace colloquens ait:

μή μ' ἀξιώσῃς βάξιν ἀλγεινὴν λαβεῖν
τῶν σῶν ὑπ' ἐχθρῶν, χειρίαν ἐφεὶς τινι.

Et codd. et editores fluctuant inter ἐφείς atque ἀφείς, neque aliter scholiastae, quorum posterior καταλείψεις annotans ἀφείς, prior δούς usurpans ἐφείς videtur explicuisse.

579. Cf. II. cap. 1.

594. μῶρά μοι δοκεῖς φρονεῖν.

Huc pertinet scholium: εὐήθης εἶ .... Sed additur simul γρ. λέγειν.

604 et 635. Cf. II. cap. 1.

695. Ἀλίπλαγκτε habent codd. et alter schol.: Ἀλίπλαγκτε ἐπὶ τῆς Κυλληνίας. Alter vero annotat: ἢ ἀλίκλαγκτε (ita recte Lob. et Neuius pro ἀλίπλαγκτε propter interpretationem), ὁ. τ. μεγαλόφωνε ἐν τῇ χορείᾳ, ὡς ἁλίβρομε .... πολύηχος δὲ ἡ θάλαττά ἐστιν. Quem ultimis verbis apparet ἀλίκλαγκτον explicuisse sonantem velut mare, i. e. magnisonum, non ἅλις sonantem, ut Lobeckio videtur.

717. Cf. II. cap. 1.

881. Ut codd. inter ἄγρας et ἕδρας fluctuant, ita scholium ad v. 879 praebet: διὰ τὴν ἄγραν, ad v. 881 vero γρ. ἕδρας.

1056. Cf. II. cap. 1.

IN TRACHINIIS.

.. Dejaniram chorus ait lamentari

οἷά τιν' ἄθλιον ὄρνιν.

Ubi haec scholia admodum confusa leguntur: Λείπει ἡ διά. Ἀθλίαν δ' ὄρνιν, τὴν ἀλκυόνα φησὶν, ἣ τίκτει ἐν ταῖς ὑφάλοις πέτραις, εἶτα (adde δὲ), τῶν ᾠῶν ἀφανιζομένων, δακρύει. — γρ. ἅλιον ὄρνιν, ἀλκυόνην ἢ ἀηδόνα. Prius scholium qui scripsit, aperte ἅλιον legit, nam de ὑφάλοις πέτραις loquitur, et sine dubio ad etymon ἀλκυόνος respicit. Is vero, qui ἅλιον .... scripsit, de luscinia certe cogitasse nequit: sed infelix illa avis nominatur frequentissime. Quare scholia sic olim processisse arbitror: 1) Λείπει ἡ διά. Ἀθλίαν δ' ὄρνιν ἀλκυόνα φ. — 2) Ἅλιον ὄρνιν: τὴν ἀλκυόνα φ., ... δακρύει. Unde qui scholia excerpsit, diversas lectiones confundens, effecit: γρ. ἅλ. ὄ. ἀ. ἢ. ἀ.

379. 505. 526. 696. Cf. II. cap. 1.

673. ὑμῖν θαῦμ' ἀνέλπιστον μαθεῖν.

Alii codd. ita, alii παθεῖν habent: eademque discrepantia est scholii: .... οἷον οὐκ ἄν τις ἐλπίζοι παθεῖν. γρ. δὲ καὶ μαθεῖν. — Item inter προὔβαλες et προὔλαβες libri fluctuant in v.

810. ἐπεί μοι τὴν θέμιν σὺ προὔβαλες ....

Quod commentator verbis ἀπέῤῥιψας et παρεῖδες interpretatur, pergens tamen: ἐὰν δὲ προὔλαβες .....

Tres porro interpp. librorum scripturam ἐνδατούμενος in v. 791 tuentur, quorum unus adjicit: ἔνιοι δὲ γρ. ἐμματούμενος, quae ne vox quidem est Graeca.

831. Εἰ γάρ σφε Κενταύρου φονίᾳ νεφέλᾳ χρίει .... ἀνάγκα ....

Restituit hoc Brunckius e glossa codicis Par. a. τῷ αἵματι, et confirmavit schol. Laur. χρίει .... τῷ αἵματι ἡ ἀνάγκη,

atque textus Laur. a, qui *φοινίαι νεφέλαι* praebet. Cett. codd. habent nominativum, ad quem altera spectat annotatio: *εἰ γὰρ αὐτὸν . . . . τὸ αἷμα τὸ θανάσιμον . . . . περιέχει . . .*, ex qua is, qui scholia excerpsit, repetiit: *Τὸ αἷμα τὸ θανάσιμον.*

Alias hujus cantici lectiones in II. cap. 1. tractavi.

852. *κέχυται νόσος, ὦ πόποι, οἷον ἀναρσίων*
οὔπω ἀ γ α κ λ ε ι τ ὸ ν Ἡρακλέα
ἐπέμολε πάθος οἰκτίσαι.

Φεῦ, φεῦ· κακόν φ. γέγονε τῷ Ἡρακλεῖ, οἷον οὐδὲ παρὰ τοῖς πολεμίοις ἀνοίκτιστον σιωπηθήσεται. Τὸ γὰρ οὔπω ἀ. τ. οὐχί. Hic interpres non *ἀγακλειτόν*, sed, ni fallor, *ἂ ν ἄ κ λ α υ τ ο ν* legit, quo fort. codicis Harl. *ἀγακλυτόν* monstrat. Ita quid *ἀνοίκτιστον* illud, quid futurum sibi velit apparet. Nempe schol. impf. ind. pro opt. praes. dictum esse ratus, sicut schol. ad v. 855 (857 ap. Elmsl.), dicit *ἀ. τ. ἀπομόλοι,* (cf. etiam schol. Oed. Tyr. 116, quod in cap. 4. §. 3 tractavi,) sic videtur verba construxisse: *νόσος κέχυται, οἷον πάθος Ἡρακλέα* (cf. II. cap. 1.) *οὔπω* (quod explicat per *οὐχί*) *ἂν ἀπέμολεν* (sive *ἐπέμολεν*: cf. II. cap. 1) *ἄκλαυτον οἰκτίσαι* (*παρὰ*) *πολεμίων.* Alter vero commentator, qui cum novo lemmate (cf. I. cap. 1. §. 1) annotavit: *Ἀ. τ. ἀπομόλοι· οἷον οὐδέποτε ἀπὸ τῶν πολεμίων γένοιτο,* construxit hoc modo: *οἷον πάθος, ἄκλαυτον οἰκτίσαι,* quale indeploratum malum vixdum Herculi accesserit ab adversariis. Nam solet schol. *ἂν* apud opt. potent. omittere.

Sed quid multa? Tertius scholiastes, qui, nota *ἢ οὕτως* significatus, enarrat: *οἷον κακὸν, φ., οὐδέποτε ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν συνέβη τῷ Ἡρακλεῖ, τοῦτο ἀπὸ τῶν ἰδίων αὐτῷ γεγένηται,* non legit *ἂν*, vix *ἄκλαυτον*, fort. *ἀγακλειτόν*, quod verisimillimum est. Quae vero deinde adduntur: *ἐκτέταται γὰρ τὸ κακὸν, καὶ πανταχοῦ διαβήσεται ἡ κατὰ τὸν Ἡρακλέα συμφορά,* ea ad sola verba *τέταται νόσος* pertinere arbitror.

951. 1023. Cf. II. cap. 1.

1183. *Οὐ θᾶσσον οἴσεις, μηδ' ἀπιστήσεις ἐμοί;*

*Γρ. προστήσης**) *ἐμοὶ, ἐναντιωθήσῃ, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐν τῇ βρώσει ψωμῶν προσισταμένων.* Ex hac annotatione *ἐναντ.* excludendum est, ut sententia docet; scribendum

*) Jota subscr. hic ab Elmsleji typotheta demum omissum videtur.

videtur *ἐναντιώσῃ*, ea ut propria glossa sit ad *ἀπιστήσεις*. Alter vero schol. ita, ni fallor, legit: *Οὐ θ. οἴσεις; μηδὲ προστήσῃς ἐμοί*, i. e. nonne jam auferes me? Et ne mihi sis taedio. Quod dixit a cibis, quorum nos taederet, translatum esse.

IN PHILOCTETA.

25. Cf. II. cap. 1.

135. *Τί χρή με . . . . λέγειν πρὸς ἄνδρ' ὑπόπταν;*

Α. τ. ἐμὲ φανερὸν γεγονότα καὶ ἐλθόντα εἰς ὄψιν. Ἢ τὸν Φιλ. τὸν ὑφ' ἡμῶν κατασκοπούμενον. Ἄλλως. Πρὸς τὸν ὑφορώμενον ἡμᾶς ἄνδρα τί δεῖ λέγειν . . . .; Hic igitur et ipse cum codd. omn. *ὑπόπταν* legit, ille fort. *ἐποπτον*.

699. 755. 830. 1093. 1132. 1199. Cf. II. cap. 1.

1111. *ἄσκοπα κρυπτά τ' ἔπη.*

Hoc codd. omn. et duo interpp. praebent: horum tamen alter addit: *γρ. δὲ καὶ ἄψοφα.*

IN OEDIPO REGE.

128. *Θἰδ. Κακὸν δὲ ποῖον . . . . . εἶργε τοῦτ' ἐξειδέναι;*

Κρέων. Ἡ π. Σφὶγξ τὸ πρὸς ποσὶ σκοπεῖν, μεθέντας ἡμᾶς τἀφανῆ, προςήγετο.

Ita La. pr. *Γ.* alter denique commentator, annotans: *ἠνάγκαζεν ἡμᾶς ἡ Σφὶγξ, μεθέντας τὰ ἀφανῆ . . . . ., τὸ παρὰ ποσὶ κακὸν σκοπεῖν . . .* Reliqui codd., La sec., alter commentator, qui a priore vel per *ἢ οὕτως* distinguitur, *τὰ πρὸς ποσί* habent; hic autem ait: *ἡ Σφὶγξ ἠνάγκαζεν ἡμᾶς, μεθέντας τὸ σκοπεῖν τὰ κατὰ τὸν φόνον, τὰ πρὸς ποσὶν ἀφανῆ ζητεῖν, τουτέστιν τὰ ἀφανῆ αἰνίγματα.* Hic scilicet perperam *τὰ πρὸς ποσὶ τὰ ἀφανῆ* conjunxit, et ad *μεθέντας*, ut videtur, *τοῦτο* supplevit, quo pronomine Oedipus in v. praecedente Laji mortem significaverat.

153. Cf. II. cap. 5.

193. Chorus Martem precatur

παλίσσυτον δράμημα νωτίσαι πάτρας
ἄπουρον, εἴτ' ἐς μέγαν θάλαμον Ἀμφιτρίτας....

Ἄπουρον, quod in plurimis libris exstat, ab omnibus editoribus probatur; scholiastes tamen ait: *ἤτοι ἐπ' οὖρον, ὅ ἐστιν εἰς ἄνεμον. Ὅμηρος (Ἰλ. 6. 347)· Εἰς ὄρος ἢ εἰς κῦμα·**) *ἢ ἄπουρον***) *ἀπὸ τῶν ὅρων τῆς πόλεως.*

222. *Οἰδ. Νῦν δ' ὕστερος γὰρ ἀστὸς εἰς ἀστοὺς τελῶ,*
ὑμῖν προφωνῶ πᾶσι Καδμείοις τάδε.

Haec verba satis ab Herm. explanata unus interpres legit, alii non legerunt. Scholia enim haec sunt:

*Νῦν δ' ὕστερος γάρ: μεταφέρει ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι ξένων τῇ μετοικίᾳ. ἀ. τ. πεπολιτογράφημαι, καὶ ἄρτι ἀστὸς****) *ἐνομίσθην ξένος ὤν, καὶ ἐβασίλευσα.*

Ἄλλως· νῦν δὲ εἰς ἀστοὺς τελῶ. δοκῶν γὰρ εἶναι ξένος, τῆς βασιλείας τετύχηκα. ἐπεὶ οὖν, φ., συντελῶ εἰς τὴν πολιτείαν, καὶ μέλει μοι τῶν κοινῶν, ταῦτα ὑμῖν προφωνῶ. μετῆκται δὲ ἀπὸ τῶν συντελούντων ἐν ταῖς πόλεσιν, καὶ τὴν ἰδίαν δύναμιν εἰς τὸ κοινὸν φερόντων.
Haec ex diversis scholiis confusa esse apparet. Primum enim *μεταφέρει — μετοικίᾳ* excerptum est e postremis verbis *μετῆκται* et q. s. Tum is interpres, qui *ἀ. τ. πεπολ.* et postea *ἐπεὶ οὖν ..... φερόντων* annotavit, aperte vulgatam scripturam habuit, atque apposuit verba *κ. μέλει μοι τῶν κοινῶν*, ne in explicatione simpliciter diceret: quia inter cives receptus sum, vobis hoc do imperium. Addidit igitur conjungens membrum. Secundus deinde scripsit: *Ἄρτι ..... ἐβασίλευσα.* Ubi *καὶ* conjunctionis causa ab epitomatore est adjectum.

Sequitur *ἄλλως* et novum lemma, nonnullis verbis omissis velut in schol. Oed. Col. 842 et al. Tertius igitur interpres ita significatus annotat *δοκῶ — τετύχηκα*, cum secundo consentiens. Et hi duo videntur legisse:

νῦν δ' ὕστερος γὰρ ἀστὸς (i. e. *ὢν*) *εἰμ' ἀστῶν τέλος,*

---

*) Aut voluit, aut debebat certe simul laudare verba praecedentia:
ὥς μ' ὄφελ' ..... οἴχεσθαι προφέρουσα κακὴ ἀνέμοιο θύελλα.

**) Sic Steph. et Elmsl. pro inepto *ἄπορον*.

***) Sic Elmslejus probante Hermanno pro inepto *αὐτός* scripsit. Ita in textu nonnulli codd. h. l. *αὐτός* pro *ἀστός* praebent.

velut Aesch. Sept. 1027 dixit:

τοιαῦτ' ἔδοξε τῷδε Καδμείων τέλει.

656. Cf. II. cap. 1.

889. *Εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδανεῖ δικαίως,*
καὶ τῶν ἀσέπτων ἔρξεται,
ἢ τῶν ἀθίκτων ἕξεται ματάζων . . . .

Illud *ἔρξεται* in codd. paene omnibus est et explicatur commentatoris verbis *παύσεται, ἐκτὸς ἔσται,* atque enarratione: *ὃς μὴ ἀφέξεται τῶν ἀσέπτων, ἢ ἕξεται τῶν ἀθίκτων, ὅ ἐστιν, ὧν οὐ χρὴ ἔχεσθαι.* Sed alter horum versuum interpres non *ἔρξεται,* sed cum cod. Trin. (Cantabrigiensi) *ἕξεται* legit, fort. etiam *καί* pro *ἤ* cum Suid. s. v. *κέρδος.* Ait enim: *ἕξεται δὲ ἀ. τ. ἐπιθυμήσει τῶν ἀσέπτων καὶ ἀθίκτων.*

894. Cf. II. cap. 1.

1087. *ὡς ὑμᾶς ἴσα καὶ τὸ μηδὲν ζώσας ἐναριθμῶ.*

Ita omnes codd.; sed ed. Ald. et Brubachiana 1 inepte *ἐν ἀριθμῷ* habent. Schol. *ἐξαριθμοῦμαι, ἵν' ᾖ ῥῆμα πρώτου προςώπου, καὶ οὐ δοτικὴ ἀρσενικοῦ.*

1309. 1350. Cf. II. cap. 1.

ANTIGONA.

40. 130. 154. 320. 527. 611 sqq. 848. 862. Cf. II. cap. 1.

140. *Ἄρης δεξιόσειρος.*

. . . . *ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἵππων τῶν ἐν τοῖς ἅρμασι δεξιοσείρων . . . . Ἐὰν δὲ ᾖ δεξιόχειρος, ἀ. τ. γενναῖος ἢ περιδέξιος.* Et *δεξιόχειρος* habet La in textu a prima manu atque in lemmate, et marg. Turn.

528. *Νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν*
ῥέθος αἰσχύνει,
τέγγουσ' εὐῶπα παρειάν.

H. l. quattuor servati sunt scholiastae, quorum unus *νεφέλη* habuit, annotans: *Ἀλληγορικῶς δὲ*) εἶπεν τὴν νεφέλην· ὡς*

*) *δὲ* epitomatoris est.

γὰρ ἡ νεφέλη στυγνὴν . . . . τὴν ἡμέραν ποιεῖ, οὕτω καὶ ταύτην διάδηλόν φ. γίνεσθαι ταῖς ὀφρύσι συμφοράζουσαν καὶ τὸ πρόςωπον στυγνὸν . . . . πεποιηκυῖαν. Secundus et νεφέλη et νεφέλῃ invenit: ἐὰν ᾖ δοτική, τῇ νεφέλῃ, ...· ἐὰν δὲ κατ' ὀρθὸν ᾖ, ἡ νεφέλη, ... Tertius, dicens: Τὸ ἐπὶ τῷ προςώπῳ ἐρύθημα, videtur dativum habuisse, atque ratus esse, αἱματόεν ῥέθος esse nominativum, objectum autem Ismenam sive genam. Ab hoc denique grammaticus, qui scholia excerpsit, Ἐρύθημα descripsit.

531. ἣ κατ' οἴκους ὡς ἔχιδν' ὑφειμένη . . . .

Ita libri et editores praeter Brunckium, qui quum scholium: Ἡ γὰρ ἔχιδνα λάθρᾳ καθεζομένη ad ὑφημένη spectare vidisset, id ipsum recepit. Sed secundus hic exstat interpres, qui recte ὑφειμένη legit, id per ὑποχαλωμένη, ἐαθεῖσα, ἀπολυθεῖσα explicans.

576. Χορ. Δεδογμέν', ὡς ἔοικε, τήνδε κατθανεῖν;
Κρέων. Καὶ σοί γε κἀμοί. Μὴ τριβὰς ἔτ', ἀλλά νιν
κομίζετ' εἴσω, δμῶες.

Primum v. libri omnes, praeter Aug. b. Ismenae tribuunt, neque aliter is scholiasta, qui enarrat: οὐ μόνῃ ταύτῃ ὥρισται τὸ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ καὶ σοί. Sed hic nescio an legerit:

καὶ τήνδε καὶ σέ

pro καὶ σοί γε κἀμοί, etsi aperte falso. Alter vero interpres, quem cum priore epitomator particula ἢ connexit, et qui commentatur: καὶ ἐμοὶ καὶ σοὶ δέδοκται μηκέτι διατρίβειν ἐν τοῖς λόγοις, cum librorum scriptura consentit, nisi quod ita interpunxit:

Καὶ σοί γε κἀμοὶ (scil. δεδογμένα ἐστὶν) μὴ τριβὰς ἔτ' (scil. ποιεῖν). Ἀλλά νιν . . . . .

Ἀλλά ei est i. q. age. Simul vero vix ita interpretatus esse posset, nisi chori nomen versui 576 praepositum invenisset; nam sane scholiastes cogitare poterat, chorum conclusione sua sermonibus finem imponere voluisse, id quod de Ismena cogitare non poterat. Illum vero versum choro tribuendum esse A. Boeckhius evicit. Cf. infra cap. 8.

609. ἀγήρῳ δὲ χρόνῳ δυνάστας . . .

Ita alii libri, alii ἀγήρως: eademque scholiastarum est discrepantia, quorum alter enarrat: σὺ μέν, ὦ Ζεῦ, ἀγήρως τε καὶ δυνάστης εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον εἶ: alter vero ait: Ἀ. τ. δυναστεύων καὶ ἄρχων τοῦ ἀγηράου χρόνου .... ἀγήρων

δὲ τὸν τῶν θεῶν χρόνον φ. Qui aut *ἀγήρῳ δὲ χρόνου* habuit, aut, quod ego credo, dativum, supplens *ὢν* et interpretans: qui rex es aetati, i. e. quem aetas regem habet sive possidet.

853. Cf. II. cap. 4. §. 3.

970. *ἵν' ἀγχίπολις Ἄρης.* Vetus commentator ipse sic legit, quosdam vero annotat *ὅν* scribere. Cujus scholium, ab Erfurdtio ad lectionem a vulgata discrepantem relatum, explanavit Hermannus, quem confer.

984. *Τράφη θυέλλησιν ἐν πατρῴαις*
Βορεὰς ἅμιππος.

Ἅμιππος omnes praebent codd., praeter Dresd. a. qui casu *ἄνιππος*, et Livin. v. qui *ἅμ' ἵπποις* habet. Praeterea nominativus ab Eustathio confirmatur, denique a scholiasta verbis: *ταχεῖα, ἴσον ἵππῳ δυναμένη τρέχειν.* Hic tamen addit: *εἰ δὲ γρ. ἀμίπποις, πρὸς τὸ θυέλλαις· τράφη θυέλλησιν ἀμίπποις* . . . .

OEDIPUS COLONEUS.

35. Cf. II. cap. 1.

134. *οὐδὲν ἅζονθ'* bene et codd. habent, et schol. commentans: *Οὐδὲν σέβοντα, ἀσεβῆ.* Hic vero adjicit *γρ. λιάζοντα.* Scilicet H in LI transierat.

188. Cf. p. 167.

195. 205. 389. Cf. II. cap. 1.

467. Plurimi codd. et plerique editores
κατέστειψας πέδον,

quod frustra Wund. de schol. p. 7 sqq. impugnat. Nonnulli tamen libri *κατέστεψας* praebent, eademque scholii est discrepantia, cujus prima verba: *Καθικέτευσας, μετὰ ἱκετηρίων ἀφίκου,* ad *κατέστεψας* pertinent, sequentia vero haec sunt: *Ἐὰν δὲ γράφηται κατέστειψας**), *οἷον κατεβάτευσας, ὃ καὶ πιθανώτερον.* Is denique, qui scholia excerpsit, repetiit *Κατεβάτευσας.* De interpretis conjectura *κατάστεψον* in cap. praeced. egi.

*) Sic et Rom. Br. Elmsl. pro *κατέστιψας.* Idem mendum in textu La aliorumque codicum est.

515 sqq. Cf. II. cap. 1.

1119. μὴ θαύμαζε, πρὸς τὸ λιπαρὲς
τέκν' εἰ φανέντ' ἄελπτα μηκύνω λόγον.

Ita codd. et schol. enarrans: μὴ προςθαύμαζέ μοι τὸ λιπαρὲς, τὸ λίαν προςκεκαθικὸς τῆς ψυχῆς τοῖς τέκνοις .... οὐ γάρ φ. ἀέλπτως φανέντων ἐμοὶ τῶν τέκνων μηκύνω τὸν λόγον, ἀλλὰ, τέκνα φανέντα, εἶτα μηκύνω τὸν λόγον. Sed alter commentator, annotans: Πρὸς τὸ κελεύειν εἰ μακρηγορήσω, habuit μηκυνῶ, quod Elmsl. etiam recepit, Herm. vero aliique recte rejecerunt. Tum prior ille grammaticus λιπαρές ad preces rettulit atque ad adhortationem, quam Oedipus tunc pronuntiaturus erat, et revera pronuntiavit v. 1137 sq.:

τὰ λοιπά μου
μέλου δικαίως, ὥσπερ ἐς τόδ' ἡμέρας.

Is vero, qui Ἄρεσκον adscripsit, ne λιπαρές quidem habuisse potest, sed, quamvis refragante metro, λιπαρόν potius legisse mihi videtur.

1584. Cf. II. cap. 1.

1588. Ex parte codicum editur:

ἔξοισθ' ὑφηγητῆρος οὐδενὸς παρών

Et sic prior legit interpres, annotans: Κατὰ συναλιφήν (cf. schol. Oed. Col. 504 ibique Elmsl.). λέγει δὲ ὅτι ὑπ' οὐδενὸς ἡγητῆρος .... Synaloephen enim grammatici etiam praepositionis atque verbi sive nominis conjunctionem appellabant, velut Etym. M. s. v. ἵζω, a Reisigio in comm. crit. h. l. laudatum: ἐκ τῆς συναλοιφῆς καθίζω. Alii libri praebent ὑφ' ἡγητῆρος, quibuscum alter interpres consentit, dicens: ὑφ' ἡγητῆρος οὐδενὸς φίλων.

CAPUT VII.

DE FALSIS SCHOLIASTARUM LECTIONIBUS.

§. 1.

Quae Sophoclis verba a scholiastis falso laudentur.

Omnium variarum lectionum vel minima auctoritate eae sunt, quas vett. interpretes in laudandis Sophoclis verbis praebent. Solebant illi sine dubio scriptores memoriter citare, nam ita solum fieri potuit, ut versus Homeri aliorumque poëtarum innumeris paene vitiis maculatos afferrent; tum his in exemplis ea saepe lectionum discrepantium est ratio, ut utraque scriptura aeque bona sit, quomodo vero altera ex altera sit orta non intelligamus, nisi hominum haud indoctorum memoriam similia verba commutasse censeamus. Idem denique versus saepe ab ipsis scholiastis diverso modo citatur. Quare ex his annotationibus de scholiastarum lectionibus nihildum certi colligi potest.

Quae dixi, jam ipsius Didymi exemplo confirmabo. Legitur enim ad Pind. Ol. 9. 34 scholium: *λαμπρὰς δὲ τὰς ᾠδὰς .... ὁ δὲ Δίδυμος ἀ. τ. μαλακαῖς· καὶ γὰρ ἑτέρωθι μαλακοφώνους τὰς ᾠδάς φ.* Scilicet in Isthm. 2. 8. poëta *μαλθακόφωνοι ἀοιδαί* dixit.

Hos igitur errores a ceteris separavi; scripserunt enim falso, quae recte legerunt. Rettuli autem huc ea quoque Sophoclis verba, quae proxime ipsum locum, ubi leguntur, ab interpretibus cum

varietate aliqua citantur; nam singulas certe litterulas illi non depingebant, sed sine dubio versum aut semel inspectum aut memoria conceptum jam describebant. Quam facile igitur aliquid irrepere potuit, cui numeri sententiaque non obstarent! Sed quum hae possent saltem etiam falsae lectiones fuisse, totam hanc §. illarum recensui adjeci.

ELECTRA.

166. Electra. *ἀνύμφευτος αἰὲν οἰχνῶ*
δάκρυσι μυδαλέα, τὸν ἀνήνυτον
οἶτον ἔχουσα . . . .

Recte schol. ad h. l. *διάβροχος τοῖς δάκρυσιν*. Sed ad Antig. 410 citat: *δάκρυσι μυδαλέον*.

173. *θάρσει, τέκνον*. Schol. ad El. 823 laudat: *τέκνον, θάρσει*. Illud praestat, quum in antistr. eadem sede legatur *θάρσει*.

174. *Ἔστι μέγας ἐν οὐρανῷ*.

Ita codd., nisi quod La. pr. *ἔτι*. Et vulgatam scripturam etiam schol. ad v. 823 praebet, versum nostrum laudans: cui versui quum respondeat v. 154: *ἄχος ἐφάνη βροτῶν*, praep. *ἐν* ab editoribus abjicitur, ab nonnullis etiam *ἔτι* recipitur. Quamquam praestat fortasse, Monkio auctore in versu 154 potius longam addere syllabam ante *ἄχος*.

424. *Τοιαῦτά του παρόντος ἡνίχ' ἡλίῳ*
δείκνυσι τοὔναρ, ἔκλυον ἐξηγουμένου . . . .

Ἡλίῳ ἀ. τ. ἡμέρᾳ· (rectius alter schol. est commentatus;) *ἤκουσά φ. τοῦ ὀνείρου, ἡνίκα ἡμέρας γενομένης διηγεῖτο αὐτό τινι, κἀκεῖνος ἐμοί*. Itaque legit *του*, supplens *παρά* vel hujusmodi praepositionem. Sed ad Oed. Col. 477, ubi hi duo versus citantur, *τοῦ* legitur.

528. *Ἡ γὰρ δίκη νιν εἷλεν, οὐκ ἐγὼ μόνη*.

Ad 561 ad verba: *ὡς οὐ δίκῃ γ' ἔκτεινας*, annotatur: *Ἐναντίον τῷ· εἰ γὰρ δίκην νιν εἷλεν*, quae aut interpretis, aut, ut Elmsl. existimat, librarii est corruptio. — Ceterum *τῷ* recte editor Rom. pro *τό* scripsit.

646. Schol. ad v. 645 post annotationem satis longam ait: *εἰποῦσα, Εἰ μὲν πέφυκεν ἐσθλά* et q. s., laudans v. 646 et 47. In libris vero *πέφηνεν* legitur.

821. Schol. ad El. 975 affert *ἂν θάνω* pro *ἢν κτάνῃ*.

860. Ad 861 schol. ait: *εἰπόντος δὲ τοῦ χοροῦ· πᾶσι θνητοῖς ἔφυ μόρος*, — sive ita legit pro *θνατοῖς*, sive haud accurate scripsit.

AJAX.

125. *Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν*
εἴδωλ', ὅσοιπερ ζῶμεν.

Schol. ad Oed. Tyr. 1186 ita versus nostros laudat:

Ὁρῶ γ. ἡ. οὐδὲν ἄλλο πλὴν
εἴδωλον.

516. Cf. II. cap. 4. §. 1.

834. Schol. ad v. 833 longam annotationem ita claudit: *ψιλῶς φ. πλευρὰν ἀναῤῥήξαντα τῷδε φασγάνῳ* .... Sed in libris legitur *διαῤῥήξαντα*.

Trachin. 1074. Cf. II. cap. 1.

Philoct. 290. ...... *αὐτὸς ἂν τάλας*
εἰλυόμην, δύστηνος ἐξέλκων πόδα.

Schol. ad Phil. 702 versus 289—91 memoriter citans omisso pron. *αὐτός* scribit *ποσὶν* pro *τάλας*. Sed cum codd. habet *δύστηνος*, quod a compluribus e conjectura in accusativum est mutatum, quamquam illud servari potest, dummodo cum *ἐξέλκων* conjungatur, *τάλας* autem cum *εἰλυόμην*.

872. *εὐπόρως* .... *ἐνεγκεῖν*.

Huc Elmsl. rettulit scholium, quod ad Aj. 61 legitur: *ὅθεν καὶ τὸ εὐλόφως φέρειν*. Cf. II. cap. 1.

Oed. Tyr. 80. *ἐν τύχῃ γέ τῳ σωτῆρι.*

Schol. ... *ἐπί τινι σωτηρίῳ τύχῃ* .... Sed schol. ad Antig. 1074 ait: *τὸ ἀρσενικὸν δὲ ἀ. τ. θηλυκοῦ ἔταξεν, ὡς καὶ τὸ σωτῆρι ψυχῇ*. Quod mendum recte fort. Elmsl. non interpreti, sed librario tribuit.

Antig. 751. Ad Antig. v. 1232 annotatur:

ἡ δ' οὖν θανεῖται, — pro *ἤδ'*.

Ibid. 911. Schol. ad Oed. Tyr. 968 citat:

μητρὸς δ' ἐν Ἅιδου καὶ πατρὸς κεκευθότων,

pro *κεκευθότοιν*.

Oed. Col. 57. Cf. II. cap. 1.

§. 2.

De ceteris falsis lectionibus.

ELECTRA.

124. Τὸν πάλαι ἐκ δολερᾶς ἀθεωτάτας
ματρὸς ἁλόντ' ἀπάταις Ἀγαμέμνονα.

Ita cum libris vetus interpres legit; sed metri causa jamdudum ἀθεώτατα restitutum est.

232. ἀνάριθμος ὧδε θρήνων.

Ἔν τισι κεῖται ἀνάνομος*), οἷον, ἀεὶ νεμομένη ἐν αὐτοῖς καὶ οὔποτε χωρὶς οὖσα τῆς τῶν δακρύων νομῆς. Κεῖται δὲ καὶ ἀνήριθμος**), καὶ ἔστιν ὁ λόγος, οὐκ ἔσομαι ἀνάριθμος θρήνων . . .

303. Ἐγὼ δ' Ὀρέστην τῶνδε προςμένουσ' ἀεὶ
παυστῆρ' ἐφήξειν, ἡ τάλαιν' ἀπόλλυμαι.

Quod schol. annotavit:

γρ. ἐγὼ δ' Ὀ. προςμένουσ' ἀεί ποτε,

Wund. de schol. p. 37 adoptavit, scribens παυστῆρα τούτων omisso infinitivo. Sed idoneam ejus mutationis causam non attulit, et ποτέ plus semel adjiciebatur, ubi forte vox bisyllaba exciderat. Quod Wundero incredibile videri non debebat.

691. δρόμων, διαύλων, πεντάεθλ', ἃ νομίζεται.

Hoc schol. quoque habuit, quinque quinquertii certamina casu accusativo proferens. Mutarunt versum alii aliter, ejecit autem C. Lachmannus de mens. tragg. p. 45, ut tertiarum partium, quas constituisset, versus septenarium numerum efficerent.

706. ὁ δ' ὄγδοος λεύκιππος, Αἰνιὰν γένος.

Αἰνιάν editur e nonnullis libris et ex praecepto Stephani Byz. atque Eustathii, plurimi vero codd. Αἰνειάν vel Αἰνειᾶν praebent, neque aliter schol. legit, annotans: Λεύκιππος Αἰνειᾶν: Ἐμοὶ (adde οὐ) δοκεῖ ὄνομα εἶναι· (i. e. Λεύκιππος, quod in vett. edd. et in codd. nonnullis ut nomen proprium scriptum, ab Eustathio vero, quem editores afferunt, adjectivum

*) Recte C. G. Schneiderus ab Herm. laudatus emendavit ἀείνομος, quae aut conjectura erat, quamvis metro obstans, aut elegans quidem, sed libera interpretatio.

**) Ne hoc quidem metro satisfacit.

dictum est;) οὐδὲν γὰρ ἄτοπον ἐπίθετον εἶναι· ὄνομα γὰρ κύριον οὐ προτέθεικεν (scr. προςτέθ.) πρὸς τὸ τοῦ πράγματος ἀνεξέλεγκτον· ὅλη γὰρ ἡ διήγησις τοῦ ἀγῶνος πέπλασται· οἱ δὲ (scr. τὸ δὲ) Αἰνειᾶν, τῶν Θεσπρωτῶν ἢ Θρακῶν.

838. Χρυσοδέτοις ἕρκεσι κρυφθέντα γυναικῶν ἀπάταις.

Χρυσοδέτοις, ταῖς διὰ χρυσοῦ γενομέναις τέχναις, τοῦ δοθέντος Ἐριφύλῃ διὰ τὴν Ἀμφιαράου ἔξοδον, διὰ τὰς τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἀπάτας. Postrema verba ad γυν. ἀπάτ. pertinent, novamque glossam efficiunt, alias enim pro τῆς γυν. αὐτοῦ simpliciter αὐτῆς dici debebat. Quare punctum pone post ἔξοδον. Sequens deinde interpres, postquam ἕρκεσι explicuit, pergit: Τὸ δὲ γυναικῶν ἀπάταις .... Hoc vero ἀπάταις Brunckius, quem plerique secuti sunt, metri causa ut antiquam vocis ἕρκεσι glossam ejecit. Fortasse tamen in stropha anapaestum aliquis addere malit.

852. πανσύρτῳ παμμήνῳ πολλῶν .... ἀχέων.

Ita alii codd., alii Ἀχαίων. Atque illud schol. quoque habuit, annotans quum alia, tum. τῷ πανσύρτῳ τῶν πολλῶν ἀχέων. Praeclare autem Guil. Dindorfius, praeeunte partim Hermanno, αἰῶνι addidit.

860. Cf. §. praeced.

1075. Ἠλέκτρα, τὸν ἀεὶ πατρὸς
δειλαία στενάχουσ᾽ ....

Λείπει ἡ περί· περὶ τοῦ πατρὸς στενάχουσα, laudato Homeri versu. Alter porro interpres ait: Τὸ δὲ*) ἑξῆς· ἀεὶ τὸν τοῦ πατρὸς μόρον στενάχουσα· ἢ τὸν ἀεὶ εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον. Hunc enim alterum esse apparet substantivo μόρον relato ad genitivum, ad quem prior praepositionem supplevit. Prior igitur num τὸν ἀεί legerit non liquet, quod alter vero supplet, χρόνον, id suppleri non posse inter doctos nunc constare videtur. Nam Soph. Oed. Col. v. 1584 utique corruptus est, (cf. II. cap. I,) et Trach. v. 80 quoque ab Herm., Wund., Dind. corruptus putatur.

1084. Νώνυμνος codd. et schol. annotans: Νώνυμνος τῆς εὐκλείας .... Numeris satisfacit La pr., qui νώνυμος praebet; sed νώνυμον scribendum esse Theodorus Bergkius in Zimm. ann. phil. a. 1836. p. 48 contendit. At tum sententia et contorta et obscura foret.

---

*) δέ epitomatoris est.

1413. νῦν σε Μοῖρα καθαμερία φθίνει, φθίνει.

. . . . ἡ Μοῖρα εἰς φθορὰν καὶ ἐλάττωσιν τοῦ γένους ἄγει. — Ne φθίνει activam haberet vim, Hermannus plerisque assentientibus φθίνειν, φθίνειν conjecit.

1437. Δι' ὠτὸς ἂν παῦρά γ' ὡς ἠπίως ἐννέπειν
πρὸς ἄνδρα τόνδε συμφέροι.

Ὡς ἠπίως ἐννέπειν. γρ. Νηπίῳ (ed. Rom. Br. Elmsl. νηπίῳ). Ὡς ἂν μικρῶν παίδων ῥήματα, οὕτως αὐτῷ ἀφελῶς διαλέγεσθαι δεῖ, μὴ ἀνακαλύπτοντες (recte ed. Rom. et Br. —τας) εὐθέως τὸ γεγονὸς κατὰ τὸν οἶκον. Tum post aliud lemma annotatur:

Καθ' ὑπέρβατον· συμφέροι ἂν πρὸς τοῦτον τὸν ἄνδρα ὀλίγα δι' ὠτὸς ἐννέπειν, ὡς ἂν ἀνοήτῳ διαλεγόμενον. Quibus fortasse is, qui postremum scholium excerpsit, quum in codice non νηπίῳ, sed ἠπίως inveniret, annexit: λείπει δὲ καὶ τῷ λόγῳ, διαλεγόμενον τῷ νηπίῳ. Tum alter ille commentator pergit: Ἡ πρὸς αἰτιατικὴν μετακτέον· πρὸς τὸν ἄνδρα συμφέροι τοῦτον, ὡς πρὸς νήπιον ἐννέπειν, ὀλίγα διὰ τοῦ ὠτός . . . . Itaque posterior νηπίῳ (ον) legit, sed conjecit νήπιον, quare illi voci Νηπίω (ον) solum iota subscribendum est; νηπίως vero habuit is, qui annotavit: Μὴ ἀνατεταμένως φθέγγεσθαι, ἀλλ' ἐλαφρῶς, idemque adverbium sine dubio prior ille interpres habuit, qui ἀφελῶς usurpavit, vocis sensum accuratius verbis ὡς ἂν μικρῶν παίδων ῥήματα explicans. Frustra igitur Wund. in annot. crit. ad h. l. contendit, hunc νηπίων legisse.

AJAX.

33. Ulysses: τὰ δ' ἐκπέπληγμαι κοὐκ ἔχω μαθεῖν
ὅτου.

Neuius ex Lb. pr. et optt. codd. Suidae s. v. σημαίνομαι (i. e. Par. a. b. Leid. ed. Oxon.) et ex scholio: Οὐκ ἔχω ὅπως μάθω ποῦ ἐστιν, edidit ὅπου. Sed a ceteris ὅτου praefertur.

108. πρὸς κίον' ἑρκείου στέγης.

Ita nunc editur; sed libri omnes ἑρκίου habent, atque sic scholiasta, enarrans: Τοῦ περιφράγματος τῆς αὐλῆς, ἢ τῆς

τοῦ δώματος στέγης· ἕρκιον (Suid. ἑρκίον) γὰρ τὸ δῶμα. Hunc Suidas s. v. ἑρκεῖος Ζεὺς descripsit, in Sophoclis versibus, quos laudat, et ipse ἑρκίου scribens; ubi Bernhardius annotat: „continua ἑρκίον γὰρ τὸ δῶμα persuadent, ipsum Ἕρκιος στέγη olim ap. Suid. extitisse.“ Quare Suidas certe plenioris formae auctor appellari non debebat. Etiam in Eur. Tro. v. 17 Ζηνὸς Ἑρκίου ibidemque in v. 485 ἐφ' ἑρκίῳ πυρᾷ omnes codd. praebent. Itaque scholiastae nostro haec scribendi ratio, licet falsa esset, cum multis certe communis erat.

308. ἐν δ' ἐρειπίοις νεκρῶν ἐρειφθείς.

Schol. . . . ἐν δὲ τοῖς ἐριπίοις . . . . Ἐρειφθεὶς δὲ ἀ. τ. καταπεσών, ἐῤῥιμμένος· πάντα γὰρ τὰ ἐπὶ τὴν ἔραν πίπτοντα ἐρίπια καλοῦνται· καὶ αἱ ῥιπαὶ ἐνταῦθα (recte Suid. s. v. ἐριπίοις et ed. Rom. ἐντεῦθεν) καὶ τὰ ἐρίπια. Τινὲς δὲ ἐρεισθεὶς γράφουσιν, οἷον ἐπερεισάμενος. Hinc, qui scholia excerpsit, enotavit: γρ. ἐρεισθείς. Descriptum est scholium a Suida s. v. ἐριπίοις, ubi ἐριπίοις Bernh. edidit ex Graeviana codicis Leid. collatione atque ed. Oxon., quum praecederet ἐρίῳ atque sequeretur ἐρίπναι: eandemque lectionem idem Bernh. et Porsonus Suidae tribuunt in laudando nostro Sophoclis versu, etsi ibi Suidae libri omnes ἐρειπίοις praebent. Etiam Hesych. haec vocabula solo cum iota scribit, et complures grammatici in Etym. Gud. s. v. ἐρίπω laudati, et sic ap. Soph. deinde ἐριφθείς Dresd. a. et Jen., ἐῤῥιφθείς Γ. Suid. Zonar. p. 869. Itaque hoc quoque l. scholiastae cum multis certe aliis erraverunt. Ipsum autem scholium nostrum Didymi esse in Addendis conjeci.

360. σέ τοι μόνον δέδορκα ποιμένων ἐπαρκέσοντ',
ἀλλά με συνδάϊξον.

Ita codd. et vetus interpres, annotans: Ὑπηρετήσοντα. Sed elegantissime Herm. in censura Ajacis Wunderianae saepe a nobis laudata (in Zimm. ann. phil. a. 1838) conjecit ἐπάρκεσιν, etsi ipse confessus, vulgatam lectionem Lobeckii ratione posse defendi.

384. Schol. ἴδοιμι αὐτὸν …. Idemque ad v. 386: τοῦτο· δὲ πρὸς τὸ Ἴδοιμί νιν, καίπερ ὧδ' ἀτώμενος. Quae omnium codicum interpolatione Triclinii liberorum est scriptura. Metri autem, quod inest, vitium alii aliter emendarunt.

515. σὺ γάρ μοι πατρίδ' ᾔστωσας δορί,
καὶ μητέρ'· ἀλλ' ἡ μοῖρα τὸν φύσαντά με
καθεῖλεν.

Ita pro κ. μητέρ' ἄλλη μ. τὸν φύσαντά τε et codd. et schol, annotans: ὡς τούτου ἰδίῳ θανάτῳ τετελευτηκότος.

601. Ἰδαίᾳ μίμνω λειμωνίᾳ ποίᾳ μήλων
ἀνήριθμος αἰὲν εὐνόμᾳ
χρόνῳ τρυχόμενος.

Haec corrupta codicum est scriptura, eandemque respexit commentator, annotans: *Εὐνόμᾳ δὲ, ἤτοι τῷ εὐνομουμένῳ καὶ δικαίῳ* (i. e. *χρόνῳ*)· *ἢ εὐνόμᾳ λειμῶνι, τῷ καλὰς νομὰς ἔχοντι*. Putavit igitur vocem *εὐνόμης* adjectivum esse et significare i. q. *εὔνομος*. Idem vel recentiores quidam censuerunt. Explicuit autem per *εὐνόμᾳ λειμῶνι* verba *λειμωνίᾳ ποίᾳ εὐνόμᾳ*, quare frustra Herm. conjecit eum *λειμῶνι* legisse; *εὐνομῷ* denique, quod e scholiis affertur, sola editionis Romanae corruptio est. Hic autem interpres quum dicat, *εὐνόμᾳ* sive ad *χρόνῳ* sive ad *ποίᾳ* referendum esse, sequens enarrator adjectivum illud ad *χρόνῳ* refert; ait enim: *Τὸ δὲ ἑξῆς· .... αἰὲν εὐνόμᾳ χρόνῳ τρυχόμενος Ἰδαίᾳ μίμνω λειμωνίᾳ ποίᾳ μήλων ἀνήριθμος . . , . Ἰδαίᾳ δὲ, οἷον ἐν τῷ τῆς Ἴδης χωρίῳ τοῖς χλοεροῖς καὶ λειμῶνας ἔχουσι καὶ ποίμνας διάγων.* Ubi ne quis forte *τῷ χλοερῷ . . . . ἔχοντι* emendet, moneo dativum a neutro *τὰ χλοερά* ducendum esse, verbaque codicum ita a commentatore esse intellecta: Maneo in Idaeis, in pecudis gramine pratensi.

618. τὰ πρὶν δ᾽ ἔργα χεροῖν
μεγίστας ἀρετᾶς . . . .

Τὰ δὲ πρότερα μέγιστα τῆς ἀρετῆς τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἔργα . . . . Legit igitur obstante metro *μέγιστ᾽* cum *Γ. Θ.* Dresd. a. Ven. Suida.

758. Τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόνητα σώματα
πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυςπραξίαις
ἔφασχ᾽ ὁ μάντις (Κάλχας), ὅστις ἀνθρώπου φύσιν
βλαστὼν ἔπειτα μὴ κατ᾽ ἄνθρωπον φρονεῖ.

Locutus est Calchas de Ajace, viro superbo quidem parumque sui temperante, sed qui inutilis aut nullius pretii homo minime appellari poterat. Quare toto animo cum Vauvill. Bothio, Wundero lectionem Suidae s. v. *τὰ γάρ*: *κἀνόητα* amplector, licet Stob., Eustath., ipse Suid. s. v. *ἀνόνητα* (ubi sola ed. Mediol. *κἀνόητα* praebet), denique scholium: *τὰ παρέλκοντα καὶ ἀχρήσιμα*, refragentur. Neque quod subsequitur scholium: *καὶ πέρα τοῦ μέτρου, τὰ χωρὶς δικαίου*, ad *ἀνόητα*, sed ad *περισσά* pertinet, quare ibi pro *καί* scr. *Τά*, puncto ante eam vocem posito. Nominabatur autem *ἄνους* is, qui diis cedere ac se submittere nolebat, velut de ipso Ajace dicitur v. 762:

κεῖνος δ' ἀπ' οἴκων εὐθὺς ἐξορμώμενος
ἄνους . . . . εὑρέθη,
et 765: *ὁ δ' ὑψικόμπως κἀφρόνως ἠμείψατο.*

Idemque h. l. sine dubio *περισσά* significat, ut jam schol. cognovit. Neque aliud se voluisse ipse Sophocles verbis *ὅστις* et seqq. declarat.

1103. *οὐδ' ἔσθ' ὅπου σοὶ τόνδε κοσμῆσαι πλέον*
ἀρχῆς ἔκειτο θεσμὸς, ἢ καὶ τῷδε σέ.

Schol. *γρ. ἢ καὶ τοῦδέ σοι,* „quasi in praecedente“ versu, inquit Lob., „legeretur *σὲ τῷδε.*“

1223. Teucer. *Καὶ μὴν ἰδὼν ἔσπευσα τὸν στρατηλάτην*
. . . . δεῦρο . . . . δρώμενον.

Ὁ Τεῦκρος ἀκηκοὼς ἥκειν τὸν Ἀγαμέμνονα, ἥκει μετὰ σπουδῆς. Schol. igitur videtur *κλύων* legisse pro *ἰδών,* quamvis perperam, siquidem Teucer Agamemnonem venire non tam audivit, quam procul vidit.

1295. Teucer, postquam Agamemnoni patrem exprobravit, ait:
αὐτὸς δὲ μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης.

Ubi schol. *γρ. αὖθις* inquit. At hoc est i. q. denuo, iterum, appositionis vero particulae sunt *αὖ* et *αὖτε.* Sed proclivis erat error, siquidem saepissime *αὖτις* a librariis pro *αὖθις* ponebatur. Cf. Soph. Oed. Col. 234. 1437. El. 64. Phil. 127. 541. schol. Oed. Col. 504 in fragm. Soph. Triptolemi, Eur. Iph. Aul. 1011. Iph. Taur. 575. 737. 762. 1277. Bacch. 1008. Arist. Eccles. 983. alia. Sed simillimum hujus corruptionis exemplum videtur Phil. versu 496 praeberi. Ibi enim, ut nostro loco *αὖθις* ex *αὐτός* ortum est, *αὐτόστολον* ni fallor ex verbis *αὖτις στόλον* prodiit. Ait ibi Philoctetes:

ἔστελλον αὐτὸν (patrem) . . . . .
αὐτόστολον πέμψαντά μ' ἐκσῶσαι δόμοις.

Sed ut omittam, quod *αὐτόστολος* alias non inveniatur, cur tandem, quaeso, patrem ipsum Philoctetes venire voluit, longaevum illum senem? Cur mittenda navi contentus non erat? Vitus Winshemius autem non vulgatam vocem, sed ipsam, quam desideramus, sententiam vertit: „ut missa certa navi me reduceret.“

Jam verbis *αὖθις στόλον* repositis omnia bene procedunt; *αὖθις* enim saepissime est i. q. rursus, i. e. retro, *στόλον* autem interdum vel unam navem significare notum est. Cf. Apoll. Rhod. Arg. I. 704 c. schol. Nimirum omnino expeditio est. Sed ut redeam, unde digressus sum, Teucer nostro Ajacis loco pergit:

ἐφ' ᾗ
λαβὼν ἐπακτὸν ἄνδρ' ὁ φιτύσας πατὴρ,
ἐφῆκεν ἔλλοῖς ἰχθύσιν διαφθοράν.

Haec quum codd. habent, tum schol., Aeropen a patre Nauplio in mare dejectam esse narrans. At Wunderus, assentiente G. Hermanno in Zimm. ann. phil. a. 1838. p. 418, monuit, neque Aeropam in mare dejectam ibique mortuam (*διαφθοράν*) Atreo nubere potuisse, neque *ἐπακτὸν ἄνδρα* esse, nisi jam nuptae mulieris corruptorem. Tum verbis illis adulterum potius in mare demersum dici Bothius atque Hermannus cognoverunt; huic tamen narrationi ceteri fabulae auctores contradicunt. Itaque summo jure Hermannus l. l. Wunderum probavit, qui e scholiis Euripidis et ex Libanio fabulam ab Sophocle ipso alibi narratam, qua Atreus conjugem a Thyeste laesam in mare dejecisset, huc rettulit. Sic igitur Hermannus versum complevit:

πατὴρ
σὲ σόν τ' ἀδελφὸν, τὴν μιάστειραν λέχους
ἐφῆκεν . . . . .

addito objecto ad participium *φιτύσας*, aperte ne hoc ad mulieris referretur patrem. Sed quis totum versum adjiciat, si alia medela praesto sit? Scribo igitur *σ' ἀνὴρ* pro *πατὴρ* et *ἧκέν νιν* pro *ἐφῆκεν*, quae potest glossa fuisse propter praepositionem *ἐφ'* ad *ἧκεν* adscripta et pronomini videtur interitum parasse. Habemus igitur jam haec:

ἐφ' ᾗ — λαβὼν ἐπακτὸν ἄνδρ' ὁ φιτύσας σ' ἀνὴρ,
ἧκεν νιν ἔλλοῖς ἰχθύσιν διαφθοράν.

In repetito subst. *ἀνὴρ* haerendum esse non videtur. Minime enim delicati erant Graeci in talibus repetitionibus.

TRACHINIAE.

267. *Φωνεῖ δὲ (Εὔρυτος), δοῦλος ἀνδρὸς ὡς ἐλευθέρου (Εὐρυσθέως)*
ῥαίοιτο (ὁ Ἡρακλῆς).

Schol.: *ὡς ὑπὸ ἐλευθέρου ἀνδρὸς ὑβρίζοιτο.* Hic igitur cum libris omnibus scripturam habuit, quam primus Wunderus corruptam esse et cognovit et demonstravit, quamquam ex multis, quae affert, argumentis id unum alicujus ponderis esse credo, quod

ἀνδρὸς ἐλ. neque a subst. *δοῦλος* pendere possit, quoniam servis semper heri fuerint ingenui, — neque vero a verbo *ῥαίοιτο*, siquidem Herculi ignominiae verti non potuerit, quod ingenuum herum, sed quod herum habeat. Quamobrem Wunderus scripsit: *Ὡρεὶ δὲ δ. ἀ. ἀντ' ἐ.* Sed et lenius et aptius videtur emendare, duabus tantum litteris mutatis:

δοῦλος ἀνδρὸς ὡς ἐκ δευτέρου ῥαίοιτο,

i. e. dicit, quomodo Hercules servus ab homine inferiore minusque forti frangi se patiatur. *Δεύτερος* ita in O. C. 351. 1228. Phil. 1442 al.

383. *Ὄλοιντο μή τι πάντες οἱ κακοὶ, τὰ δὲ λαθραῖ' ὃς ἀσκεῖ μὴ πρέποντ' αὐτῷ κακά.*

Ὄλοιντο μὴ πάντες ἄνθρωποι, ἀλλ' οἱ κακοὶ καὶ ὅσοι μηχανῶνται λάθρα καὶ κακούργους λόγους ἑαυτοῖς συντιθέασιν. Hoc scholium ad poëtae verba non quadrat. Legit sine dubio interpres:

μή τι πάντες, οἱ κακοὶ δὲ καὶ . . .

sed male. Nam quis chorum credat omnibus hominibus velle mala imprecari? Hoc igitur ne negare quidem debebat. Hermannus porro scholiastam *αὑτῷ* habuisse conjecit, sed hoc concludi posse recte Dind. negavit; quid enim? Nonne licebat grammatico, pronomen *αὐτῷ*, quum ad subjectum pertineret, reddere reflexivo?

550. *φοβοῦμαι, μὴ πόσις μὲν Ἡρακλῆς ἐμὸς καλεῖται, τῆς νεωτέρας δ' ἀνήρ.*

Jure hoc fere omnes ex La. Lb. Harl. Junt. 2 receperunt, etsi plurimi codd. et schol. enarrans: *δέδοικα . . . μὴ . . . πόσις ἐμὸς κληθῇ* . . . habent *καλῆται*.

660. *Ὅθεν μόλοι πανάμερος,*
τᾶς πειθοῦς παγχρίστῳ
συγκραθεὶς ἐπὶ προφάσει θηρός.

Haec et in libris omnibus sunt et quum aliis scholiis, tum hoc significantur: *τὴν σήμερον ἡμέραν ἔλθοι, τῷ πέπλῳ τῆς πειθοῦς θελχθεὶς, ἐκ προφάσεως τοῦ Νέσου κατεσκευασμένῳ.* Dindorfius tamen in annott. Oxon. et Wund., consentiente nunc, ut hic affirmat, etiam Hermanno, hos versus corruptos esse censent.

746. *αὐτὸς . . . . ἐν ὄμμασιν*
. . . . δεδορκὼς, καὶ κατὰ γλῶσσαν κλύων.

Τὰ μὲν ἑώρακα πάσχοντος, τὰ δὲ ἀνοιμώζοντος ἤκουσα .... *Δ. τ. ἀνοιμώξαντος αὐτοῦ κατὰ τὴν γλῶσσαν.* Concinit igitur commentator cum corrupta omnium fere codicum scriptura, pro qua merito ex marg. La et ex Par. h. *κοὐ* receptum est.

833. πλευρῷ προςτακέντος ἰοῦ.

Dativum libri praebent, atque recentior scholiasta, qui etiam φονίᾳ νεφέλᾳ legit, quum prior recte φονία νεφέλα interpretatus esset. Cf. II. cap. 6. Sed vetustior hic utrum dativum legerit, an non, haud apparet. Ubique tamen recte πλευρά emendatur: nam v. ithyphall. c. basi sine anacrusi insolentissimus est, in antistropha autem tetrapodia troch. legitur.

883. Cf. II. cap. 2.

995. θυμάτων, quod Herm. primus ejecit, schol. metro obstante, sicut omnes codd., habuit.

1159. Ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι....

La. πρόσφατον*), Junt. 2. πρόσφαντον. Idem vetus interpres invenit, quamquam ipse mirans: Προςμεμαντευμένον, προειρημένον ὑπὸ τοῦ Διός. Οὕτω διὰ τοῦ**) σ ἐν τῇ τραγικῇ λέξει. Scilicet constanter a librariis πρός et πρό permutatur.

PHILOCTETA.

2. Lemni ἀκτὴ dicitur ἄστειπτος. Quod in La. Γ. scholiis est, ἄστιπτος, soli Dind. et Wund., sed infeliciter, tuiti sunt. Ita etiam in Oed. Col. 467 boni libri et scholia mendose κατέστιψας pro κατέστειψας praebent. Cf. II. cap. 6.

202. προὐφάνη κτύπος
ἀνδρὸς σύντροφος, ὡς τειρομένου (του).

Hoc τού, quod metro postulatur, libris vero omnibus deest, ne scholiastae quidem erat, annotanti: φωνῆς τῆς συντραφείσης αὐτῷ . . . . ὡς κατὰ τὸ σύνηθες αὐτοῦ τειρομένου.

217. Cf. II. cap. I.

701. 705. Cf. II. cap. I.

863. Si recte Dind. et Herm. judicarunt, metra h. l. esse dactylica, pro ἐμᾷ φροντίδι, quod libri praebent et scholiasta per τῇ ἐμῇ φροντίδι interpretatur, recte illi ἀμᾷ scribunt.

---

*) Dicit hoc Elmsl. in nota ad scholia nostra, omisit vero Gaisford. in edit. Soph.

**) Ita Neue pro τό.

1047. *Πόλλ' ἂν λέγειν ἔχοιμι πρὸς τὰ τοῦδ' ἔπη,*
εἴ μοι παρείκοι· νῦν δ' ἑνὸς κρατῶ λόγου.
οὐ γὰρ τοιούτων δεῖ, τοιοῦτός εἰμ' ἐγώ.

Τοιούτων, hominum dolosorum. Scholiasta vero haec non legit, quum enarraret: *νῦν δὲ σιωπῶ . . . ὅπου τοιούτων δεῖ τῶν σιωπώντων*. Habuit hic, nisi fallor, *ἐμοῦ* pro *ἑνός*, hoc sensu: nunc vero vinco, reprimo orationem meam, velut Soph. El. 1175 ait: *κρατεῖν γὰρ οὐκέτι γλώσσης σθένω*, et Eur. Hel. 1388. *κρατοῦντα στόματος*. — Fortasse etiam violato metro ille legit: *νῦν δ' οὐδενὸς κρατῶ λόγου*. Utique tamen, quum aliquid certe Ulysses Philoctetae respondeat, vulgata verba praestant.

1092. Interpretes Graeci, plane ut omnes codd., ineptam habent lectionem:

εἴθ' αἰθέρος ἄνω
πτωκάδες ὀξυτόνου διὰ πνεύματος
ἕλωσ' ἔμ', (cf. II. cap. 1)

nisi quod illi etiam *πτωχάδες, πρωτάδες, δρομάδες* afferunt. Quod praeterea ibi legitur *πτώκαδες* tam absurdum est, ut recte ab editore Rom. et Dind. omissum esse videatur: corruptum autem hoc esse e sequente voce *πτώκαδες* (ab ipso codicis La librario,) jam Dind. monuit. Illi igitur versus ab aliis aliter emendantur, ab Herm. in retractt. ita:

ὅθ' αὗταί γ' ἄνω . . .

Fortasse vero scribendum est:

ὅθ' αἱ θῆρες ἄνω,

et in antistr. v. 1113 pro verbis *ἰδοίμαν δέ νιν* ita:

ἰδοίμαν δ' ἔτι νιν.

Nam choriambus praemisso iambo versibus glyconeis atque dactylicis, quae hic leguntur, multo melius respondent, quam singularis v. dochm. — *Θήρ* porro h. l. feminini est generis, quum poëtae animo *ἡ ὄρνις* obversetur; eaque vox, ut h. l., aves simul complectitur in Soph. fragm. inc. 23. 12, ubi, postquam poëta Venerem et piscibus et quadrupedibus et avibus inesse dixit, jam omnia comprehendens pergit:

ἐν θηρσὶν, ἐν θεοῖσιν, ἐν βροτοῖς ἄνω.

Illud igitur si restituerimus, adjectivum *πτωκάδες*, quod alias insolentissime foret usurpatum, jam habebit, quo referatur.

1096. *ἐπεὶ οὐκ ἄλλοθεν ἔχῃ τύχᾳ τᾷδ' ἀπὸ μείζονος.*
Hanc codicum omnium lectionem numeris non consentaneam etiam scholiasta noster interpretatur: *οὐκ ἀπό τινος ταύτῃ τῇ τύχῃ ἐνέχῃ ἀπὸ μείζονος σοῦ.*

OEDIPUS REX.

159. *Πρῶτα σὲ κεκλόμενος, θύγατερ Διός.*

La pr. violato metro *πρώταν σε*, quod ineptam variam scripturam ibidem annotatam, *γρ. πρώταν γε*, explanat.

205. Pro *ἀδάματ'*, quod numeris flagitatur, commentator cum omnibus libris *ἀδάμαστ'* habuit, ad 203 annotans: *τὰ σὰ βέλη, τὰ ἀδάμαστα* ....

230. *Εἰ δ' αὖ τις ἄλλον οἶδεν ἐξ ἄλλης χθονὸς* ....

Huc spectat scholium: *Εἰ δὲ ξένον τις οἶδεν τὸν φονέα*: idemque libri praebent, etsi vix defendi potest. Cf. interpp. Elmslejus quidem in scholio scribit *ξένος* et ap. Sophoclem inde *ἄλλος* emendat, — at hoc summam sapit audaciam.

248. Ad *ἄμοιρον*, quod numeris adversantibus libri pro *ἄμορον* praebent, spectat etiam scholium: *ἤτοι κακόμοιρον, ἢ μηδενὸς τῶν νενομισμένων μετειληφότα* ....

332. *ἐγώ τ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγυνῶ.*

Hanc plurimorum codd. scripturam schol. sic interpretatur: *ἑαυτὸν ἀλγυνεῖν**) *ἔφη, ἴσως ἐπιστάμενος ὅτι κακῶς ἀκούσεται ὑπ' αὐτοῦ ἀπιστούμενος.* Sed ex nonnullis libris et Athenaeo recte restitutum est *ἐγὼ οὔτ'*.

376. Tires. *Οὐ γάρ με μοῖρα πρός γε σοῦ πεσεῖν, ἐπεὶ*
ἱκανὸς Ἀπόλλων, ᾧ τάδ' ἐκπρᾶξαι μέλει.

Ita codd. et schol. ad *ἱκανός* annotans: *ἀ. τ. τὰ κατ' ἐμέ ἐκδικῆσαι*, quod frustra a Schneidero Bothioque defenditur. Ceteri omnes emendant: ... *γάρ σε* ... *γ' ἐμοῦ* ...

511. *Τῷ ἀπ' ἐμᾶς φρενὸς οὔποτ' ὀφλήσει κακίαν.*

Schol. *Λείπει τὸ ἕνεκα.* Qui videtur male *τοῦ* legisse.

597. Codd. *Νῦν οἱ σέθεν χρήζοντες ἐκκαλοῦσί με.*

Hoc schol. per *προκαλοῦσι* interpretatur, sed verisimillima Dindorfii conjectura est, quam Wund. quoque recepit, *αἰκάλλουσι.*

1025. *Οἰδ. Σὺ δ' ἐμπολήσας ἢ τεκών μ' αὐτῷ δίδως;*
Ἄγγελος. Εὑρὼν ....

---

*) In codice accentus deest. Elmsl. *ἀλγύνειν* edidit, at futurum restituendum esse, sequens *ἀκούσεται* ostendit.

Quia nuntius jam v. 1020 se Oedipi patrem esse negaverat, a plurimis editoribus ex conj. Foertschii *τυχών*, quod vel responso nuntii commendatur, receptum est. Retinetur quidem vulgatum verbum in Donneri versione Germana, cujus censor Staegerus in Jahnii ann. phil. et paed. a. 1840. p. 70 sqq. Oedipum ita censuit periclitari voluisse, num nuntius ipsi constaret. At, ut alia omittam, quis, quaeso, sapiens homo nuntium cogitet responsi, quod quattuor versibus ante dederat, oblivisci potuisse? — Sed falsam vocem etiam interpres habuit, cujus scholium ad v. 1023 adscriptum: *Ἴδιον τῶν ἐν παραδόξοις ἀκούσμασι, τὸ αὐτὸ πολλάκις ἀπερωτᾶν*, aperte ad *τεκών* pertinet. Tum ad *ἐμπολήσας* annotat: *ἀγοράσας· δηλοῖ δὲ ἡ λέξις καὶ τὸ εὑρών.* Quam significationem illo in verbo non quaesivisset, si *τυχών* habuisset.

1136. *τρεῖς ὅλους*
ἐξ ἦρος εἰς ἀρκτοῦρον ἐμμήνους χρόνους.

Per hoc tempus pastores una greges compulisse dicuntur; schol. autem ait: *ἐμμήνους δὲ, τοὺς ἐν μησὶν ὁριζομένους, οὐκ ἐνιαυτοῖς.* Sed quum neque haec interpretatio, neque Staegeri in Jahnii ann. phil. et p. vol. 30. 1. p. 75. a. 1840 prolata, neque ulla alia adhuc proposita probari possit, jure paene omnes ad Porsoni Schaeferique emendationem *ἐκμήνους*, postea codice Trinit., qui *ἐκμήνους* praebet, confirmatam confugiunt.

1196. *βροτῶν οὐδὲν μακαρίζω* metri causa e conj. est repositum; codd. et schol. annotans *οὐδένα μακαρίζω . . .*, habent *οὐδένα*.

ANTIGONA.

108. *ὀξυτόρῳ κινήσασα χαλινῷ*

in optt. codd. legitur. Quod aptissimum est, dum ne forte de frenis lupatis cogites, — nam hanc explicationem Herm. refutavit, — sed de strepitu habenarum accelerandi causa concussarum*), velut eandem ob rem *μάστιγα* Homerus in Il. 11. 532 al. *λι-*

---

*) Cf. Soph. El. 712: *ἡνίας χεροῖν ἔσεισαν.*

γυρήν appellat. Ὀξυτόρος autem sonus magnus dici potest aeque bene, atque τορός, διατόρος*).

Sed schol. cum compluribus libris habuit ὀξυτέρῳ, ad v. 103 annotans: .... ὀξυτέρῳ κινήσασα χαλινῷ φυγάδα: ad v. 108. Ὀξεῖ et deinde: ... διὰ τὴν ὀξυτέραν φυγήν. Quam lectionem plerique quidem praetulerunt; sed et celeres habenae offendunt, minime enim aptum est hoc epitheton, et exquisitior vox facile vulgariore expelli poterat, non contra, et comparativum pro positivo Sophocles alias non usurpavit. Nam quod Wexius, ut comparativum tueatur, hostes ait celerius aufugisse, quam advenisse, Emperius autem in ann. phil. et paed. a. 1842. vol. 34. 1. p. 69, Argivos noctu recessisse, surgente vero sole ob majus periculum celerius se proripuisse, haec in verbis non insunt.

154. Βακχεῖος, quod schol. et omn. codd. habent, metri causa in Βάκχιος mutatur.

207. . κοὔποτ' ἔκ γ' ἐμοῦ
τιμὴν προέξουσ' οἱ κακοὶ τῶν ἐνδίκων.

Minus bene schol. γρ. ἐξ ἐμοῦ, quod in Livin. v. legitur.

340. ἰλλομένων ἀρότρων ἔτος εἰς ἔτος.

Par. A. ἔτος ἐξ ἔτους: et sic schol.: Καὶ περικυκλούντων τῶν ἀρότρων ἔτος ἐξ ἔτους, quod non recte Musgr. praetulit.

357. Codd. αἴθρια, quod. schol. per ψυχρά interpretatur. Sed metro quum non satisfiat, plerique illam vocem immutant, quam tuetur Hermannus, vocabulum excidisse censens. Hoc si verum est, lectio illa commentatoris falsis adnumeranda non est.

486. Ἀλλ' εἴτ' ἀδελφῆς, εἴθ' ὁμαιμονεστέρας
τοῦ παντὸς ἡμῖν Ζηνὸς ἑρκίου κυρεῖ ....

Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ τοῦ παντὸς ἡμῖν Ζηνὸς ἑρκίου κυρεῖ .... εἴτε ἐξ ἀδελφῆς, εἴτε οἰκειοτέρας καὶ συγγενικωτέρας πάντων τῶν οἰκείων ...., Nunc ex Eustath. et cod. Lb. ἑρκείου, ex La, ubi ς est erasum, et marg. Turn. ὁμαιμονεστέρα scribitur.

688. Libri: Σοὶ sive σοῦ δ' οὖν πέφυκα πάντα προσκοπεῖν, ὅσα
πράσσει τις ....

---

*) Ipsum nostrum adj., quod omnino rarissimum est, sonum significat ap. Suid. s. v. διάτορον (scr. διατόρον), quam explicat: ἐξάκουστον, ὀξύτερον, μεγαλόφωνον. Ubi aperte scripsit ὀξυτόρον.

Herm. et Bothius receperunt, quod praebet scholium: *γρ. σὺ δ' οὐ πέφυκας*, refragante tamen verbi *προσκοπεῖν* praepositione, ut recte Wexius monet.

697. . . . *ἄθαπτον μήθ' ὑπ' ὠμηστῶν κυνῶν εἴασ' ὀλέσθαι, μήθ' ὑπ' οἰωνῶν τινος.*

Schol. *γρ. λύκων*. Quarum lectionum utram reciperet, Wunderus de schol. p. 17 dubitare non debebat.

816. *ἀλλ' Ἀχέροντι νυμφεύσω.*

Schol. annotans: *Λείπει θύραις ἢ κοίταις*, fort. *Ἀχέροντος* legit.

972. *ἕλκος — τυφλωθὲν ἐξ ἀγρίας δάμαρτος,*
ἀλαὸν ἀλαστόροισιν ὀμμάτων κύκλοις
*ἀραχθὲν ἐγχέων**) *ὑφ' αἱματηραῖς*
χείρεσσι καὶ κερκίδων ἀκμαῖσι.

Corruptam hanc librorum scripturam schol. quoque habuit, quamquam ne ipse quidem integer servatus. Nam cod. praebet: 975. *Ἀ. τ. τυφλωθέν. Ἀραχθὲν ἐγχέων: Ἀραχθὲν αἱματηραῖς χείρεσσιν, ὑπ' ἐγχέων καὶ κερκίδων ἀκμαῖς, τουτέστι γυναικείαις. — Ὀξύτησι.* — Quae Herm. audacter ita emendat: *τυφλωθέν, ἀ. τ. ἀραχθέν, αἱματηραῖς χείρεσσι, καὶ οὐχ ὑπ' ἐγχέων, καὶ κ. ἀ., τοῖς γυναικείοις ὀργάνοις.* Respondit viro summo jam A. Boeckhius de Antig. II. p. 93. Sufficit autem conjungere *γυνεικείαις ὀξύτησι*, et glossam *Ἀ. τ. τυφλωθέν* praecedentibus verbis praeponere, ita ut scholio: *Ἀ. τ. τυφλωθὲν τοῖς ἄλαστα πεπονθόσιν, ἢ τοῖς δυςτυχέσι κύκλοις τῶν ὀμμάτων*, idem significetur atque breviore illa annotatione: *Τὸ ἑξῆς· τυφλωθὲν ὀμμάτων κύκλοις.* Sed aperte interpres noster *ὑφ'* legit, sententiamque sic construxit: *ἀραχθὲν ὑπ' ἐγχέων καὶ ἀκμαῖσι κερκίδων*, adjecta ad *ἐγχέων* epexegesi: *αἱματηραῖς χείρεσσι*, i. e. per manus sanguineas.

1111. *Ἐγὼ δ', ἐπειδὴ δόξα τῇδ' ἐπεστράφη . . .*

δόξᾳ τῇδ' ἐπεστράφην La. Lb. schol. annotans: *δοκήσει μετεστράφην: ἐπεστράφην* etiam Par. f. et Aug. b. Cett. codd. rectam scripturam praebent.

---

*) Palmaria C. Lachmanni est emendatio: *ἀραχθέντων*, licet obloquatur Ed. Wunderus de Lob. edit. Aj. (Lps. 1837) p. 65—68.

OEDIPUS COLONEUS.

84. *Ὦ πότνιαι δεινῶπες.*

Scholio: *Τὸ ἐντελὲς ὦ πότνιαι*, merito editor Rom. assentiente Dindorfio *ὦ πότνι᾽, ὦ δεινῶπες* praefixit.

150. *ἀλαῶν ὀμμάτων*
ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος δυςαίων,
μακραίων θ᾽ ὡς ἐπεικάσαι;

Ita cod. Vat. et schol. dicens: *Δυςτυχὴς καὶ γέρων εἶ, ὡς ἔστι τὸ* (*τὸ* om. cum ed. Rom.) *στοχάσασθαι ἀπὸ τοῦ εἴδους . . . Ἆρα πηρὸς ἦσθα καὶ τοιοῦτος ἐγεννήθης*; Cett. codd. *τέ θ᾽*. Et *θ᾽* recepit. Br., sed hoc quum defendi nequeat aut omittendum est cum Wundero, aut cum Hermanno mutandum in *γ᾽*. Neque enim conjicere poterant, sed suis oculis videbant, Oedipum esse senem. Tum metri causa omnes e Bothii emendatione *ὅσ᾽* scribunt. Denique vetus interpres non, ut recentiores, *δυς. μακρ.* incisis includit, totamque sententiam interrogandi signo terminat, sed interr. signum post *φυτάλμ.* et punctum post *ἐπεικ.* ponit, ad *δυςαίων* atque *μακραίων* supplens *εἶ*. Quare qui scholia excerpsit, annotavit *Λείπει τὸ εἶ*, ubi frustra Elmsl. *ὡς* pro *εἶ* scribit.

198. Libri violato metro:

ἐν ἀσυχίᾳ
βάσει βάσιν ἁρμόσαι.

Scribitur nunc *ἁσυχαίᾳ*, sed illud habuit schol., substantivum per *ἐφ᾽ ἡσυχίας* explicans.

220. *ξένος δὲ τοῦ πραχθέντος· οὐ γὰρ ἂν μακρὰν*
ἴχνευον αὐτὸς, μὴ οὐκ ἔχων τι σύμβολον.

Sententiam hanc rectissime jam Herm. explanavit; inepte vetus interpres commentatur: *οὐ γὰρ ἂν, φ., τοσούτου ὄντος τοῦ χρόνου τοῦ μεταξὺ, ἀνεζήτουν τὸ πρᾶγμα, εἰ μὴ ᾔδειν καταληψόμενος.* Quem J. F. Martinus in progr. Posnan. a. 1832. p. 16. dicit *αὐτό* legisse, idque vix potest negari. Neque enim in interpretatione *αὐτός* commemoratur, neque aptum esset genus masculinum ad eam, quam schol. esse voluit, sententiam, et additur *τὸ πρᾶγμα*. Atque praebent *αὐτό* La. Lb. Par. b., pro var. lect. *Γ*, *αὐτῷ Δ*; praetulitque *αὐτό* Neuius, unice etiam rectum id esse magno sudore Martinus l. l. ostendere conatur. Hunc tamen, quum ita fere enarret: Hospes sum, „alioquin enim“ pro mea sagacitate „non diu investigarem, quin haberem sive deprehenderem aliquod judicium, i. e. brevi aliquod

deprehenderem judicium," hunc igitur multis refutare opus esse non arbitror.

243. οὐκ ἀλαοῖς προσορωμένα
ὄμμα. σὸν ὄμμασιν.

Merito hoc ex nonnullis codd. repositum est pro οὐ καλοῖς, quod in plurimis est libris atque in scholio: οὐ καλοῖς ὄμμασιν ὁρῶσα τὸ σὸν ὄμμα.

268. Interpres noster cum codd. omn. habuit χρεῖ' ἦ pro χρείη, improbans simul scripturam χρεὶ' ἦ, quae alias in codd. passim invenitur.

328. Ἰσμήνη. Ὦ δυςάθλιαι τροφαί.
Οἰδίπους. Τέκνον, πέφηνας;
Ἰσμ. Οὐκ ἄνευ μόχθου γέ μοι.
Οἰδ. Πρόςψαυσον, ὦ παῖ.
Ἰσμ. Θιγγάνω δυοῖν ὁμοῦ.
Οἰδ. Ἦ τῆςδε κἀμοῦ;
Ἰσμ. Δυςμόρου δ' ἐμοῦ τρίτης.

Hancce librorum scripturam schol. quoque habuit, commentans: Ἰδιαζόντως δὲ εἶπεν, ὡς ἑαυτῆς τρίτης θιγγάνει, εἰ μὴ ἄρα πρὸς τὸ δυςάθλιαι*) ὑπήντηκεν. Qui verba δυςμόρου et q. s. ratus est ad ὦ δυς. τροφαί pertinere posse, quamvis duobus versibus interpositis. Frustra autem vulgatam lectionem H. Paldamus in Zimm. ann. phil. a. 1838. p. 1138 defendit, vertens: „Num hancce meque complecteris? — Verum enimvero me insuper misera exstante; i. e. ita vos complector, ut tertia sim misera." Addit vir doctiss. Oedipum moneri, ne alterius filiae obliviscatur. At neque admonitio ista ipsam decet Ismenam, et Oedipi interrogatio admodum est languida atque otiosa. Quare melius certe alii auctore Musgravio versum 331 post 329 collocant; sed tum quaestio illa non minus languet, neque minus senis prodit simplicitatem. Quam enim frigidum hoc est: Num me et Antigonam miseros dicis? — Multo igitur aptior Marklandi est conjectura, ὦ pro ἦ scribendum esse, quae vel simplicitate commendatur. Cui Hermannus non debebat opponere, Oedipum tunc quidem non potuisse neglecta Ismena se tantum atque Antigonam deplorare. Nam postquam Ismena dixit, se patrem atque sororem amplecti, quid magis est consentaneum, quam queri miserum senem, quot malis ipsi, quos illa complectatur, fuerint obnoxii? At non vos soli, inquit Ismena, sed ego quoque infelix sum.

---

*) Cf. II. cap. 2.

Similem viam iniit Wilkius in conjectt. ad Oedip. Col. p. 19, ἤ in ἕ mutans. Sed immemor erat, ἕ semper repeti, nunquam solum poni. Tum idem, sed, ut videtur, frustra, δέ post δυςμόρου positum defendit, pro qua particula omnes paene editores τ᾽ restituerunt.

498. Libri: Ἀρκεῖν γὰρ οἶμαι . . . μίαν
ψυχὴν τάδ᾽ ἐκτείνουσαν.

Τεταμένως καὶ συντόμως δρῶσαν καὶ διακονοῦσαν; inquit schol. Eam lectionem infeliciter Doederl. et Schneid. defenderunt; sed ceteri recte ἐκτίνουσαν emendant. Iidem viri soli rejecerunt ἴδριν in v.

524, ubi Oedipus ait: Με πόλις οὐδὲν ἴδρις
γάμων ἐνέδησεν ἄτᾳ.

Hoc schol. sic enarrat: οὐδὲν εἰδυῖα ἡ πόλις; Herm. autem annotat: „etsi non falsum est ἴδρις, quod in libris est, tamen hic de Oedipo id praedicari debuisse patet.“

547. Καὶ γὰρ ἄλλους ἐφόνευσα . . .

. . . τοὺς παρόντας σὺν τῷ Λαΐῳ· ἢ ὡς ἄλλους φονεύσας ... Palmaria est God. Hermanni conjectura ap. Erf. ad El. 833 ἀλούς, confecta a Doederlino in spec. p. 45. Nam H. Paldamum, qui in Zimm. ann. phil. a. 1838. n. 141 totum v. ejecit, nemo facile laudabit.

602. Theseus. Πῶς δῆτά σ᾽ (Oedipum) ἂν πεμψαίαθ᾽ (Thebani), ὥστ᾽ οἰκεῖν δίχα (i. e. non Thebis, sed alia in terra);
Oed. Τὸ θεῖον αὐτοὺς ἐξαναγκάζει στόμα.

Recte hoc ex Par. a. Ricc. a. Ald. receptum est. Ceteri codd. et schol. enarrans: τὸ θεῖον αὐτοὺς ἐξαναγκάσει τοῦτο πράττειν, futurum praebent, quod Wund. in ed. 2 tuetur, sed injuste. Nam tum Soph. οἰκίσαι, non οἰκεῖν scripsisset; quoniam dici nequit: oraculum eos coget, ut Oedipus in alia terra habitet; itaque cogendi verbum ad arcessere pertinet, et arcessi Oedipum oraculum jusserat. Sed nescio, an praeterea schol. τόδε pro στόμα legerit.

786. Κακῶν ἄναιτος plurimi libri habent et vetus interpres, dicens: Ἄναιτος δὲ ἀ. τ. ἀβλαβής, ἀναιτίαστος. Similiter cett. libri. Veram lectionem solus Par. a cum eoque edd. vett. servarunt.

1455. Cf. II. cap. I.

1678. Χορ. Βέβηκεν;
Ἀντιγ. ὡς μάλιστ᾽ ἂν εἰ πόθῳ λάβοις.

Hunc v. Hermannus ita explicuit, ut emendationibus *ἐν πόθῳ* et *εἰς πόθον* jam carere possemus. Sed scholiastae annotant: *Ὡς μάλιστά τις ποθῆσαι* (scr. *ποθήσαι*) *μαθεῖν, ὅπως βέβηκεν, οἷον, παραδόξως ..... Ὡς ἂν ἐπιποθήσαις τὸν τρόπον τῆς τελευτῆς μαθεῖν.* Hi igitur fort. legerunt *ἐν πόθῳ* sive *ἐκ πόθου μάθοις.* Ita commutatur *μαθεῖν* et *λαβεῖν* in codd. Trach. 673 et alibi.

1697. Antigona patris mortem deplorans exclamat:

Πόθος καὶ κακῶν ἄρ' ἦν τις.
Καὶ γὰρ ὃ (al. codd. *ὁ*) *μηδαμὰ* (codd. *μηδαμῇ*)
δὴ τὸ φίλον, φίλον·
ὁπότε γε καὶ τὸν ἐν χεροῖν κατεῖχον.

*Ἦν ἄρα τις καὶ κακῶν πόθος**). *Ὡς ἡμεῖς, ἐν κακοῖς ὄντος τοῦ πατρὸς καὶ μὴ ὁρῶντος, ἐστέργομεν αὐτὸν, καὶ νῦν μὴ παρόντα ποθοῦμεν· ὡς ὅτε ἐν χεροῖν κατεῖχον τὸν Οἰδίποδα, περιεστέλλον καὶ ἐθεράπευον.* Sequitur jam excerptum. Haec autem scholia, ni fallor, ad hanc lectionem spectant:

καὶ γὰρ ὁ μηδαμῇ s. *μηδαμὰ δῆτα φίλος· φίλος, ὁπότε* et q. s.

Id est: nam mortuus etiam vir (mihi) carus est; carus erat, quando etiam *τὸν μηδαμά*, i. e. infelicem, manibus tenebam.

*) Punctum posui pro inciso.

CAPUT VIII.

DE PERSONARUM DISTRIBUTIONE.

Personarum distributionem proprio capite tractandam censui, quia in veterrimis exemplis, quibus scholiastae utebantur, aut omnino non notata, aut admodum certe dubia fuisse mihi videtur. Ita in Ajace postquam heros v. 349 sqq. cecinit: *φίλοι ναυβάται* et q. s., versui 351:

οἴμ', ὡς ἔοικας ὀρθὰ μαρτυρεῖν ἄγαν,

in libris chori nomen praescribitur, schol. autem ait: *Ὁ Χορός ἐστιν ὁ λέγων. Οὐ γὰρ εὐπρεπὲς τὴν Τέκμησσαν τὸν λόγον ὑφαρπάζειν λεγόμενον πρὸς τὸν Χορόν· ἐν ταῖς γὰρ ἀμφιβολίαις τῶν προσώπων δεῖ τοῦ ἤθους στοχάζεσθαι, καὶ διαστέλλειν τὸ πρόσωπον.* — Tum in Aj. v. 368 sq. legitur:

Τέκμ. Μή, δέσποτ' Αἴας, λίσσομαί σ', αὔδα τάδε.
Αἴας. Οὐκ ἐκτός; οὐκ ἄψοῤῥον ἐκνεμεῖ πόδα;

Ubi schol. *Τοῦτο*, i. e. prior versus, inquit, *Τεκμήσσης ἐστὶ, καὶ παρὰ μέρος γίνονται αἱ παραμυθίαι* (i. e. Tecmessae et chori) . . . . *Τὸ δ' οὐκ ἐκτός**); *οὐκ ἄψοῤῥον, πρὸς*

---

*) Cf. II. cap. 4. §. 2.

τὴν Τέκμ. φ.· ἐκείνοις μὲν γὰρ διαλέγεται Αἴας δεόμενος αὐτῶν· ἐνταῦθα δὲ τῇ Τεκμ. ἐπιπλήσσει.

Ibid. ad v. 371:

ὦ πρὸς θεῶν, ὕπεικε καὶ φρόνησον εὖ,

schol. adscripsit: Τοῦτο ὁ Χορὸς, τῆς Τεκμ. σιγησάσης διὰ τὴν ἐπιτίμησιν. Et Ajaci de ignominia sua conquesto chorus v. 428 respondet:

οὔτοι σ' ἀπείργειν, οὐθ' ὅπως ἐῶ λέγειν
ἔχω, κακοῖς τοιοῖςδε συμπεπτωκότα.

Scholiasta autem ait: Ὁ Χορός ἐστιν ὁ λέγων· ἐνδίδωσι γὰρ τῷ Χορῷ (aut scr. τῷ Αἴαντι cum Brunckio, aut ὁ Χορὸς τῷ) κάμνοντι, ὅπερ ἐστὶν εἶδος παραμυθίας· ἡ δὲ Τέκμ. τοῦτο οὐκ ἐποίει.

Ibid. v. 483 et sequente chorus dicit:

Παῦσαί γε μέντοι, καὶ δὸς ἀνδράσιν φίλοις
γνώμης κρατῆσαι, τάςδε φροντίδας μεθείς.
Τεκμ. Ὦ δέσποτ' Αἴας, τῆς ἀναγκαίας τύχης
οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν.
Ἐγὼ δ' ἐλεύθερος μὲν ἐξέφυν πατρός . . . .

Ubi schol. Ὦ δέσποτ' Αἴας: Τεκμήσσης ὁ λόγος· οὐ γὰρ δεῖ τὸν Χορὸν μηκύνειν (continuare) τὸν λόγον. Putavit scilicet, posse v.v. 485—86 etiam a choro dici, Tecmessamque voce ἐγώ incipere.

Annexi alios quosdam versus (secundum codicum notationem), ubi scholiastae dubitant.

Electrae v. 1384. Chorus. Ἴδεθ' ὅπη προνέμεται
τὸ δυςέριστον αἷμα φυσῶν Ἄρης.
Βεβᾶσιν ἄρτι δωμάτων ὑπόστεγοι .....

τοῦτο δὲ ἤτοι ὁ Χορός φ. . , . ἢ ὅτι (fort. scr. ἤτοι) ἔξω οὖσα ἡ Ἠλέκτρα λέγει πρὸς Χορὸν τοὺς δύο στίχους (v. 1384—85), καὶ οὕτως εἰςέρχεται· καὶ ἔστι διάλειμμα, ὥστε ἐξελθοῦσαν ἄρχεσθαι τοῖ· ὦ φίλταται γυναῖκες (v. 1398).

El. 1175. Orestes. Ἡ σὸν τὸ κλεινὸν εἶδος Ἠλέκτρας τόδε;
Electra. Τόδ' ἔστ' ἐκεῖνο, καὶ μάλ' ἀθλίως ἔχον.

Τοῦτο δύναται μὲν καὶ ἡ Ἠλέκτρα λέγειν· εὐπρεπέστερον δὲ τῷ Χορῷ περίκειται, ἵνα μὴ περὶ ἑαυτῆς εἴδους εἰπέ τι.

El. 1322. Orestes. *Σιγᾶν ἐπήνεσ', ὡς ἐπ' ἐξόδῳ κλύω τῶν ἔνδοθεν χωροῦντος.*

Τινὲς τὸν Χορόν φασι λέγειν ταῦτα. Quibus Herm. et Dind. assentire non debebant. Nam soli hi forent versus, quos chorus duabus in scenis pronuntiaret, — id quod mos poëtarum tragicorum vetat.

Antig. 935. Creo. *Θαρσεῖν οὐδὲν παραμυθοῦμαι, μὴ οὐ τάδε ταύτῃ κατακυροῦσθαι.*

τοῦτο δὲ φ. (Creo), *ὡς οὐκ ἐνδιδοὺς . . . . ἢ ὁ Χορὸς λέγει, ὡς τοῦ Κρέοντος μὴ μεταπεισθέντος.* Posterius a maximis nostrae aetatis criticis praefertur, sed tum verba praecedentia:

οἴμοι θανάτου τοῦτ' ἐγγυτάτω
τοὔπος ἀφῖκται . . . .

nequeunt auctore Erfurdtio et C. Lachmanno de mens. tragg. p. 45. choro tribui, Creontis autem sunt et in codd. et apud commentatorem enarrantem: *ἄξουσί με λοιπὸν ἐπὶ θάνατον.*

Hae igitur ipsorum scholiastarum dubitationes moverunt me, ut cetera quoque, quae ad personarum distributionem pertineat, h. l. componerem.

Primum igitur libri choro tribuunt Ajacis v. 383:

ξὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κὠδύρεται:

neque aliter vetus interpres, annotans: *Τοῦ Χοροῦ τὸν περὶ θεῶν λόγον ἐμβαλλομένου οὐκ ἐφίεται ὁ Αἴας . . . . . . ἐὰν νομίζωμεν φάσκειν τὸν Χορὸν, ὅτι θεοῖς ἀρέσκει γελᾶν ἐκεῖνον* . . . . Hermannus tamen eum v. in cens. Ajacis Wunderianae in Zimm. ann. phil. a. 1838 ad Tecmessam transfert distributionis strophicae causa. Atqui nonne, quum v.v. 428—29 a chorago dicantur, versus in stropha respondentes Tecmessae sunt? Sed longe etiam praestat vulgata distributio. Nam non solum generales ejusmodi sententiae magis chorum decent, sed convenientissime etiam Tecmessa, rudi Ajacis responso v. 369 dato perculsa, prae metu altum servat silentium, donec rumpit, quum Ajax (v. 392) mortem ipsi imprecatur. Tum vero generosa mulier non amplius se continens exclamat, Ajax si moriatur, sibi quoque simul esse moriendum.

Porro Trach. v. 1275:

Λείπου μηδὲ σὺ, παρθέν', ἀπ' οἴκων

a schol. annotante: *Ἔοικεν Ὕλλος ἀποστραφεὶς ταῖς ἀπὸ τοῦ Χοροῦ λέγειν* . . . . recte datur Hyllo: codd. tamen vett.

partim nullam personae notam addunt, itaque quum ne versui 1264 quidem Hylli nomen praefigant, Herculi tribuunt, — partim et chori et Hylli nomen praebent. Deinde Ant. v. 576

δεδογμέν', ὡς ἔοικε, τήνδε κατθανεῖν;

e codd. est Ismenae; sed rectissime A. Boeckhius monuit, hanc sic quidem languidam esse repetitionem, non esse, si chorus versum pronuntiet; huic autem soli submissam illam interrogationem tantumque animi frigus aptum esse. Et chori nomen in Aug. b. praescriptum est, idemque altero scholio confirmari in p. II. cap. 6 suspicatus sum.

Accedo ad Antig. v. 572.

Ἰσμήνη. Ὦ φίλταθ' Αἵμων, ὥς σ' ἀτιμάζει πατήρ.
Κρέων. Ἄγαν γε λυπεῖς καὶ σὺ καὶ τὸ σὸν λέχος.

Priorem v. Ismenae non modo codices omnes tribuunt, sed etiam scholiasta enarrans: τὸ σὸν, τὸ ὑπὸ σοῦ ὀνομαζόμενον· οἷον τὸ ὄνομα τῆς νύμφης, ὃ σὺ προβάλλῃ. Antigonae vero eum esse Boeckhius, Suevernius, alii censuerunt, ejusque est in ed. Ald. ac Turn. Neque tamen recte, ut videtur. Nam tanta erat oeconomiae veterum scenicae simplicitas, ut rarissime, quoties duo homines dissererent, singularem versum darent tertio, et disseruerunt modo Ismena atque Antigona, nunc jam Ismena et Creo colloquuntur. Videlicet prohibuit Antigonam libera honestaque contumacia, quominus verba faceret, ubi de suo commodo ageretur. Agitur autem de ejus commodo, i. e. de ejus et Haemonis matrimonio; v. 568 enim Ism. quaerit:

ἀλλὰ κτενεῖς νυμφεῖα τοῦ σαυτοῦ τέκνου;

eaque νυμφεῖα in v. 570 nominat aptissima. Pertinet igitur illud ἀτιμάζειν ad matrimonium Haemoni recusatum, i. e. ad rem omnibus his versibus tractatam, non solum ad ultimum v. — Sed negant ab Ismena alienum sponsum posse carissimum appellari. At nonne patruelis ille erat et sororis sponsus et infantiae sine dubio sodalis? Et nonne etiam praeconem Tecmessa appellat ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν? — Negant porro τὸ σὸν λέχος commode ad Ismenam referri, quae ea voce ne usa quidem sit. Atqui de re certe illa perpetuo est locuta; neque multo aliter Hippolytus apud Euripidem v. 112 ait:

τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω,

etsi *Κύπρις* duodecim jam versibus ante est nominata. Atque ultimo illo, quem commemoravi, versu:

κακὰς ἐγὼ γυναῖκας υἱέσι στυγῶ,

Creo minime Haemonem, sed Antigonam offendit. Ne quis denique versum nostrum Antigonae vindicet, quasi unicum sit signum, quo magnanima virgo, tanto fervore ab Haemone amata, non omni se muliebri amoris sensu carere demonstret, eum satis habeo dulcium Antigonae querelarum, quod innupta ad Orcum descenderet, monuisse.

Tum Oed. Col. v. 837 male libris Oedipo, rectissime a schol. Creonti tribui quum alii ostenderunt, tum Herm., quem vide. Idem Herm. in v.v. 833—40 totam personarum distributionem immutat, ut eadem strophae sit atque antistrophae. Sed hac de lege maxime adhuc dubitari video, ipsique paulo ante exceptiones quasdam commemoravimus. Quomodo vero scholiastae h. l. personas notaverint, nescimus: id tantum apparet, eos versum

840: *σοὶ δ' ἔγωγ' ὁδοιπορεῖν (λέγω),*

quem Herm. Creonti tribuit, dedisse choro; annotatur enim: *Ἀναχωρεῖν ἐντεῦθεν, ὦ Κρέων.* Id quod utrum recte an falso factum sit, mihi nondum liquere fateor. Aeque dubium est scholium ad O.Col. v. 960. Ubi postquam Creo, oratione ad Theseum conversa, Oedipum conviciis affecit, ei jam non Theseus, quod exspectes, sed Oedipus respondet, schol. autem ait: *Τὴν* (scr. *Εἰκὸς τὴν*) *ὑστάτην ὑποφορὰν πρὸς τὸν Κρέοντα μηκέτι ὑπὸ του Θησέως λέγεσθαι,* (velut v. 867 sqq. Theseus ad Oedipum locutus erat,) *ἀλλ' ὑπὸ Οἰδίποδος· ἡ δὲ αἰτία πρόδηλος.* Unde non sequitur, illum interpretem Thesei nomen versui 960 praescriptum invenisse. Sed rectissime cum libris Triclinianis versum O.Col. 1725 sqq. Ismenae dat, non choro, ut vett. codd. Cf. Herm. ad h. l.

Falso vero scholia cum omn. codd. Trach. v.v. 402. 414. 416. 434 Dejanirae tribuunt, quos nuntii esse recentiores interpp. cognoverunt. Tum cum plur. codd. Oed. Tyr. v. 326 sq.

*Μή, πρὸς θεῶν, φρονῶν γ' ἀποστραφῇς, ἐπεὶ
πάντες σε προςκυνοῦμεν οἵδ' ἱκτήριοι*

commentator ad chorum refert, dicens: *ὁ Χορὸς καταλιπαρεῖ εἰπεῖν.* Oedipi nomen soli Lips. a et Bodl. a servarunt, quos codices editorum plerique sequuntur, quia constanter hac in scena tacente choro rex Tiresiae respondet. Celebrata denique verba.

quibus chorus Oedipum fabulam claudit: *Ὦ πάτρας Θήβης ἔνοικοι* et q. s., ea scholiastes ait *γνωμολογοῦντος Οἰδίποδος* esse. Quae annotatio sine dubio proprie non ad Sophoclem spectabat, sed ad Eur. Phoeniss., quae iisdem fere verbis, sed ab Oedipo pronuntiatis, clauditur, et ex qua vetus interpres etiam *ἔγνω* ac *μέγιστος* ad Sophoclis vocabula *ᾔδη* et *κράτιστος* adscripserat.

Cf. p. II. cap. 4. §. 5.

CAPUT IX.

DE INTERPOLATIONE ACTORUM.

Permultos versus versuumque partes Dindorfius ac Wunderus Sophocli abjudicarunt. Quorum ea, quae ab interpretibus interpolata esse censuerunt, jam antea tractavimus: ea autem, quae actoribus deberi contenderunt, ad nostram disputationem proprie non pertinent, siquidem consentaneum est, actorum mutationes jam ante Didymi aliorumque scholiastarum tempora esse factas, quin in ipsum etiam Lycurgi exemplum irrepsisse. Cf. p. 1. cap. 4. Nam ipsam illam Lycurgi legem propter histrionum et mutationes et interpolationes latam esse constat. Itaque quamvis plurima habeam, quae contra Dind. et Wund. afferre possim, h. l. versus in scholiis nostris explicatos, sed actoribus tributos sive ab illis viris doctissimis, sive ab aliis, notasse sufficiet.

Trachin. 44—48. 85. 90—91. 150. 166—68. 170. 252—53. 356—57. 362. 444. 585. 686. 1197—99. 1200. Antig. 1080—83. — Ceteri ejusmodi versus ab interpp. Laurentianis non tractantur.

INDEX

VERBORUM TRACTATORUM.

(EMENDATIONES MEAS CRUCE SIGNIFICAVI.)

ELECTRA.

TRACHINIAE.

PHILOCTETES.

OED. REX.

ANTIGONA.

OEDIPUS COLONEUS.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Magnum mendorum typographicorum numerum ipse omnium maxime deploro. Me fortasse excusabit, quod, dum liber Lipsiae imprimebatur, ego Berolini versatus sim. Tum doleo, quod docta Herm. Koechlyi censura de Ed. Wunderi emendd. Trachin. in Zimm. ann. phil. a. 1842. p. 747—802. scripta in tempore uti mihi non licuerit. Multis enim alias verbis supersedissem, quaedam etiam immutassem.

Pag. 2. l. 13. *ὅτλον*, ibid. l. antepen. 1838, p. 3. l. 33. *Τμητοῖς*, l. 39. *Ὁλκοὺς* l. 42. *οὖν*, p. 4. 40. *Τριπτολέμου*, 5. 32. *πρόστιμον*, ibid. 34. *Κα-δμείων*, 7. 24. Suid. et ed., 8. 5. *κηλῖδας*, ibid. l. 29. 1841, p. 10. 7. *τῷ*, ibid. 32. *Τίνος*, ibid. 39. *ἄν*.

Pag. 12. Didymi libros fuisse singulas commentationes singulorumque sive dramatum sive carminum commentarios, fort. etiam horum tantum partes, Fr. Ritschelius de bibl. Alexandr. p. 132 sqq. demonstravit.

Pag. 13. l. 13. in fine adde: et p. 104., ibid. lin. 17. adde: num. 68. Ibid. l. 39. lege Aristoph., penult. alia, 14. 36. *Πυλάτι-*, ibid. l. 40. *τῷ*, p. 15. 4. *ἀλέαν*.

P. 15. Etym. Gud. *ἐρίπω*, *ἰῶτα*, *ἰστέον δὲ ὅτι ὁ Δίδυμος τὸ ἐρίπω καὶ ἐρίπια, ὃ σημαίνει τοὺς πεπτωκότας τόπους, ἔλεγε γράφεσθαι διὰ τοῦ ι....* Eadem a radice *ἐρίπια* ducit schol. Soph. Aj. 308.: ...*Πάντα γὰρ τὰ ἐπὶ τὴν ἔραν πίπτοντα ἐρίπια καλοῦνται* (sic)· *καὶ αἱ ῥιπαὶ ἐντεῦθεν καὶ τὰ ἐρίπια.* Idque ipsum paulo post Etym. Gud. praebet: *Ἐρίπειν, τὸ ἐπὶ τῆς ἔρας πεσεῖν. ταῦτα δὲ καὶ ἐρίπια*...; etsi auctore non allato. Qui tamen unus videtur Didymus esse, quum alii aliunde illam vocem duxerint. Cf. Bernh. ad Suid. s. v. *ἐριπίοις*. Addit quidem Etym. s. v. *ἐρίπω* ad verba laudata: *ἐπειδὴ παρὰ ἐρίπη εἰσὶν, ὅπερ σημαίνει τὴν μεγάλως περιπινομένην, τὸ δὲ ἐρίπη διὰ τοῦ ι. ἐπειδὴ παρὰ τὸ ἐρι ἐπιτατικὸν ἐπίῤῥημα.* Sed aut Didymus plurima etyma attulit, omnibus iota confirmari censens, aut etymologus Gud. posteriores sententias aliis a grammaticis repetiit, easque suo loco adjecit.

Pag. 15. l. 25, lege *ῥύμβος*, l. 26. *ῥύμβοις*, l. 41. Meinekius. (In fragm. com. II. 1. 452. hic vir illustriss. laudat qui-

dem scholium Paris., sed de ejus fonte nihil addit. Ibidem affert: Εὔπ. ἐν Β. καὶ Δ., de καί nibil annotans.) P. 16. l. 12. ἀμενηνὸν, l. 19. Δίδυμος· Ibid. l. 28. με - μνῆσθαι, l. 29. ὅμως. Pag. 17. 12. Quae e Zonara attuli, etiam in Etym. M. leguntur. Eundem Didymum etymologum affert Phot. s. πελανός, hic et Suid. s. ποδοκάκη. De accentu agit ap. Phot. et Suid. s. φάρμακος. Proverbium explicat ap. eosdem s. Περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς.

Pag. 17. 37. lege. θρῆνοι, 40. παρά.

Pag. 19. Didymus Πολύτροπον conjicit pro Πολύστρατον in Dem. or. Philipp. Cf. Phot. s. Πολύστρατος.

Pag. 20. 9. lege possemus, 21. 4. ὅτι, 12. ἀνάκειται, 29. παλαιοῖς, penult. ἐπερωνῶντο, p. 22. 4. raram, 8. σώζω, 31. aliquis, p. 27. 31. Αἵμονι, 34. Χρύσιππος, p. 30. l. 24 sq. (pro pars — vastata) libri Caes. inc. sunt combusti. Cf. G. Parthey, d. Alex. Mus. p. 32.

Pag. 32. l. penult. lege scholiis, ult. immo, 38. 30. εἰς — κακά, 40. 22. lege 219 (pro 220), pag. 42. 13. lege 312 (pro 314), ibid. l. 39. l. 454, ibid. Κεῖνοι, 43, 30. lege 618, — pag. 44. 16. lege 888 (peo 882), ibid. l. 29. χρυσοδέτων, l. 39. G. Herm. et L. Doederlini (pro C. Reisigii), 45. 5. Παρθενοπαῖος, ibid. adde Ἱππομέδοντος. Ibid. l. 6. lege Κεῖνος, 47. 3. ◡ ´ ◡ –, – – – ◡ ´ ◡ ◡ –, 49. 32. lege 321, pag. 50. 2. πρόσθεν, 6. οὐτᾶρα, 19. opt. cod. La. (pro optt. codd.), 20. αὐτὴν, 51. 25. δινήνυσαν, 55. 9. ἦμαρ, 56. 19. ἑρπούσῃ, 58. 29. κοῖλα, 30. Κοῖλα, 42. Δέξεσθ᾽, p. 60. l. penult. εὐνάσαι, 64. 24. καινοπαγῆ etiam cod. Pal. 356. habet. Cf. Kayseri act. sem. Heidelb. 1. p. VII.

Pag. 61. l. penult. lege ἦν, 65. 5. lege 165, ibid. l. 21. scribens, (incisum pro puncto), ibid. l. 38. ipsius, 67. 27. lege 421, p. 70. 15. Hermanni lectione, 23. ὅς, 39. τὸν, 71. 16. Nemeaeus, 23. ὀλόμενον, 32. enim, 37. δακέθυμος, p. 72. l. penult. ἄπουν, 73. 6. post αἷμ. pone petum min. pro majore, ibid. 22. lege ἄνδρα δ᾽ οὐδέν, 39. οὔθ᾽, 74. 3. ἕρπει, 31. Wund., 75. 34. πλὴν, 76. 5. et (pro ad), 36. om. sed, p. 78. 1. lege 728, p. 80. 32. lege 872, p. 82. 15. habuitque, 84. 30. γλύκιον, 91. 27. lege 1088, p. 93. l. 38. lege 39, p. 94. 9. ἦν, 97. 21. Τί, 98. 33. lege 349, p. 99. 19. λείπει, 101. 14. ηὑρέθη, 103. 39. Τάλις. 104. 32. μακάριος, 106. 19. ἡμὶν, 111. 28. κατ-αρᾶσθαί, 114. 6. convenientiorem, 115. 1. τῷ, 116. 20. αἰτοῦμαί, l. penult. αἰένυπνον, 119. 10. lege 1702, p. 122. l. ult. lege 31. (pro 3. 1.), p. 122. 5 sq. lege: „ubi verbum ἐπιτιμᾶν est i. q. sepelire, tum ἐπίχειρα ex Theocr. epigr. 17. 8., quod huc non pertinet.“ pro „at ibi — legitur.“ 122. 18. Tolle, quae de v. 1045. hic dicta sunt. Cf. p. 244. — Ibid. l. 23. lege πό-τμον, l. 29. lege 1276,